BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 M
15 — H
10

52
F
38

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

52.2.38

52
F
36

Digitized by Google

DE HAERESIBVS AGNOSCENDIS, ET CONVINCENDIS,

NEC NON DE HÆRETICORVM DOGMATIBVS,

Ac deniq; de Eorundem Sectis, Origine, & inſtitutis

Libres Tres.

Authore Damiano Roſcio Bonon: Ordin.

Prædicatorum Doctore Theologo.

Adiecta conciliorum ſummis, quibus Hęreſes ipſę damnantur.

Coll. Rom. Soc. Jesu Catal. inscr.

Ex legato Card. Tolet.



PATAVII

Apud Paulum Meietum M. D. LXXXV.

B. 9.

AD DAMIANVM ROSCIVM AVCTOREM
Paulifranciſci Roſcij Centani Prædicatorij Ordin.

Caudas ad caudas Sampſon dum vulpibus arcet,
Alligat his faſces, callidus igne fugans.
Dum inſidias ſapiens DAMIANE hic detegis hoſtis,
Quem uitet cautus qua ratione doces.
Ne ſerpat uitium hæreſeon,creſcatque tegendo,
Tu hæreticum monſtras,hæreticumque fugas.

Ludouici Ronconij.

Alcidem claua horrendam quòd contudit Hydram,
Iam fixit uatum maxima turba polo.
Tu monſtrum DAMIANE domas crudelius Hydra,
Quod uorat haud hominum corpora, uerùm animas.
Quid tibi nos dabimus tanto pro munere? laudes.
Quid Deus? ut verè ſidera celſa premas.

F. Iuſtini Zarotti Iuſtinopolitani Lectoris Ord. Præd.

Angues,Moſtra, Feras: imos, mortalia,ficťas:
Hæc ruit, eſt, aperit: litera, dogma, ſonus.
Hinc te nunc effert,te nunc Gens Itala nouit,
Hinc te cœleſtem nunc DAMIANE putat.

Diſtichon eiuſdem.

Terrigenas animas lætali peſte refertas.
Subleuat hoc ſacro ROSCIVS antidoto.

ILLVSTR.^{MO} ET REVER.^{M}

D. D. IACOBO SABELLO CARDINALI AMPLISSIMO,

HAERETICAE PRAVITATIS in uniuerſa Repub. Chriſtiana Inquiſitori Generali à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter delegato.

Damianus Roſcius Bonon. ord. Præd.

CVM ego in alma urbe libros, ac uolumina quàm plura euoluerem; quæ ad ſanctisſimæ Inquiſitionis uiolatæ Religionis munus peragendum, ac facilè ſuſtinendum neceſſaria ſunt; admodum R. R. D.D. Inquiſitorum uicem uehementer dolui, qui in extirpandis hæreſibus impediti, eorum lectioni ſatis ocium ſuppeditare nequeant. Quare illorum commodo, ac utilitati conſulere me poſſe exiſtimaui, ſi quæ de hęreſibus, & hæreticis uniuerſis apud certisſimos, & grauisſimos authores ſparſa. fuſaq; reperiuntur, uelut in unum corpus alphabetico ordine breuius redigerentur. Redegit quidem Bernardus Lutzemburgus Dominicanus id genus plura in cathalogum quendam hæreticorum, ſed cum eis adeò confudit hæreſes, ut niſi priùs toto ferè libro inſpecto, quod deſideratur dogma, id rarò inueniri poſſit. Hæc eadem permiſcuit Elencho illo ſuo alphabetico de ſectis, ac dogmatibus hæreticorum, ſed fuſiùs

✠ 2 ac

ac luculentiùs Gabriel Prateolus Marcoſſius, redegit & plures hæreſes Alfonſus à Caſtro Zamorenſi ſub rerum multarum titulis, ſed adeò operosè eas confutandas ſuſcepit, ut longior, & uix finem habitura ſit de hac re ipſius oratio. Nec defuere alii (quorum indicem mox ſubiiciemus , nequem facultatis huius cupidum ipſi prorsùs lateant) qui falſa hæreticorum dogmata uel in lucem prodiderunt, uel prodita refutarunt. Cæterùm ego (ſi quid hac in re intelligo) ne unum quidem reperi , qui alphabeticæ ſeriei adeò diſtinctè ſingula dogmata ſubiecerit, quin priùs paginas (ne dixerim uolumina) præcurrere oporteat, quàm genus hæreſum cognoſci, ac diiudicari poſſit. Quod itidem animaduertit Ven. Pater F. Paulus Conſtabilis Ferrarienſis, tunc quidem ob excellentem, egrégiamque doctrinam Sacri Palatii, nunc uerò ob uitæ ſanctitatem, ac prudētiam totius ordinis Prædicatorum Magiſter. Vidit quidem ille doctiſſimus plures id genus libros, cùm ad prælibatum magiſterium euectus, totus in perluſtrandis libris, totus in repurgãdis, tam moderandi prudentia, quàm dilucidandi doctrina, ſex annorum decurſu, & eo amplius uerſaretur. At cũ uir ſapientiſſimus errorum ſingulorum, ac dogmatum hæreticorum indicem alphabeticum in his deſideraret, qui clarè, ac diſtinctè mox quærenti omnia ſingillatim oſtenderet: mihi ut rem illã aggrederer non ſuaſit ſolum, uerùm etiam perſuaſit, tum qđ eius authoritas tanta eſt apud me, quanta eſſe poteſt , maxima, tum quod mihi biennio cum eo commoranti paratos libros, quibus hoc opus conficeretur, uidendi facultas, & legendi foret. Romæ itaque omnia hæc collecta , literiſque conſignata, Vincentiæ ut in lucem prodirent , typis demandaui : cùm in hac Ciuitate uirtutum amantiſſima perpulchrè mihi annuerint Reuerendiſſimi Epiſcopi Matthæus Priolus , & Michael eius Nepos: ille in euellendis hæreſibus ita acer, atq; indefeſſus, ut de ſede Apoſtolica ſit benemeritus: hic in fidei corroboratione, adeò conſtans atq; ardens, ut magnam de ſe iam concitarit expectationem. Ad hæc acceſſit R. Magiſtri Modeſti Vincentini inſtituti noſtri uiri tum probi, tum docti fidei zelus, ac religionis feruor, quo communi fidelium ſtudens utilitati, ut hæc imprimerentur tandem ipſe effecit. Porrò huic no

ſtræ collectioni certas regulas præmiſimus propoſitionis cuiuſcunque qualitatis agnoſcendæ, ut ex his iam cuiq; patere poſsit, quam cautè ſit procedendum, in propoſitionibus enunciandis, & conſcribendis: in ſcriptis, antequam imprimantur, caſtigandis: atque in impreſsis antequam diuulgentur, examinandis. Adiecimus præterea conciliorum tum prouincialium, tum generalium ordinem, ac ſummam earum rerum, quæ pro hæreſum extirpatione in iiſdem præcipuè decernuntur: ut hæretici uirtute eorum confutati, atque exploſi ab omnibus iam odio habeantur. In hoc autem totus ſemper incubui, ut hac mea præfata collectione, non ſolùm pergrauatos Inquiſitores in tot ſcriptoribus legendis, qui ea de re libros accumularunt, onere leuarem: ſed ut te potisſimùm (Cardinalis amplisſime) in pignus meæ erga tuam humanitatem (qua me ſemper complexus es) obſeruantiæ, ac perpetui obſequii, laborum meorum participem efficerem. Hoc itaque opus qualequale fuerit, tibi uni quo debeo ſtudio, ac reuerentia libentisſimè, & ex animo dedico: atque pro tua in me beneuolentia ſpero fore, ut quemadmodum certisſimo, ac firmisſimo præſidio tuo, in hoc periculoſo fidei negotio tutus iamdiu milito, ita opus hoc munitum nomine tuo nobilitate, authoritate, ac dignitate clarisſimo, ad manus hominum ſine metu ac periculo perueniat. Quod tamen cenſuræ ac caſtigationi amplitudinis tuæ, qui in uniuerſa Repub. Chriſtiana ſupremus es Inquiſitor delegatus, ut cætera omnia, quæ à me proficiſcuntur, humiliter ſubiicio. Interim Deum Optim. Maxim. oro, ut te, qui nunc in terris Eccleſiæ Senator purpuratus refulges, uita hac feliciſſimè exacta, in cœlis beatum ſui præſentia æterno æuo frui faciat.

Vincentiæ. Kal. Ian. M. D. LXXXV.

APPROBATIO OPERIS,
atque imprimendi, ac diuulgandi conceſſio.

Ego F. Modeſtus de Vincentia Ord. Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magiſter mandato admodùm R. P. Dominici de Piſauro eiuſdem ord. Prouinciæ Lombardiæ Prioris Prouincialis uidi præſens opus inſcriptum: Libri tres cōmodi, ac utiles tùm manifeſtandis, tùm conuincendis hær. &c. per Damianum Roſcium &c. & quidem, meo iudicio, illud comprobaui nedum nihil contra fidem continere, ſed quàm maximè ſuo titulo quadrare, quin ſuperexcellere, & cuique fideli utiliſſimum fore. Quare non ſolùm id laudaui, & approbaui, ſed & ut prælo traderet, authorem adhortatus ſum: quod cùm pro ſua modeſtia facere moraretur, calcaribus quodammodo ipſum impellens, tandem efficaciter perſuaſi.

Ego F. Paulus de Capriata Ord. Prædicatorum Sacræ Theologiæ profeſſor mandato admodum R. P. Dominici de Piſauro eiuſdē ordin. Prouinciæ Lōbardiæ Prioris Prouincialis præſens opus inſcriptū Libri tres commodi, ac utiles &c. per Damianum Roſcium &c. & uidi, & legi: nihilque in eo orthodoxæ fidei, bonisue moribus contrarium reperi. id quoque laudo, et approbo, digniſſimumq; iudico, quod prælo mandetur: quò ingentes, ac uberrimi fidei, ac Religionis Chriſtianæ fructus exinde promanandi omnibus tùm Chriſti fidelibus, tùm præcipuè Inquiſitoribus Impertiantur.

Nos F. Dominicus de Piſauro Ord. Prædicatorum Prouinciæ Lombardiæ Prior Prouincialis conceſſimus, ut præfatum opus à R. P. F. Damiano Roſcio Bonon. noſtri Ordin. Sacræ Paginæ Doctore editum, atque à R. R. PP. eiuſdem Ordin. F. Modeſto de Vincentia ſacræ Theologiæ Magiſtro, & F. Paulo de Capriata Lectore Theologo laudatum, ac approbatum, imprimeretur, ac diuulgaretur. In quorum fidem his propria manu ſubſcripſimus.

Dat. Vincentiæ, die 22. Decemb. M. D. LXXXV.

Ita eſt ego F. Dominicus de Piſauro Prouincialis, qui ſuprà, manu propria.

ERRATA.

a, primam faciem: b, ſecundam deſignat.

Lib.1. pag. Lin. correctio.	*pag. Lin. correctio.*
10. b 25. *qui ligatus*	114. b 22. *in B. Virg.*
14. b 26. 28. *& cat.*	115. a 18. *uerecunda*
18. b 12. *Sophronius.*	*Ibidem geſtari*
Lib.2. 4. b 31. *ſenſibus*	6. a 1. *Iudæos* *Lib.3.*
28. 28. *quæ*	8. a 21. *tentari*
33. a 1. *impoſſibile*	14. b 27. *Burgduno*
35. a 9. *ſumma*	24. a 19. *diuinam edicere*
35. a 33. *Dæmonum*	26. b 30. *Syricio*
36. b 16. *dare*	30. b 8. *Germani*
37. b 13. *creaſſe*	73. b 2. *papa*
38. b 14. *ſic*	44. a 32. *ut ut fiant*
47. b 16. *Patre*	59. b 1. *qui*
53. a 18. *ſcriptura*	61. b 2. *ipſi*
76. b 9. *Honorio*	61. b 19. *uidebantur*
89. a 18. *hæreticalis*	65. a 32. *octo*
92. a 13. *ſatisfactionem*	66. b 8. *earum*
95. a 2. *prouidentiam*	62. a 9. *impoſ. uideatur*
96. a 21. *Inſtitutores*	70. a 1. *traditionum*
96. a 22. *quamcunque*	72. b 2. *Imp. tempore*
102. a, b 30. *non eſſe*	72. b 22. *Imp. tempore*
103 a, b 13. *canonicos*	80. b 24. *ergo*
105. a 2. *continent.*	85. a 15. *de Paſchatis.*

Lib.3.pag.87. a, lin.14. in capite pro numero 57. legatur 56. cum ſuis immediatè ſequentibus continuando uſque a numerum 96. non.n.plura hic enumerantur concilia.

Series Chartarum.

Lib. 1. ✠ ✢✢ ††† * A B C D E.

Lib. 2. abcdefghiKlmnopqrſtuxyz. aa bb cc dd ee ff.

Lib. 3. a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Omnes ſunt Duerniones, præter ff qui eſt Ternio.

Explicit hoc frugi opus à R. T. F. Damiano Roſcio Bonon. Ord. Præd. Doctore Theologo & hæreticæ prauitatis in Ciuitate ac diœceſi Vincentina Inquiſitore Apoſtolico editum: atq; induſtria, & labore Fratris Paulifranciſci Roſcii à Cento eiuſdem Ord. impreſſum in eadē Ciuitate apud Georgium Græcum. Anno Domini.

M. D. L X X X V.

INDEX AVTHORVM DE MATERIA HAERESEON ſcribentium, ex quibus confectum eſt opus.

AENEAS Syluius, poſtea P. Pius 2. natione Tuſcus, patria Senenſis de hæreſibus Huſſitarum, & erroribus Baſilienſium, ac Bohemorum ſcripſit. An. Dom. 1451.

Albertus Pius Carporum Comes tres & viginti libros edidit contra Eraſmum, quibus vniuerſum fermè dogma Luteri confutatur. an. D. 1531.

Aloyſius Lippomanus Epiſcopus Veronenſis vulgari quodam opere falſa dogmatum hæreticorum fundamenta veritatis præſidio à cordibus ſimplicium viriliter propulſauit. an. D. 1550.

Alpharus Ord. Minorum natione Hiſpanus de planctu Eccleſiæ, lib. duos contra Begardos, & Beguinas conſcripſit. an. D. 1517.

Alphonſus à Caſtrozamonenſi Ord. Minorum aduerſus hæreſes quàm plures ſcripſit libros 14. & tres libros de iuſta hæreticorum punitione. an. D. 1530.

Alphonſus de Herrera Ord. Prædicatorum Cæſaris concionator ſcripſit diſceptationem aduerſus Luteranos de valore bonorum operum. an. D. 1533.

Ambroſius Mediolanen. Ep. Tomis duobus ſuorum operum, quæ ad confutationem hæreticorum pertinent, præcipuè Iuliani hæreſis Pelagianæ inſtauratoris, plura edidit. an. D. 380.

Ambroſius Catharinus Politus Senen. Ord. Prædicatorum & ſubtili latinitate in Lutherum libros quinque edidit, & vulgari argutia compendiolo quodam in eius fraudes, ac Bernardini Ochini acerrimus fuit. an. D. 1521.

Arnaldus Albertinus de agnoſcendis aſſertionibus catholicis, & hæreticis lib. vtiliſſimum edidit. an. D. 1560.

Athanaſius Alexandrinus contra Arrianam hæreſim pro catholica

S. Trinitatis doctrina multa græcè conſcripſit.an.D.334.

Auguſtinus Hippon.Ep.ad Quodnultdeum hæreſes ſui temporis recenſuit, & in cæteris ſuis operibus hæreticorum maleus fuit. an. Dom.400.

Bartholomeus Valuerdius pro redarguendis hæreticorum dogmatibus ex S. Patribus inſigniores collegit ſententias.an.D.1581.

Baſilius Cæſarien.Ep. contra Eunomium lib.vnum, & contra hæreticos Epiſtolam græcè conſcripſit.An. D.380.

Beda Pariſienſis Theologus contra Eraſmum, Fabrum, ac Lutheranos ſcripſit.an.D.1540.

Bernardus Luntzemburgus Ord. Prædicatorum catalogum hæreticorum edidit, cui pro Purgatorio contra eoſdem validiſſimum propugnaculum adiecit.an.D.1522.

Bucconius Caſtellianæ Mauritianæ oppidi Epiſc. aduerſus Iudæos, Arrianos, ac alios hęreticos ſcripſit .an.D.800.

Carolus M. Imp. ante ſeptingentos annos contra hæreticos ſcripſit opus, quod Romę in Biblioteca Vaticana ſeruatur.

Caſſiodorus in Trip. Hiſt. plures recenſet hæreſes.an.D.575.

Cœleſtinus Papa primus contra Neſtorium ſcripſit. an. D.433.

Cæleſtinus Brixien. Ep. librum 1. ſcripſit de hæreticis.

Cenſura generalis Inq. Hiſpal. in Bibl. errores continet, quibus recentes hęretici ſacram ſcripturam aſperſerunt.an.D.1554.

Claudius Sancteſius contra doctrinam Caluinianam, & Bezanam ſcripſit.an.D.1560.

Clemens Alexandrinus contra Gentes,et Iudæorum errores,ac etiam Chriſtianorum hæreſes ſcripſit.an.D.195.

Cyprianus in fide cath. apprimè laudatus pro ea contra hæreſim libros 86. ſcripſit. an. D. 260.

Dionyſius Alexandrinus contra Paulum Samoſatęnum ſcripſit, qui Artemonis, & Ebionitarum hæreſes reuocauit.an.D.233.

Epiphanius Cypri Salaminę verbis Ep. ſcripſit de 80. hæreſibus lib. 1. contra omnes hæreſes lib. 2. & de erroribus Origenis libro 1. an. D.390.

Euagrius illuſtri dignitate præditus Eccleſiaſticæ hiſtorię libros ſex conſcripſit,

conſcripſit, quibus plura hęreticorum inſeruit.an.D.380.
Euſebius Cæſarienſis libris tùm hiſtoricis, tùm chronicis multa & hæreticorum, & hæreſum expreſſit. an.D.310.
Euſebius Emiſſenus ſcripſit contra Iudęos, Gentes, & Nouatianos an.D. 350.
Euſebius Mediolanen.Ep. pro fide catholica contra hæreticos fortiter pugnans ſcripſit epiſtolam, quam in cauſis fidei miſit ad S. Leonem papam.an.D.450.
Euſebius Phenix ſcripſit contra Manichęorum hæreſim.
Franciſcus Romæus à Caſtellione Ord. Prædicatorum ſcripſit de libertate operum, & neceſſitate contra Pſeudophiloſophos Chriſtianos. anno Dom.1538.
Fredericus Staphilus Luteri, & ſuorum Euangelicorum fraudes, quibus ipſe iam fuerat ſeductus, in peruertendis, & corrumpendis ſacris ſcripturis, prodidit.an.D.1560.
Gabriel Prateolus Marcoſſius de ſectis, ac dogmatibus hæreticorum Elenchum alphabeticum luculenter edidit.an.D.1568.
Gennadius Maſſilien.Ep. ſcripſit contra Neſtorium lib. 6. Eutichen 9. Pelagium lib. 1. de hæreſi mille annorum. lib. 1. & contra omnes hęreſes.lib.8.an.D.494.
Georgius Vuicleſſius Germanus defenſauit opera contra hæreticos, Reiectionem fecit Luteraniſmi, & Reſponſionem ad Articulos Luteri.an.D.1552.
Guido Carmelita de hæreſibus latiſſimè ſcripſit.an.D.1330.
Hegeſipus natione Iudæus ad fidem Chriſti conuerſus quinque edidit lib. de præparatione euangelica hęreſes Iſidęorum continentes. anno Dom.140.
Hieronymus Stridon. impugnauit hęreſes Heluidij, Iouiniani, Vigilantij, Montani, Agapetorum, & Arrianorum hipoſtaſis. ann. Dom.400.
Hilarius Arelaten. Ep. ſcripſit contra Arrianos, Conſtantinum hæreticum, Auxentium, Dioſcorum, Valentem, & Vrſatium, & de Reliquijs Pelagianæ hæreſis.an.D.1510.
Hilarius Pictau.Ep. in hæreticos, ac hæreſes diuerſa edidit.an.D.371.

Iacobus Lopis Stunica Hiſpanus ſcripſit poſt ſuum itinerarium de præpoſitionibus ſuſpectis, vel ſcandaloſis Eraſmi: de quo ipſemet Eraſmus in Epiſt. ad Io. Botzemium. an. D. 1540.

Iacobus Philippus Bergomenſis Ord. Fratrum Eremitarum S. Augu. ſupplementum edidit chronicorum ab initio Mundi uſq; ad annum 1485. in lib. 15. diuiſum, in quo multa recenſet hæreticorum. anno Dom. 1494.

Io. Chryſoſtomus aduerſus Marcionem, Cerinthum, Ebionem, Arthemonem, Photinum, & Arrianos græca eloquentia diſſeruit. an. D. 403.

Io. Damaſcenus librum copioſum edidit centum hæreſum. an. D. 830.

Io. Cocleus ſcripſit contra locos com. Melanctonis, confutauit Anabaptiſtas, Bulingerum, Caluinum, Bucerum, alios hæreticos, & Articulos. an. D. 1540.

Io. Eccius Enchiridion locorum com. contra Luterum, ac alios hæreticos edidit. an. D. 1518.

Io. Gerſon ſcripſit contra hæreſes, & ſectã Seflagellantiũ. an. D. 1410.

Io. Roffenſis argutam ſcripſit confutationem aſſertionis Luteranæ. an. Dom. 1524.

Io. Sacranius Cracouienſis Eccleſiæ canonicus lucidarium edidit errorum, & rituum Rhutinenſium, in quo ad 40. errores recenſendo refellit.

Io. Turrecremata Ord. Præd. inter cætera ſummam auream edidit de Eccleſia, in qua funditùs deſtruit hæreſes. an. D. 1460.

Ioſephus Angles Ord. Minorum libro ſuo inſcripto Flores quæſt. Theologicarum obiter varias confutat hæreſes. an. D. 1570.

Ireneus Lugdun. Ep. contra hæreticos libros 5. compilauit. an. D. 175.

Iſidorus iunior Epiſc. Hiſpalen. inter cętera eius monumenta lib. 8. etymolog. cap. 5. ſectæ hæreticorum quot ſint, & vnde nomina deducant nobis reliquit. An. D. 630.

Iuſtinianus Imp. contra hęreticos volumen clarum edidit. an. D. 550.

Iuſtinus ex philoſopho ad fidem cath. conuerſus pro fidei defenſione contra Gentes ſcripſit, & hęreſes omnes ſui temporis confutauit. an. D. 1500.

Iuſti-

Iuſtinus hiſtoriographus multa tùm hęreticorum, tùm hęreſum ſuæ hiſtorię inſeruit.an.D.140.
Leo Papa xiiij nominis primus de Patricianorum erroribus,ac aliorum multa conſcripſit. an.D.440.
Melchior canus Ord. Prædicatorum lib.12.locorum Theolog. quæ de hæreſi contrauertuntur ſubtiliter diſſeruit.an.D.1562.
Nicolaus Eymericus Ordinis Prędicatorum Directorij ſui Jnquiſitorum ampliſſimi, ac vtiliſſimi parte ſecunda plurium errores, & hæreſes tùm refert, tùm refellit,an.D.1360.
Nicephorus Caliſtus Xanthopulus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros.18. ſcripſit,quibus plura hæreticorũ,ac hæreſum recenſet.an.D.1300.
Origenes inter ſua volumina propè infinita dialogum edidit contra Marcioniſtas,& lib.5.contra hæreticos.an.D.261.
Petrus Abbas Cluniacenſis Ord. S. Benedicti inter cætera ſcripſit de Tranſlatione Alcorani, ſiue legis Saracenorum.an.D.1140.
Philaſtrius Brixien.Ep. antiquum de hæreſibus edidit librum. annò.D.380.
Ruffinus Monachus, & Aquileienſis Eccleſiæ presbyter in additionibus ſuis hiſtoriæ Eccleſiaſticæ multa hæreſum, ac hæreticorum recenſet. an.D.400.
Socrates natione Græcus ſcripſit à tempore Conſtantini Magni Impe. vſque ad Theodoſium iuniorem volumen Eccleſiaſticæ hiſtoriæ,quo plura refert hęreticorum.an.D.427.
Sozomenus natione Græcus hiſtoriæ Eccl. libris nouem de hæreticis quamplura recenſet.an.D.430.
Stanislaus Hoſius Cardinalis Vuarmien.Ep.edidit confeſſionem cath. fidei ad hæreticorum dogmata confutanda.an.D.1561.
Theodoriti cyri Ep. Epitome hæreticæ malignitatis Romæ ſeruatur. an.D.453.
Theophilus Alexandrinus ad Epiphanium de hæreſibus ſcripſit, & aduerſus Origenem, atque Antropomorphitas.an.D.390.
Tertullianus Carthaginen. presbyter eloquentiſſimè ſcripſit de præſcrip. aduerſus hæreticos,aduerſus Iudæos, Marcionem, Hermogenem,Valentinianos, & contra omnes hæreſes lib. 1. cuius initium

tium

tium eſt. Diuorum hæreticorum, &c. an. D. 160.
Thomæ Aquinatis Ord. Prædica. doctis ac diuinis operibus vniuerſi fidei hoſtes refelluntur, & opus contra Gentes ab omni natione comprobatur. an. D. 1278.
Thomas Caietanus inter cætera eius ſubtiliſſimo opera ſcripſit de Fide, & op. de communione, confeſſione, ſatisfactione, & inuocatione ſanctorum aduerſus Luteranos. an. D. 1530.
Thomas Vualdenſis Carmelita, natione Anglus ſcripſit contra Vuicleſſitas, & Huſſitas opus in libros tres diſtinctum. an. D. 1430.
Victorinus Pictauen. Ep. aduerſus omnes hæreſes edidit librum. anno D. 270.
Vincentius Monachus Monaſterij Lirinenſis Inſulę natione Gallus lib. duos contra omnes hęreticos ſcripſit, & librum verè aureum aduerſus prophanas omnium hæreſeon nouationes. an. D. 430.
Vuilelmus Lindanus dubitantium quoddam edidit Dialogis diſtinctũ hęreſes omnes diſcutiuntur. an. D. 1564.
Tcconeti F. ſumma hęreticorum manuſcripta Romæ in Vaticana Bibliotheca viſitur.

INDEX COMMVNIS TOTIVS OPERIS RERVM, AC VERBORVM

ſingularium alphabeticus, in quo l, librum: p, paginam: a, faciem primam: b, ſecundam deſignat.

ABIVRATIO ſolemnis. l. 3 p. 44 a
Adã perdidit Dei imaginẽ, quomodo l. 2 p. 2 b
Adiaphora quæ dicantur. l. 3 p. 2 a
Adulteræ hiſtoriã Euang. negare quid. l. 1 p. 3 a
Alcoranum coluuies errorum. l. 3 p. 2 b
Alcoranum ſectas 70. peperit. l. 3 p. 44 b
Albigenſium ſacrilegus furor. l. 3 p. 3 b
Ambroſius Mediolanen. Ep. Eccleſiæ defenſor. l. 3 p. 11 a
Ambitio cauſa hæreſis. l. 3 p. 2 a. & 25 a. & 81 b
Anabaptiſtæ reuocant hæreſim an. 40. ſepultam. l. 3 p. 4 b
Angeli quot ſint ſecundum Ariſtotelem. l. 2 p. 5 a
Anima ſeparata an patiatur ignem corporeum. l. 2 p. 6 b
Animalia quatuor ab Ezechiel deſcripta quid. l. 3 p. 6 a
Antichriſti tituli quàm diſſimiles Papæ. l. 3 p. 5 b
Antiluteranorum Babel: ſectæ diſſectæ. l. 3 p. 6 b
Apoſtoli ſchomate notati à quo. l. 3 p. 66 b
Apocripha quæ. l. 3 p. 7 b
Arrij mors fatalis. l. 3 p. 9 b
Arrij pena nondum determinata. l. 3 p. 79 a
Arriani Antiocheni Ep. 10. l. 3 p. 74 b
Artes nugatoriæ, vel ſuperſtitionis fugiendæ. l. 3 p. 62 a
Aſtar. & Aſtaroth quid. l. 3 p. 10 a
Anguriorum inuentio ex Aegyptijs. l. 3 p. 11 a
Augurum proprium munus. l. 1 p. 11 b
Auguſtinus exauditur, vt moreretur. l. 3 p. 25 b

Baptiſmi

B.

BAptiſmi ſormę pręuaricatę miraculum. l. 3 p. 22 a
Baptizati in nomine D. quomodo rebaptizandi. l. 1 p. 7 b
Baribeu, non Barichu legendum. l. 3 p. 82 a
Berrengarij pœnitentia exemplaris. l. 3 p. 14 b
Berrengarij errorem qui ſuſcitarint. ibidem.
Berrengarij hæreſim quis primus reuocauerit. l. 3 p. 82 a
Bonum, & malum in ſacris litteris cur. l. 1 p. 2 a
Bucerus conſtans in Iudaiſmo, non in Chriſtianiſmo. i. 2 p. 72 b

C.

CAIN non occidendum quomodo intelligatur. l. 3 p. 23 a
Calceamenta non portare, an ſit præceptum. l. 2 p. 17 a
Caluini profeſſio, concilij Tridentini detorſio. l. 2 p. 18 a
Caluinus abhorret Trinit. ſymb. Nic. & Athanaſij. l. 3 p. 78 b
Caluini inconſtantia, impoſtura, fictitia miracula. l. 3 p. 17 b
Caluinus impugnatus ab hæreticis. l. 3 p. 40 a
Caluinus hæreticus quàm ſeuerus in hæreticos. l. 3 p. 72 b & 78 b
Canonizationem Sanctorum improbare quid. l. 1 p. 6 b
Cantores Eccleſię vnde ſumpſerint canendi formulas. l. 3 p. 30 b
Caput vnum totius Eccleſiæ. l. 2 p. 4 a
Capita quatuor, ex quibus ſataniſmus. l. 3 p. 16 a
Carnium eſus notanda abſtinentia. l. 3 p. 7 b
Caſtrare ſe quomodo in S. ſcript. accipiatur. l. 3 p. 8 a
Catilinarius mos. l. 3 p. 69 a
Catholici defuncti in integrum reſtituti. l. 3 p. 73 a
Cœcitas hęreticorum pœna. l. 3 p. 24 b
Circunciſio ſecunda. l. 3 p. 74 b
Commercium cum hæreticis periculoſum. l. 3 p. 16 b
Commentum diabolicum hæreticorum. l. 3 p. 36 a
Communio ſub vtraque ſpecie ab orco reuocata. l. 3 p. 17 a
Conſequentia neceſſaria quid deducatur ex S. ſcrip. l. 1 p. 1 b
Ex Traditionibus, Pontifice, Concilijs, Patribus. ibid. p. 3. 5. 9. 17
Concilia cur fuerint coacta. l. 1 p. 9 a
Concilijs quid ex ſe, vel conſequenter opponitur. ibidem.

Conci-

Conciliorum munus quid. l. 1 p. 9 b
Concilia prouincialia, & Diœceſana quomodo conuincant de fide. l. 1 p. 12 a
Concilium generali corrigit prouinciale. l. 1 p. 12 b
Coniugum alter an ad ſecundas nuptias tranſire poſſit, altero in hæreſim lapſo. l. 1 p. 7 b
Confiteri peccata ſecretè, an ſit de fide. l. 1 p. 1 b
Conſtitutiones Pontificię aliud principale, aliud acceſſorium còntinent. l. 1 p. 7 a
Corpus Chriſti eſſe in hoſtia ſacrata quomodo. l. 1 p. 1 a
Corpus Chriſti quam variè aſſerant hęretici eſſe in hoſtia ſacrata. l. 2 p. 50 b

C.

DE Dijs, quam variè gentes ſenſerint. l. 3 p. 11 b
Deiſtarum confuſio. l. 3 p. 22 a
Dęmon hæreticorum tortor. l. 3 p. 16 b
Dæmon in quos ſe inuehere poſſit. l. 3 p. 61 b
Deus, & Dæmon nouies in die adoratur. l. 3 p. 10 b
Diabolus aufert timorem, vt peccandi ſit libertas. l. 3 p. 15 b
Doctrina praua nihil ſeditioſius, ac pernicioſius. l. 3 p. 8 a
Dominicus Ord. Pręd. in Albigenſium hæreſim extirpandam annos decem conſumpſit. l. 3 p. 3 b
Donatiſtarum ſecta in ſectas diſſecta. l. 3 p. 10 a

E.

ECcleſia quando cœpit hæreſibus agitari. l. 3 p. 20 a
Eccleſiæ primi ſeptem hęretici. ibidem.
Eccleſia vna cum capite vno. l. 2 p. 43 a
Epiſcopus an ſit ſacerdote ſuperior ex Hieron. l. 2 p. 46 b
Epiſcopatus ordo, quomodo ſupremus. l. 2 p. 47 a
Errare quid. l. 1. prin. fol. *
Eſſentia quid. l. 3 p. 58 b
Ethnicos ſaluari in lege naturæ, qui dicant. l. 3 p. 60 a
Euangelici hęretici in quib. cũ Mahomete conueniunt. l. 3. p. 43 b
Euchar. ſacramenti ſectæ variæ. l. 3 p. 2 a

Euchar. ſacramenti expoſitiones 13. l. 3 p. 4 a
Euchar. ſacramenti efficacia. l. 3 p. 33 a
Eunuchi in ſacra ſcriptura qui ſint. l. 3 p. 80 a
Extrema vnctio à Chriſto, & ab Apoſtolo quomodo. l. 1 p. 3 b

F.

Fidem quæ concernant directè, quæ indirectè. l. 1 p. 2 a
Fidei alia neceſſaria, alia conuenientia, alia minùs in eam tendentia. l. 1 p. 6 b
Fidei zelus in hæreticos. l. 3 p. 68 b
Fides olim per doctos, nunc per idiotas turbatur. l. 3 p. 59 b
Filius Dei non generat cur. l. 2 p. 113 b. & l. 3 p. 47 b
Filiæ Loth an peccauerint cum eo commiſcentes. l. 3 p. 80 a

G.

Geneuę vel anima extinguitur, vt Papa deſtruatur. l. 3 p. 10 b
Gentilium librorum lectio eſt cauſa hæreſum. l. 3 p. 71 a
Gratiani Decretum cur, & à quo caſtigatum. l. 1 p. 11 b
Grȩcorum grauitas in Eccleſia exiſtentium, & leuitas ab ea recedentium. l. 3 p. 30 a

H.

HÆreſis interpretatio. l. 1 in prin. fol. *
Hæreſis diffinitio triplex. ibidem.
Hæreſis ex ſe conſiderata, in propoſitione, in homine ibidem.
Hȩreſis quomodo diſtinguatur ab errore. ibidem.
Hæreſes cur Deus ſuboriri permittat. l. 3 p. 8 a
Hæreſum Diuinæ vltionis potentiſſimum miraculum. l. 3 p. 12 b
Hȩreſes omnes approbare rationi prorſus diſſentaneũ. l. 3 p. 67 a
Hæreticorum inſignia. l. 3 p. 3 b
Hæretici vbi ſe Deum colere ſimulant, augendis opibus, & honori ſtudent. l. 3 p. 4 a
Hæreticorum demortuorum iuſtitiæ executio. l. 3 p. 16 a
Hæretici à Dæmone torti. l. 3 p. 16 b
Hæretici ruina domus oppreſſi. l. 3 p. 19 b
Hæretici ſeptem primi, qui. l. 3 p. 23 b
Hæreticorum iactantia ſine miraculo. l. 3 p. 21 b

Hære-

Hæreticorum pertinacia quid differat à Martyrum conſtantia. l. 3 p. 23 b
In hæreticos quàm ſeuiendum. l. 3 p. 24 b
Hęreticorum pœna eſt cęcitas. ibidem.
Hæreticorum eſt ſcripturas ſibi aduerſantes deſtruere. ibidem.
Hæreticorum inſania. l. 3 p. 25 a
Hæreticorum fraus. l. 3 p. 25 b
Hæretici prætextu ouium agunt lupos. l. 3 p. 77 b
Hæretici damnatas reuocant hęreſes. l. 3 p. 26 b
Hæreticorum Simoniaca ambitio. l. 3 p. 27 a
Hæretici pœnitentes, ad perpetuos carceres damnati. l. 3 p. 31 b
Hæretici poſt mortem etiam anathematizandi. ibidem.
Hæretici in quibus conueniant cum Iudæis. l. 3 p. 37 a
Hæretici in quibus conueniant cum Turcis. l. 3 p. 43 b
Hæreticorum memoria delenda. l. 3 p. 39 a
Hæreticorum eſt non eſſe in eorum perfidia vnitos. l. 3 p. 39 b
Hęreticorum fraus ad capiendos ſimplices. i. 3 p. 45 a
Hæreticorum ſuperbia, & ambitio. l. 3 p. 59 a
Hęretici ſibi Deum imaginaliter fingunt, quem intueri ſpiritualiter nequeunt. l. 3 p. 66 b
Hæreticorum eſt ſe iuſtitiæ nomine honeſtari. l. 3 p. 68 b
Hæretici in hæreticos quàm ſeueri, l. 3 p. 72 b.
Hæreticorum oſtentatio. l. 3 p. 73 b
Hæreticorum quid ſpirituale ſit. l. 3 p. 75 a
Hęreticorum conuerſatio interdicitur lege ciuili. l. 3 p. 75 b
Hæretici vtuntur S. ſcript. ſolis locis eis, qui pro ipſis faciunt. l. 3 p. 77 a
Hęretici prauo ſenſu ſua elaborare conantur. l. 3 p. 78 a
Hæreſiarchę Antichriſti, qui. l. 3 p. 6 a
Hæretici Protei. l. 3 p. 80 a
Hoc eſt corpus m. expoſitiones extortę. l. 2 p. 49 a

I.

Ieiunia in gratiam Canis obſeruata. l. 3 p. 19 b
Imaginibus Sanctorum qui primus detraxerit. l. 3 p. 82 a

Impœnitentis ſententia notabilis. l. 3 p. 15 b
Impietas ſæuiſſima in ſacerdotes. l. 3 p. 14 a
Indiarum ſectę: legitur ibi Euang. Nicomedi. l. 3 p. 21 a
Inferni pœnas diſpares eſſe. l. 3 p. 4 a
In Iuſtinum Imp. Dei vindicta. l. 3 p. 7 b
Interim Cæſareum. l. 3 p. 34 b
Interpretatio ſcript. 72. interpretum recipitur: interpretatio Aquilæ reijcitur. l. 3 p. 8 b
Ioachim octo annorum quomodo. l. 1 p. 2 b
Io. Baptiſt. vel Euangel. fuiſſe Chriſti cinedam, qui non horreſcant aſſerere. l. 3 p. 6 a
Io. Euang. cur ſuum ſcripſerit Euang. l. 3 p. 24 a
Io. Euang. Ep. 1. cap. 4. detruncata à quo. l. 2 p. 25 b
Iudæorum ſectæ quo tempore exortæ. l. 3 p. 25 a
Iudæorum ſectæ variæ. l. 3 p. 31 a
Iudæi an hæretici, & quomodo à Papa puniuntur. l. 3 p. 36 b
Iudaiſmus per hæreticos inuectus Euangelij titulo. l. 3 p. 37 a
Iudas Scariothes Magum cenſuit Chriſtum, & eius corpus in cœna ſumpſit. l. 3 p. 36 b
Iudicium non eſſe futurum cur ſatanas perſuadeat. l. 3 p. 64 a
Iuſtificationis opiniones quot. l. 3 p. 38 b
Iuſtificationis can. quomodo quadrent Paulo. Ro. 3. & Iacobi epiſt. c. 2. l. 1 p. 8 b
Iuſtificationis opiniones 16. erroneę. l. 2 p. 63 b

L.

Lapides clamare quid. l. 3 p. 32 b
Libera opinionum varietas pernicioſa. l. 3 p. 37 b & 38 a
Libertas mira in reprehendendo. l. 3 p. 46 b
Libido effrenata. l. 3 p. 21 a
Libido fœda charitatis prætextu. l. 3 p. 23 b
Libido execranda ad errandum pernicioſa. l. 3 p. 79 a
Libri canonici quantum differant à S. ſcriptura. l. 1 p. 15 a
Liber de quæſt. no. & vet. teſt. an ſit Auguſtini. l. 3 p. 48 a
Loth cum filiabus commiſcendo an peccauerit. l. 3 p. 80 a

Luterus ſibimet contrarius de gratia. l. 2 p. 56 b
Luterus gloriatur à Diabolo argumenta didiciſſe con-
tra ſacerdotium. l. 2 p. 99 a
Luterus quàm varius in ſacramentis. l. 2 p. 99 b
Luterus ſanctos prius veneratur, poſt inhonorat. l. 2 p. 100 b
Luterus, vt ſe tegat, votum abhorret. l. 3 p. 8 b
Luterus loca 20. ſacrę ſcripturæ deprauauit. l. 2 p. 103 b
Luterus ab indulgentia ſuorum errorum ſuam auſpi-
catur ruinam. l. 3 p. 40 b
Luterus non propter Deum, ſed Papæ odio contra Ec-
cleſię veritatem inuehitur. l. 3 p. 41 b
Luterus à Patre ſuo Auguſtino hæreticorum hoſte
degenerat factus hęreſiarcha. ibidem.
Luterus magiſtrum ſuæ doctrinæ habet Diabolum. ibidem.
Luterus Diaboli opera moritur. ibidem.
Luterus quàm peſtilens, & vanus propheta. ibidem.
Luterus quàm varius, inconſtans, falſus. ibidem.
Luteranorum tot hæreſiarchæ, quot ſectarij. l. 3 p. 7 a
Luteranorum ſinagogæ 14. ſingulas iuſtitiæ defini-
tiones ſingulis contrarias habentes. l. 3 p. 7 a
Luteranorum doctrina quomodo peccandi cauſa. l. 3 p. 17 a

M.

Mahometis tituli, atque errores. l. 3 p. 42 b
Mahomete omnes comprimuntur hæreſes. l. 3 p. 2 b
Mariam V. fuiſſe à peccato originis ſanctificatam.
aut ab eo prorſus immunem quomodo ex S. ſcri
ptu. habeatur. l. 1 p. 3 a
Mariam V. in peccato originis conceptam quot & do
cti & ſancti aſſeruerint. l. 1 p. 14 a
Mariæ V. aduerſarij confutati. l. 3 p. 17 b
Martyrologia hæreticorum. l. 2 p. 69 b
Matrimonium ratum non diſſolui per ſequentes con-
ſummatum. l. 1 p. 8 a
Mathematici erroris, ac ſceleris aſſertores. l. 3 p. 47 a

Mathe-

Mathematicæ diſciplinæ prohibitę. l. 3 p. 47 b
Melanſton quàm varius in ſuis dogmatibus. l. 3 p. 48 b
Membra hominis cur Deo attributa. l. 2 p. 71 b
Membra hominis in Deo quid ſignificent. l. 3 p. 79 b
Memoria hæreticorum delenda. l. 3 p. 39 b
Miracula Caluini fictitia. l. 3 p. 17 b
Monachi ad bellum coacti à quo. l. 3 p. 80 a
Muliebre genus lubricum. l. 3 p. 20 b
Mulierculæ oneratæ peccatis hæreſis ſeminandę fomentum. l. 3 p. 2 a

N.

Nicodemi Euang. legitur apud Indos. l. 3 p. 21 a
Notiones in diuinis plures, & pauciores citra hæreſim ponuntur. l. 1 p. 2 a

O.

Orare ſine intermiſſione quid. l. 3 p. 64 b

P.

Papa an errare poſſit in fide quomodo. l. 1 p. 6 a
Papa poteſt ſimoniam incurrere. l. 1 p. 6 b
Papa Petri cathedræ inſidet quomodo: l. 1 p. 6 a
Papæ authoritati quid ſit ex ſe, vel conſequenter ſe opponere. l. 1 p. 5 b
Paria decem ab initio deſtinata Mundo, quæ. l. 3 p. 6 a
Paſcha eodem tempore ab omnibus celebrandum. l. 3 p. 65 b
Paſcha quo tempore celebrandum. l. 3 p. 57 b
Patrum doctrina amplectenda eſt. l. 1 p. 13 b
Patrum doctrina & citra fidem, & de fide. l. 1 p. 14 a
Patres quomodo de fide concludant. l. 1 p. 15 b
Patres quomodo probabiliter ſolum concludant ſecundum Hieron. Aug. & Tho. Aquin. l. 1 p. 16 a
Paupertas Chriſti, quæ. l. 1 p. 5 b
Pænitentia vera, ac optima eſt noua vita: hęc prop. quo ſenſu hæretica. l. 2 p. 91 b
Perſona quid. l. 3 p. 58 b

Petrus

Petrus poſt Chriſti paſſionem an ſeruarit legalia. l. 1 p. 3 a
Plato docet Paradiſum viſibilem. l. 3 p. 71 b
Pontificiæ decretales, vel conſtitutiones aliud vt principale, aliud vt acceſſorium continent. l. 1 p. 7 a
Pontificium ius quomodo de fide concludat. l. 1 p. 5 b
Potentia nequit eſſe ſolum in agente prop. hæc. an hæretica. l. 1 p. 2 a
prnoſticari leuitatis eſt. l. 3 p. 35 a
Prophetes ſi ſurrexerit &c. Deut. 13. quid. l. 3 p. 34 a
Propoſitio hęretica ſacrę ſcrip. oppugnans. l. 1 p. 1 a
Prop. hæretica traditionibus oppugnans. l. 1 p. 3 b
Prop. hæretica Papæ definienti oppugnans. l. 1 p. 5 a
Prop. hæretica concilijs oppoſita. l. 1 p. 8 b
Prop. hær. Patrum Doctrinę oppoſita. l. 1 p. 12 b
Propoſitio erronea. l. 1 p. 17 a
Propoſitionis erroneæ exemplum Sixti. 4. l. 1 p. 17 a
Prop. erroneæ exemplum D. Thomæ. l. 2 p. 28 a
Prop. erroneæ exemplum Alphonſis Caſtr. l. 2 p. 30 b
Prop. ſapiens hæreſim. l. 1 p. 18 a
Prop. malè ſonans, & pias aures offendens. l. 1 p. 19 a
Propoſitio ſcandaloſa. ibidem.
Propoſitio ſchiſmatica. l. 1 p. 20 a
Prop. iniurioſa. ibidem.
Prop. hæretica, ſcandaloſa, temeraria, ſchiſmatica, & iniurioſa ſimul. ibidem.

R.

REſurrectio corporum ante Chriſti reſurrectionem quomodo. l. 1 p. 3 a
Regina cœli, per Hierem. quid. l. 3 p. 27 b

S.

SAmuelis anima an fuerit ab inferis excitata. l. 3 p. 61 b
Sanctus qui crucifixus, quis perperam ſuperaddiderit hymno Triſagion. l. 3 p. 60 b
Saraceni ex Agar, non ex Sara. l. 3 p. 2 b

Sata-

INDEX

Sataniſmus ex quibus ortus ſit. l. 3 p. 16 a
Sataniſmus ex quatuor capitibus proceſſit. l. 3 p. 69 b
Satan agere quid. ibidem.
Saul vnius anni, quomodo. l. 1 p. 2 b
Scipio, & Cato ſaluati apud Zuinglium. l. 3 p. 82 b
Secta contra ſectam, ſectę diſſectæ &c. l. 3 p. 68 a
Sectarij in quibus conueniunt, ac differunt. l. 3 p. 70 b
Sectariorum loca, in quibus habitant. l. 3 p. 71 a
Sectarij ſeditioſiſſimi. l. 3 p. 82 b
Suſanæ hiſtoriam negare, hæreticum eſt. l. 1 p. 3 a

T.

Tabula articulorum, quos Caluiniſtæ abiurant, & Papiſtis vt deteſtabiles errores imponunt. l. 2 p. 18 a
Talmud cur combuſtum. l. 3 p. 37 a
Templorum deſſolatio. l. 2 p. 109 b
Traditionnm neceſſitas, & quę ex his habentur. l. 1 p. 4 a
Tradita à Chriſto, & ab Apoſtolis quid differant. l. 1 p. 4 b
Tradita ab Apoſt. alia ad tempus, alia in perpetuum. l. 1 p. 5 a
Traditionum oppoſitio ex ſe, & conſequenter. l. 1 p. 3 b

V.

Vaſis ſacris abutentium vltio diuina. l. 2 p. 114 b
Veritas catholica duplex. l. 1 p. 17 b
Veritatem deuiantes varia incidunt mendacia. l. 3 p. 47 a
Vigilantius potius Dormitantius appellandus cur. l. 2 p. 101 a
Vitia pro virtutibus, & econtrà. l. 3 p. 40 a
Vtres nouos ſum. & in eos. Mat. 9. quid. l. 3 p. 10 a
Vxor ſi non vult, veniat ancilla. l. 3 p. 62 b

FINIS.

LIBER PRIMVS DE AGNOSCENDIS PROPOSITIONIBVS HAERETICIS,

cæteriſque omnibus ad Inquiſitores violatæ Religionis pertinentibus.

QVARVM RATIO CVM AB HAERESI potiſſimùm deducatur, ab eius interpretatione, ac definitione auſpicari oportet.

INTERPRETATIO HAERESIS.

HAERESIS græca dictio eſt, quæ à verbo græco αἱρέομαι quod eligo ſignificat, deducta idem quod electio ſonat.

Interpretatio hæc ex eò facilè comprobari poteſt: quòd ſingularis aliqua Philoſophorum ſententia, aut opinio, quam ſibi quiſque illorum pro arbitratu eligit, quandoque hæreſis à Cicerone nuncupari ſolet: quemadmodum in Paradoxis, de Catone ſic eum pronunciaſſe legimus: Cato in ea eſt hæreſi quæ nullum ſequitur orationis florem; Hæreſim pro electione dixit: quia talem dicendi ſtylum ſibi elegerat Cato, qui nullum orationis florem prorſus haberet. Quò fit, vt Chriſtianorum catholica fides, hæreſis nomen verè, ac propriè ſortiri minimè poſſit: cum non ex hominis arbitrio, ac electione pendeat, neque hominis ingenio inuenta ſit. Sed oſtenſione Spiritus Sancti fuerit hominibus reuelata. Sermo ſiquidem meus, & præ-

& prædicatio mea (inquit Paulus) non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis: vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei: ſapientiam autem non loquimur (inquit ille) huius ſeculi, neque Principum huius ſeculi, qui deſtruuntur: ſed Dei ſapientiam, quę in myſterio abſcondita eſt. Quare hæc fides nequaquam humano aliquo ſenſu, vel iudicio conſtat, & ideo neque nomen aliquod ſortita eſt huiuſmodi, vt hæreſis diceretur, inquit Theophylactus. Inuenimus quidem Iudæos in Paulum Romam aduentantem, in hęc verba prorupiſſe. Rogamus à te audire quę ſentis: nam de ſecta hac notum eſt nobis, quia vbique ei contradicitur. Verùm infideles fuere, ac minimè experti, qui Religionem Chriſtianam adhùc pullulantem ſectam appellauere: quemadmodum & hæreſis nomen olim ſæpè in bonam partem fuit vſurpatum. Cæterùm hodie vtriuſque nomen & apud Chriſtianos odioſum eſt, & apud vulgus infame. Quia, cùm oporteat nos captiuare intellectum in obſequium Chriſti, conſequens eſt, vt qui aduerſus ipſius Eccleſiæ doctrinam, aliam ſibi pro arbitratu elegerit, ſiue electam ab alio ſuſceperit, iure, ac meritò ſectarius, hæreticus, odioſus, infamis, ac omni execratione dignus habeatur. Sunt etenim hæreſum opera (inquit Tertullianus) adulteræ doctrinæ, hęreſes dictæ græca voce interpretatione electionis, qua quis ſiue ad inſtituendas, ſiue ad ſuſcipiendas eas vtitur. Ideo Apoſtolus & ſibi damnatum dixit hæreticum: quia & in quo damnatur ſibi eligit. Nobis verò nihil ex noſtro arbitrio indulgere licet, ſed nec eligere, quod aliquis de ſuo arbitrio induxerit. Apoſtolos Domini habemus authores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter nationibus aſſignarunt. Itaque etiam ſi Angelus de cœlis aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis. Hæc ille. Nec his obſtat, quò minùs hæreſis ab electione dicatur: quòd electio opus ſit voluntatis, hæreſis verò intellectus, quia intellectus ipſe, cuius actio hæreſis eſt, non niſi voluntatis imperio ad aſſentiendum mouetur. Quod & in fide clariùs etiam ex Auguſtino videre eſt: qui, quamuis credere actus ſit intellectus, procedere tamen ex voluntate,

1. Cor. 2. a.

Theoph. in Ep. col. 2.

Act. 28. f.

Tertul. de Interpretationib. hæreticorum circa Princip.

Aug. ſup. Io ca. 26. circa prin. To. 9.

luntate, ac propria affectione ſic probat. Intrare quiſquam Eccleſiam poteſt nolens, accedere ad altare poteſt nolens, accipere Sacramentum poteſt nolens, at credere non poteſt niſi volens: ſi corpore crederetur, fieret etiam in nolentibus, ſed corde creditur ad iuſtitiam, inquit Paulus. Itaque & hæreſis ipſa ab electione dicitur (inquit Hieronymus) quòd vnuſquiſque eam ſibi eligat diſplinam, quam putat eſſe meliorem, vt in Decretis refertur. 24. queſt. 3. cap. Hæreſis. Rom. 10. Hierony. ſuper Galat. 5.

DIFFINITIO HAERESIS.

Quid ſit ea ratione, qua ex ſe hæreſis eſt.

HAERESIS eſt ipſius intellectus error contra catholicam fidem.

Quid ſit ea ratione, qua propoſitio hæretica conſtituitur.

HAERESIS eſt, qua propoſitio falſa fidei catholicæ adeò repugnat, vt cum ea eſſe non poſsit.

Quid ſit ea ratione, qua quis hæreſis culpa afficitur.

HAERESIS eſt, qua dogma falſum contra cath. fidem ab eo, qui eam ſuſcepit, pertinaciter aſſeritur, vel catholicum in dubium reuocatur.

Cum grauiſſimum ſit hereſis crimen, eoque cæteris pernicioſius, quò ſe latiùs diffundit, fuſiùs ſerpit, intimiùs penetrat; ac tenaciùs hæret, non niſi multiſariàm à nobis definiri potuit. Tanto.n. veneno hic grauiſſimus morbus ſcatet: vt ſiue ore exeat, audientium offendat aures: ſiue ſcriptis redigatur, maculet libros: adeò vt ſi nulla etiam habeatur ratio ad eum, vel qui eam protulit, vel qui in charta exarauit, ea ipſa, ac ſi rea eſſet, nihilominus vbique caſtigetur: quod in cæteris criminibus tam acriter nuſquam contingit. Quare tàm execranda labes non modò vt ex ſeipſa perpenditur; verùm etiam vt in propoſitione eſt, at in homine pertinaci reperitur, hìc à nobis conſultò definitur. Et primò quidem.

HAERESIS dicitur ipſius intellectus error.) *quia non in opere externo; ſed in intellectu ipſo hoc, vel illud indicante conſiſtit hæreſis. ſiquis.n. ſtuprum, vſuram, vel periurium commiſerit, quin etiam publicum quodcunque delictum, cuius accuſatio, vel perſecutio cuilibet de Populo ex lege permittitur: non ob id contrahitur hæreſis crimen: niſi hęc ſibi etiam licere crediderit: ſicut Valdenſes, qui omnem carnis commixtionem ſibi faciebant licitam: Græci, qui vſuram docebant, nullum eſſe peccatum: Priſcillianiſtæ, quibus adeò licitum fuit periurium, vt id ſemper in ore verſarent:*

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

Contra catholicam fidem.] *Cùm non omnis veritas ad fidem cath. pertineat, ita nec omnis error ad hæreſim ſpectabit, ſed is ſolùm qui eſt contra catholicam fidem, errare ſiquidem potero (inquit Auguſtinus) ſed hæreticus non ero. At videamus ex eo, quid errare ſit.*

ERRARE QVID.

ERRARE nihil aliud eſt, quàm verum putare quod falſum eſt, falſumque quod

verum

verum eſt: vel certum habere pro incerto, incertumve pro certo.

Hæc Auguſtin. in Enchirid. ad Laurentium cap. 17. At quomodo errare hoc, ab eo diſtinguatur, quod hæreſis eſt, ob idque à fide catholica deuiat, in eiuſdem libri. cap. 21. in hæc verba ipſemet declarat. In his errare (inquit) .i. aliud pro alio putare, non arbitrandum eſt eſſe peccatum; aut ſi eſt, minimum eſſe, atque leuiſſimum. Poſtremò qualecunque illud, & quantumcunque ſit, ad illam viam non pertinet, qua imus ad Deum, quæ via fides eſt Chriſti, quæ per dilectionem operatur. Neque.n. ab hac via deuiabat in geminis filijs gratus ille parentibus error: aut ab hac via deuiabat Apoſtolus Petrus, quando ſe exiſtimans viſum videre, aliud pro alio ſic putabat, vt à corporum imaginibus, in quibus ſe eſſe arbitrabatur, vera, in quibus erat, corpora non dignoſceret, niſi cum ab illo Angelus, per quem fuerat liberatus, abſceßit: aut ab hac via deuiabat Iacob Patriarcha, quando viuentem filium à beſtia credebat occiſum. In his atque huiuſmodi falſitatibus ſalua fide, quæ in Deo nobis eſt; fallimur: & via non relicta, quæ ad illum nos ducit, erramus. Qui errores etiam ſi peccata non ſunt, tamen in malis huius vitæ deputandi ſunt: quæ ita ſubiecta eſt vanitati, vt approbentur hic falſa pro ueris, reſpuantur vera pro falſis, teneantur incerta pro certis. Quamuis.n. hæc ab ea fide abſint, per quam ad veram, certamque atque æternam beatitudinem tendimus: ab ea tamen miſeria non abſunt, in qua adhuc ſumus. Nullo modo quippè falleremur in aliquo vel animi, vel corporis ſenſu, ſi iam vera illa, atque perfecta fœlicitate frueremur. Hucuſque Auguſtinus. Quare non eſt mirum, ſi ſæpè etiam catholicos, ac doctißimos Patres in his diſſentire contingat, in quibus nihil fidei refert, an hoc vel illud credatur. Cuiuſmodi eſt quæſtio de ſalute Origenis: de qua inter Hieronymum, & Ruffinum, inter Io. Picum, & alios acris contentio eſt. Cui confinis eſt & illa de Salomonis ſalute, quem periſſe putant Auguſtinus, Chryſoſtomus, Beda, Gregorius,

Gen. 21.

Act. 12.

Liranus,

Liranus, Rabanus, Alſonſus Toſtatus, & alij multi: è contrariò autem Ambroſius, Hieronymus, Thomas, Vincentius, Origenes, Iſidorus, Burgenſis, Leo Papa, & Hebræorum plurimi inter diuos eundem eſſe coniectant. Sed de his iam ſatis digreßi ſumus: modò ad ſecundam ipſius hæreſis definitionem veniamus.

HAERESIS eſt, qua propoſitio falſa fidei cath. repugnat.) *Non ab re hìc nos diffinimus hæreſim non eſſe propoſitionem, ſed qua propoſitio ipſa fidei cath. repugnat: quia cum hæreſis propriè ſe habeat vt forma denomians, id eſſe non poteſt, quod denominatur, ſed qua denominatum ipſum, ſiue propoſitio, ſiue homo ſit, hæreticum dicitur. Quare cum non ab hominis voluntate, ſed ab hęreſi denominetur propoſitio, remota illius pertinacia, adhuc etiam dicetur hæretica. Non.n. hæreſis ab hæretico, ſed hęreticus ab hæreſi deducitur. Vnde & nos conſultò priùs de hæreſibus, quàm de hæreticis pertractauimus. Et quamuis hęreſis ab electione dicatur, quæ non fit abſque hominis arbitrio, attamen cum perpendatur non iuxta id, à quo nomen imponitur: ſed ad quod ſignificandum ſumitur, quod eſt fidei repugnantia, abſque hominis voluntate hęreſis ratio formalis habetur. Quibus etiam id minimè officere poteſt, quòd quis non cenſeatur hæreticus, niſi adiuncta ſit pertinacia: quia aliud eſt cenſuræ iudicium, quo culpa delinquentis punienda inueſtigatur: aliud denominatio, quæ in denominato nil aliud, quàm forma denominans ſpectatur. Iudex.n. non hæreſis formam ſolùm conſiderat, ſed potiſsimùm proferentis animum, conditionem, ſtatum, cęteraſque, tùm locorum, tùm temporum circunſtantias: quò de delicto in reo puniendo rectum iudicium iudicet. Sed Theologus propoſitionis formam, ac qualitatem pręponderat, an ea fidei repugnet, à quocunque, & quomodocunque interim pronuncietur. Quòd etiam huiuſmodi propoſitio non obſtinato animo prolata, ex ſola fidei repugnantia hæretica ſit, ex eo facilè dignoſcitur, quòd cauetur in poſterùm ne rurſus proferatur: niſi.n. adhuc hęretica eſſet, ab ea non tàm accuratè eſſet abſtinendum. Cum igitur apud grauiſsimos authores legitur, non eſſe hæreſim niſi pertinacia adiuncta, in eo ſenſu intelligatur oportet, quo hæreſis culpa homo ſit reus, ob*

Cur priùs de hæreſibus, quàm de hæreticis.

idque

idque grauiter ſit puniendus. Quo ſenſu & tertio loço nos ſic eam definimus.

HAERESIS eſt, qua dogma falſum contra cath fidem ab eo, qui eam ſuſcepit, pertinaciter aſſeritur.] *In qua quidem diffinitione pręter ea, quæ ratione hæreſis, vt forma denominans eſt (vt iam præmiſimus) comprehenduntur: duo inſuper addidimus ratione hominis ſubiecti, huiuſmodi hæreſis forma affecti. Alterum quidem, vt is iam fidem ſuſceperit, qui corruptor fidei ob hæreſim eſt iudicandus: quia ſibi violator fidei non eſt, qui priùs non fuerit illius obſeruator: & qui nobiſcum Eccleſię membrum priùs non extiterint, nihil ad nos (inquit Paulus) de his qui foris ſunt. Alterum verò, vt idem homo hæreſi pertinaciter adhæreat. Nam & ſi hæreſis ex genere, & natura, vt repugnantia fidei eſt, ſolùm accepta, nullam prorsùs pertinaciam requirat, vt tamen repugnantia hæc moraliter adhùc etiam conſiderata peccatum infert, ac hominem non ſolùm denominat, ſed & hæreſis labe afficit, ſic profectò pertinaciam prauæ voluntatis hominis includit, ſine qua hæc fieri non poſſunt. Quemadmodum.n.nec alienę rei acceptio, nec hominis occiſio, reum hominem tàm furti, quàm homicidij conſtituit niſi cum & res aliena inuito domino malè contrectatur, & homo iniquè contra ius occiditur: ita nec fidei repugnantia criminis hæreſis hominem reum efficiet, niſi cum eius praua voluntas pertinaciter obſtiterit: & ſicut concubitus ille fornicarius Iacob cum Lia fornicationis vitio non eos affecit, quòd vtrinque ignorantia interuenerit: ita & hęreſis morbo ſuo hominem non inficit, cum fuerit per ignorantiam ſuſcepta, vel inaduertenter ab eo prolata.*

VEL Catholicum in dubium reuocatur.] *cum certa, ac vera ſint, quæ Eccleſia catholica nobis proponit credenda, hęreſis crimen procul dubio ei quoque impingitur, qui ipſius catholicum dogma in dubium reuocauerit, ac de eo pertinaciter dubitauerit. Vtique dum intellectus humanus tentatione aggreſſus nolens, ac patiens, ac etiam reſiſtens in fidei articulo tenetur dubietate conturbatus, etiam ſi per menſes, & annos hac pugna crucietur, non eſt quidem cur tum ſic in fide tentatus de hæreſi notetur, cum primi*

motus

motus in hominis poteſtate non ſint. At cum quis ſpecialiter, vt iam vniuerſaliter ab Eccleſia monitus dubitationi huiuſmodi pertinaciter adhærere voluerit, etiam ſi ad horam in ea ſe ſolùm firmauerit, tunc certè ſic dubius in fide infidelis eſt, inquit Stephanus Papa, vt cap. 1. de hæret. refertur.

Tandem cum pertinacia ſit, quę hæreſi adiuncta conſumatum facit hæreticum, non erit abſurdum, quid ea ſit, hîc etiam explicare.

Pertinacia quid ſit.

Pertinacia itaque cum à verbo Pertendo, (ſi Marco Varroni credendum eſt) quod eſt, à ceptis ad finem tendo, ex vocis interpretatione deducatur, erit obſtinatio quædam, qua quis in eo pertendit, vel perſiſtit, in quo pertendere, vel perſiſtere non debet. Vnde Cicero coniunxit quidem pertinaciam perſeuerantiæ, vt vtraque in rebus ceptis perſiſtit, ſed eas adinuicem ſeiunxit, vt perſeuerantia in bono, pertinacia verò in malo occupatur. Quòd etiam clariùs explicuit D. Thomas inter pertinacem, mollem, & perſeuerantem, diſtinguendo, vt Pertinax ſit, qui in propria perſiſtit ſententia pluſquàm oportet, Mollis minusquàm oportet, Perſeuerans ſecundum quod oportet. Quare perſeuerantia laudatur, ſicut in medio exiſtens; pertinacia vituperatur, ſicut medium excedens; molle deſpicitur, vt à medio deficiens. Cùm igitur quis in hæreſi, quam ſub reatu culpæ, deſerere tenetur, vel in his dubitando, de quibus abſque fidei periculo dubitare non licet, obſtinato animo perſiſtit, proculdubio pertinax erit.

22. q. 138. Art. 2. Pertinax. Perſeuerans. Mollis.

Notandū.

Sed iam ad regulas veniamus, propoſitionis cuiuſcunque qualitatis agnoſcendæ, ex quibus cuiq; patebit, quàm cautè ſit procedendum in propoſitionibus enuntiandis, in eis conſcribendis, in ſcriptis antequàm imprimantur, accuratè caſtigandis, atque in impreſſis, ante quàm diuulgentur, diligenter examinandis.

DE PROPOSITIONE HAERETICA.

REGVLA PRIMA EX SACRA SCRIPTVRA.

HAERETICA propoſitio eſt, quę ſub proprijs terminis in ſenſu, quē facit, ex ſe ſe, vel neceſſaria conſequentia, contradicit ſacrę, & canonicę ſcripturę, non varię non obſcurę, non diuerſimodè ab acceptatis Doctoribus expoſitę non iuxta, miſticum, ſed litteralem ſenſum in ueteri, vulgata, latina editione, ab Eccleſia Romana Catholica receptum.

SVB proprijs terminis in ſenſu quem facit.) *Debet accipi propoſitio, ne ob multiplicem ſenſum ſub ijſdem terminis perperàm comprœhenſum errare contingat; vt in hac propoſitione:*

Corpus Chriſti non eſt in hoſtia conſecrata, vt eſt in cœlo. non eſt hæretica iuxta propriorum terminorum ſenſum, qui eſt negare modum exiſtendi, non realem corporis Chriſti exiſtentiam in hoſtia conſecrata: qui ſenſus quo ad realitatem, licet ex verbis aliquo pacto deduci poſſet, non eſſet tamen propriorum terminorum ſenſus: è contrà verò hæc:

Nec ſanguis Chriſti in hoſtia conſecrata, nec eius corpus in vino eſt conſecrato, Licet verificari poßit ſub diſtinctione, ex ui verborum intel ligendo, non per concomitantiam: tamen quia abſolutè prolata ſub proprijs terminis ſenſus eius eſt, negare exiſtentiam non modum, falſa eſt, & hæretica.

EX ſe ſe,) *Hoc eſt ſine alio diſcurſu & deductione, ſtatim ex ſe opponitur ſacræ ſcripturæ; quemadmodum illud Cerdonis hæretici aſſertum, ſcilicet Chriſtus neque incarnatus, neque ex fœmina natus, neque paſſus, neque mortuus fuit, ſine alio diſcurſu immediate opponitur ſacræ ſcripturæ: Id verò Apollinaris hæretici, ſcilicet, Chriſtus non aſſumpſit animam, quæ mentem haberet, non niſi per diſcurſum, & conſequentiam quandam opponitur ſacræ ſcripturæ aſſerenti Chriſtum eſſe hominem; nam ſi homo eſt, animam aſſumpſit, quæ mentem habet, anima ſiquidem hominis ſine mente eſſe nequit.*

VEL neceſſaria cõſequentia,) *quia neceſſariò ſequitur ex ſacris literis, hanc eſſe hæreticã, ſingula peccata etiam occultiſsima cum omnibus circunſtantijs, quæ ſpeciem mutant peccati, non ſunt confitenda. Licet enim ex ſe ſe non habeatur ex Io.22. Quorum remiſ. remittuntur & quorum. niſi auctoritas remittendi, & retinendi peccata, per neceſſariam tamen conſequentiam deducitur, & omnia, & ſingula, & occulta cum omnibus circunſtantijs eſſe in ſacramentali confeſſione pandenda, alioquin non poſſent ſacerdotes, qui homines ſunt, quæ remittenda, quæ ve retinenda ſint, ſecernere, cuius oppoſitum definitur hæreticum. Can.7. Seſſ.14. Conc. Trid. Hæ verò propoſitiones.*

Non tenetur confiteri neceſſariò ſecretè peccata ſua.

Nõ eſt de neceſſitate ſacramenti confiteri ſecretè ad aurẽ ſacerdotis.

Non ſtatim cenſendæ ſunt hæreticæ, quia non ita neceſſaria conſequentia deducitur ex Io.22. Hic modus confitendi clancularius ad aurem ſacerdotis, ſicut illa omnium, ac ſingulorum peccatorum detectiò. Hinc multoties contingit errare, colligendo ex ſacris non neceſſariò colligenda, vt quòd Iudith non commiſerit mendacium; & Loth ebrietatem, ac inceſtum, ex eo quòd, & illius, & iſtius multas ſacra ſcriptura alibi commemoret virtutes: & quòd fornicatio peccatum non ſit, quia Iudas cum Thamar fuerit fornicatus, alioquin vir iuſtus:

iuſtus: collectio quidem eſſet neceſſaria, ſi qui ſemel iuſtus eſt, nunquam amplius peccaret, & qui ſemel malus, nunquam reſipiſceret: quod Fauſti Manichæi hæreſis fuit: quare non neceſſaria conſequentia colligitur opus aliquod ſemper eſſe bonum, ex hoc, quòd operator illius aliquando fuerit bonus, vel è contra, eſſe malum, quia aliquando operator fuerit malus, vel id tanquam bonum ſemper eſſe amplectendum, quod in ſacris literis ſit exaratum: In ſacris enim cùm aliud bene factum, aliud male reperiatur ſcriptum, hoc deuitandum, illud proponitur imitandum. Huc etiam ſpectat, quædam ad fidem pertinere directè, quædam indirectè. Directè pertinent, quæ nobis ſunt principaliter diuinitus tradita, vt Deum Trinum eſſe & vnum: Indirectè verò, ex quibus conſequitur aliquid neceſſario fidei contrarium, vt Samuelem non fuiſſe Helcanæ filium, hinc enim neceſſariò deducitur ſacram ſcripturam id aſſerentem falſam eſſe; & in his errare, tunc non eſt abſque hæreſis nota, quia ſequitur neceſſariò per Eccleſiæ determinationem aliquid fidei contrarium; vt eſſentia, vel diuina natura generans eſt, vel genita, quia ſequitur in eſſentiá diſtinctio; vel Pater in Diuinis partem eſſentiæ dedit filio, quia ſequitur in eſſentia Diuiſio: vel Pater in filium ſuum tranſtulit ſubſtantiam, ac ſi eandem ſibi non retinuerit, quod eſt euangelico illi dicto contrarium: Ego, & Pater vnum ſumus. Errare verò circa diuinarum perſonarum Notiones aſſerendo plures, vel pauciores eſſe non eſſet hucuſque hæreticum, cum ex hoc non ſequatur adhuc aliquid fidei contrarium. Aſſerere cum Auerroe potentiam in rei productione non poſſe eſſe ſolum in agente, neceſſaria conſequentia hæreticum eſt, quia ſequitur Deum ex nihilo non poſſe aliquid creare, quemadmodum cum eodem aſſerere, quòd à nullo agente poſſunt progredi contraria diuerſa, & conſequenter negare Deum potuiſſe contraria, & diuerſa creare, quod itidem hæreticum eſt. Illud quoque: Chriſtus non habet Intellectum Agentem, & poſſibilem, & conſequenter nec ſcientiam acquiſitam per ſpecierum abſtractionem; quia ex eo, quòd verus eſt homo, neceſſariò deducitur habere hæc omnia, cadit ſub hæreſis notam.

SACRAE, & Canonicæ.) *Vt eos ſolùm, tum veteris, tum noui Teſtamenti complectamur libros, qui demùm Seſſ. 3. decreto Conc.*

Trid. ſuſcipiuntur, hi namque ſoli & ſacri, & canonici ſunt; vnde negare, quòd Pilatus conceſſerit Ioſeph Abar. Corpus Ieſu affectu amicitiæ: quòd Iudei tantùm abhorruerint Ieſum, vt nomen eius audientes ex nauſea ſputarent, non cenſetur hæreticum, & ſi Euangelio Nicodemi repugnet, dummodo ſacro, canonico ab Eccleſia recepto non obſtet.

NON variæ.) *Quia vbi verbis aliquando, at ſenſu nunquam, ſacra ſcriptura variat, vt Dominum noſtrum hora tertia ſecundum Marcum 5. Quaſi ſexta verò ſecundum Ioannem 19. Aſſerendo eſſe crucifixum, tunc propoſitio negatiua alteri locorum oppoſita non ſtatim cenſetur hæretica, ſiue dicas Chriſtum non fuiſſe crucifixum hora ſexta, ſiue non fuiſſe crucifixum hora tertia: Altero ſiquidem modo poteſt vtrumq; negari, altero verò vtrumque affirmari. Marcus enim intellexit non à militibus hora tertia Chriſtum fuiſſe clauis ligno affixum, ſed vt crucifigeretur, à Iudeis tunc fuiſſe ſucclamatum. Ioannes verò non ſucclamationis illius horam deſignat (crucifige crucifige eum) ſed quando Pilatus ſedens pro tribunali tradidit illis Ieſum, vt crucifigeretur, tunc erat, inquit, hora quaſi ſexta.*

NON obſcuræ.) *Cum ſacræ ſcripturæ ſubobſcurus occurrit locus, ei oppoſitum, non ſtatim cenſetur hæreticum, vt, neque Saul vnius anni, neque Ioachim octo erat annorum, cum regnare cœpiſſet, & ſi aliter ſit ſcriptum, Saul filius vnius anni. 1. Reg. 13. & Ioachim octo annorum. 2. Par. 36. Cum regnare cœpiſſent, tamen adeo obſcuri ſunt hi ſacræ ſcripturæ loci, vt potius ad myſterium, vel ad ſcriptorum vitium ſit recurrendum, quàm ei oppoſitum ſtatim damnare hæreticum, vt ſcilicet vel miſticè intelligantur anni Innocentiæ, non ætatis: vel ſcriptorum vitio, maior numerus, videlicet, viginti in Saul, & decem in Ioachim fuerit prætermiſſus, ita vt viginti vnius ætate Saul, & decem & octo fuerit Ioachim, vt 4. Reg. 24. exprimitur, cum regnare cœpiſſent.*

NON diuerſimodè ab acceptatis doctoribus expoſitæ.) *Si quis ſacræ ſcripturæ locus diuerſas receptorum doctorum patiatur expoſitiones, non ſtatim ei oppoſitum dijudicabitur hæreticum, vt Petrus poſt Chriſti paßionem non verè ſeruauit legalia edendo coram gentilibus;*

tilibus; nec tunc peccauit, nec verè fuit à Paulo repræhenſus; licet habeatur. Gal. 2. Paulum in faciem ei reſtitiſſe, repræhenſibilem fuiſſe, cum gentibus poſt Chriſti paſſionem comediſſe: attamen quia id totum exponitur à Hieronymo fuiſſe ſimulatum, ab Auguſtino autem fuiſſe reuera factum, neutrum cenſetur hæreticum; ſicuti aſſerere in Chriſti paſſione ante Chriſti ipſius reſurrectionem nulla ſanctorum corpora reſurrexiſſe, licet prima facie videatur opponi Matth. 27. Multa corpora ſanctorum tunc reſurrexiſſe aſſerenti, cum tamen ex ſententia Hieronymi in eodem loco intelligatur poſt Chriſti reſurrectionem ea ſurrexiſſe, non amplius moritura; ex ſententia verò Auguſtini, ante reſurrectionem iterum moritura, ipſa propoſitio non prima facie hæretica venit diiudicanda.

NON iuxta miſticum, ſed litteralem ſenſum.) *Senſui ſacræ ſcripturæ miſtico quicquid opponitur hæreticum non ſemper dicitur, vt Maria Virgo Mater Dei, à peccato originali non fuit ſanctificata, cum ab eo fuerit immunis, licet opponatur ei, ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus: & è contra à macula originali fuit ſanctificata, quia eam contraxit, licet opponatur ei: tota pulchra es, & macula non eſt in te, tamen quia vtrobique, ſi de ea Dei genitrice loquendum ſit, non eſt niſi ſenſus miſticus, neutrum cenſetur hæreticum. Vt corpus eiuſdem Virginis in Cœlum non fuit aſſumptum, licet opponatur ei: Surge in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ, quia tamen non niſi miſticè de corpore beatæ Mariæ Virginis. id poteſt intelligi, non auderem hoc ſtatim cenſere hæreticum: quia hæc non accipiuntur ſecundum literalem ſenſum.*

IN veteri vulgata, latina editione ab Eccleſia Romana receptum.) *Quicquid huiuſmodi editioni opponitur, & ſi alijs editionibus, ac literis tàm hebraicis, quàm grecis conueniat, eo modo quo dictum eſt, cenſetur hæreticum; vt negare tum Suſanæ. Dan. 13. tum Adulteræ. Io. 8. Hiſtorias, veluti fictitias, quia illa in hebreis, iſta in græcis codicibus non reperitur, nihilominus erit hæreticum, cùm vtraque hiſtoria tanquam canonica in veteri vulgata, latina editione ab Eccleſia Ro. Catholica ſit recepta.*

REGV-

REGVLA SECVNDA
EX TRADITIONIBVS.

HAERETICA propoſitio eſt, quæ ſub proprijs terminis, in ſenſu, quem facit, ex ſe ſe, vel neceſſaria conſequentia contradicit Traditionibus Chriſti, quę ab Apoſtolis acceptę, vel illis, quę ab Apoſtolis traditæ, vt fidei dogmata, ſemper duratura, ad nos vſque haud dubiè peruenerunt.

SVB proprijs terminis in ſenſu, quem facit.) *Vnde hæc propoſitio.*

Beatus Iacobus Apoſtolus tradidit nobis ſacramentum extremæ Vnctionis: in ſui termini ſenſu (tradere) non eſt hæretica, tradere, ſiquidem non eſt efficere, quòd ſolius eſt Chriſti, ſed promulgare, ſed docere, id quod propriè fecit Apoſtolus. At hæc:

Iacobus Apoſtolus auctor eſt huius ſacramenti extremæ Vnctionis, vel.

Apoſtoli inſtituerunt ſacramentum confirmationis, vtraque hęretica eſt, quia ſacramentorum Auctorem eſſe, vel ea inſtituere non niſi Chriſto conuenit, qui ſolus formas omnium ſacramentorum inſtituit ab Apoſtolis nobis traditas.

EX ſe ſe, vel neceſſaria conſequentia.) *Vt quòd ſacramentorum aliqua indelebilem imprimant characterem ex Traditionibus ipſis ex ſe ſe habetur, at quòd ea ipſa ſint irreiterabilia ex characteris firmitate neceſſariò deducitur: Itidem quòd Maria mater Domini noſtri Ieſu Chriſti non fuerit perpetua Virgo, ex ſe ſe repugnat traditionibus: quòd ipſa poſtquam ſuum peperit filium, fuerit à Ioſeph carnaliter cognita, quòd alios pepererit filios, quòd ex ea alios Chriſtus habuerit*

buerit fratres, neceſſaria conſequentia repugnat; quare hæc omnia tum ex ſe, tum ex conſequentia neceſſaria cenſentur hæretica: è contrà verò, quia ex nobis traditis, vel ex his deductis, non habetur neceſſariò, verba illa in Vini conſecratione prolata; eſſe præciſè de neceſſitate ſacramenti, ideo aſſerere quòd hæc omnia ſunt de ſubſtantia formę.

Hic eſt calix ſanguinis mei, noui, & æterni Teſtamenti, miſterium fidei, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Adeo verum, & Catholicum eſt, vt aſſerere cum alijs, de neceſſitate conſecrationis eſſe hęc ſola.

Hic eſt ſanguis meus; vel cum gręcis eſſe hęc præciſa.

Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Hucuſq; citra controuerſiam non ſit ſtatim diiudicandum hæreticũ.

Traditionibus Chriſti. *) Cùm ſacra ſcriptura nequeat ſemper alia ſcriptura explanari, ne abire ſit in infinitum, oportuit & alia neceſſariò tradere preter ea, quę codicibus ſacris, & canonicis exarata ſunt, ad dogmata fidei, & morum ſtabilienda. vt*

Quòd trium perſonarum in diuinis ſit æqualitas, earundemque per relatiuas proprietates diſtinctio.

Quòd confectio, & ſumptio corporis, ſimul ac ſanguinis Chriſti ſub vtraq; ſpecie à ſacerdote celebrentur.

Quòd in Canone miſſæ verba illa inſerantur, eleuatis oculis in Cęlum ad te Deum patrem.

Quòd in vini conſecratione includantur & illa, Aeterni Teſtamenti miſterium fidei.

Quòd imagines ſanctorum, ac Reliquiæ ſint venerandæ, atque dies eorum feſtiui celebrandi.

Quòd ſubdiaconatus, Acolytatus, lectoratus, Exorciſtatus, & Oſtiaratus ſint ordines.

Quòd ſubdiaconatus ordo ſit ſacramentum à Chriſto Domino inſtitutum.

Quòd Cathechiſmis, exorciſmis, aqua luſtrali, benedictionibus, conſecrationibus, ac ritibus vtamur.

Quòd

Quòd lucernæ in Templis accendantur.

Quòd ſigno ſanctæ Crucis nos tam religioſè inſigniamur.

Quòd vota diſſolui, Iuramenta remitti, ac matrimonia rata per votum ſolenne monaſticum dirimi poſſint.

Quòd inſtituta ſit monaſtica profeſſio.

Quòd flectamus genua orantes, et conuertamur ad Orientis plagam.

Quæ formæ ſint ſacramentorum confirmationis, Ordinis, Extremæ Vnctionis.

Quæ diſpoſitio fidei ſit Apoſtolorum Simbolo, omnibus propoſita explicitè credenda.

Hæc, & alia quàm plura, vt pote in ſcripturis ſacris, vel non habita, vel non explicita, fuere nobis tradita per Apoſtolos, per Dionyſium, per ſanctos patres, ante ſummos Pontifices, ante generalia Concilia, atque Pontificibus, ac Concilijs ſuccedentibus à fidelibus ſemper vno ore concorditer retenta. Quæ nunc reijcere, impium, & hæreticum eſſet; nam propoſitio hæc,

Eccleſia ab Apoſtolis nihil ſine ſcripto accepit, fuit hæreſis Lutheri.

VEL illis, quæ ab Apoſtolis traditæ vt fidei dogmata.) *Aliter ſentiendum eſt de his quæ accepta à Domino, aliter de his, quæ à ſe ipſis tradiderunt Apoſtoli: illa ſiquidem à Domino inſtituta, ſiue ſcriptura, ſiue traditione habeantur, nullo vnquam tempore ſub vlla cadunt diſpenſatione. Vnde velle ſeptenarium numerum ſacramentorum nouæ legis in Eccleſia augere, vel minuere, velle characterem à baptiſmate, confirmatione, & ordine auferre; materias, & formas ſacramentorum permutare: hæc, & ſimilia, quæ propriè iuris diuini Chriſti dicuntur, infringere eſſet hæreticum. Aſſerere autem, quòd poteſt bigamus in Epiſcopum ordinari, & alius ſacerdos auctoritate ſuprema in Miniſtrum confirmationis inſtitui, & ſi aliter Apoſtoli tradiderint, non eſſet hæreticum: quia in his, quæ Apoſtoli ipſi tanquam Eccleſiæ paſtores conſtituerunt, ſiue ſcriptis, ſiue traditionibus habeantur, quemadmodum in cæteris Eccleſiæ paſtorum inſtitutis ſummus Pontifex habet auctoritatem: cæterùm dogmata fidei, ſiue Chriſtus ipſe per ſe Apoſtolis reuelauerit; ſiue Apoſtoli ipſi dictante ſpiritu ſancto poſt Chriſti aſcenſionem nobis*

tra-

tradiderint, nequaquam mutari poſſunt, ſed firma hæc in veritate permanent, quemadmodum & illa ipſius Chriſti ore prodita.

SEMPER duratura.) *Alia pro tempore ſeruanda; alia in perpetuum duratura tradiderunt Apoſtoli, his prioribus oppoſita non quocunque tempore cenſentur hæretica, ut: non eſt conferendum baptiſma in nomine Ieſu: non eſt communicandum ſub vtraq; ſpecie: non eſt abſtinendum à ſanguine, & ſuffocato; vt: Apoſtoli baptizabant, communicabant, abſtinebant: quia pro tempore tantùm, quo celebre redderetur nomen Ieſu, in eo baptizabant: quo ſeruebat Eccleſia ſub vtraq; ſpecie communicabant: & quo conueniens videbatur ſynagogam honorificè ſepeliri, à ſanguine, & ſuffocato abſtinendum ſtatuerunt: quò fit, vt oppoſitum nunc ſentire, ac obſeruare, nedum non hæreticum, ſed pium, & Catholicum ſit: at contrà aſſerere, quòd aqua non eſt in calice cum vino permiſcenda, hæreſis eſt Græcorum.*

Quòd baptiſma aquæ nulla interiecta ſacri olei mixtura eſt ſuſcipiendum, hæreſis eſt Valdenſium, quia his oppoſita perpetuò duratura tradiderunt Apoſtoli.

Haud dubiæ.) *Si in dubium vertatur Chriſti, vel Apoſtolorum aliqua traditio, ob diuerſam probatiſſimorum Doctorum ſententiam, non ſtatim oppoſitum cenſetur hæreticum: vt balſamum, materia Confirmationis, an ſit de eſſentia, vel eius integritate, an de ſacramenti neceſſitate, vel præcepti tantùm: Ieiunium Quadrageſimale an ad Chriſtum auctorem, vel ad Apoſtolos ſolos ſit referendum: Alterum affirmare, vel negare hucuſque poſſumus citra hęreſis notam.*

REGVLA TERTIA
EX SVMMO PONTIFICE.

HAERETICA propoſitio eſt, quę ſub proprijs terminis in ſenſu, quẽ facit, ex ſe ſe, vel neceſſaria conſequentia, contradi-

cit Papę Cathedrę Petri inſidenti, non hominum fundamento inhęrenti in his, quę ſunt fidei, ac moribus pro animarum ſalute prorsùs neceſſaria in vniuerſum obſeruanda, tanquàm principalia iudicialiter definienti.

SVB proprijs terminis in ſenſu quem facit.) *Vt hęc propoſitio.*

Chriſtus, & Apoſtoli nihil omnino poſſidebant.

In propriorum ſuorum terminorum ſenſu, eſt hęretica per extrau. Io. 22. Non enim verificari poteſt, quòd nihil omnino habuerint in particulari ſolùm, & ſi habuerint aliquid in communi, quia termini (nihil omnino) in ſuo proprio ſenſu vtrunque excludunt, ſecùs de propoſitione illa Auguſtini in lib. de contemptu Mundi.

Apoſtoli nihil ſibi penitùs retinuerunt: dicendo,

Nos reliquimus omnia: quia termini (retinuerunt, reliquimus) in ſuo ſenſu commemorant id temporis, quo Apoſtoli relictis Patre, Naui, & retibus ſecuti ſunt dominum, non quo vitam cum Chriſto degebant: Itidem aſſertio Nicolai Tertij.

(Abdicationem proprietatis omnium rerum tàm in ſpeciali quàm in communi Chriſtus docuit, & exemplo firmauit,) in ſuo ſenſu (docuit, & exemplo firmauit) non opponitur Io. 22. definienti hęreticum eſſe, aſſerere:

Dominum Ieſum, eiusq; apoſtolos in ſpeciali non habuiſſe aliqua, nec in communi) quia reuera Chriſtus, & Apoſtoli loculos habuerunt: Ioan. 13. & aliquando etiam Chriſtus vitam omnino pauperem docebat, & in aliorum exemplum, degebat nihil penitùs poſsidendo: Matth. 8.

EX ſe ſe, vel neceſſaria cōſequentia.) *Vt aſſerere quòd quis non tenetur confiteri peccata ſua proprio ſacerdoti, ex ſe ſe eſſet hęreticum,*

per

per Innocen. 3. cap. omnis vtriuſque; Aſſerere autem, quòd abſque proprij ſacerdotis licentia ad libitum poteſt quis alieno ſacerdoti confiteri, & ab eo peccatorum abſolutionem obtinere, per neceſſariam conſequentiam ex eodem cap. deducitur hæreticum: non autem infertur, ablatam fuiſſe ob id Iuriſdictionem ſummi Pontificis, tantò minùs Dei omnipotentis auctoritatem, aliter circa hoc diſponendi; vt quidam ſic perperàm deduxerunt: (videlicet) ſtante ſtatuto, omnis vtriuſque ſexus, ergo Papa non poteſt facere, quin Parochiani non teneantur quotoquoque anno omnia peccata ſua confiteri proprio ſacerdoti; Immo nec Deus ipſe, quia hoc implicat contradictionem, ideo meritò damnantur cum falſiſſima ſua conſequentia in extrauag. Io. 22. Vas electionis.

Papæ Cathedræ Petri inſidenti.) *Si Papa vt priuata perſona aliquid perſonaliter proferat, tunc ei oppoſitum ob id non cenſetur hęreticum: vt nec hæreticum, nec erroneum dixerim, opponere ſe Innocentio Papę Tertio aſſerenti lib. 4. de ſacrificio Miſſæ cap. 6. Chriſtum poteſtate excellentię, panem in ſuum corpus priùs conuertiſſe, deinde Apoſtolis ſuis dediſſe, dicens, hoc eſt corpus meum: nam clariſſimum eſt Papæ Innocentij huius nominis quarti reſponſum, qui ſciſcitatus, an ea, quæ ab ipſo in iure canonico ſcripta habentur adeo pro fide ſint tenenda, vt eis oppoſita omnino reijciantur, reſpondit: quia non vt ſummus Pontifex, ſcilicet, in Petri cathedra reſidens, ſed vt vnus ex priuatis Doctorib. ſcripſi, liberũ cuilibet eſſe, vt quiſq; pro libito ſuo in his ſentiret. Poteſt & Papa, vt priuata perſona (videlicet) dum non aliquid toti Eccleſię vniuerſaliter credendum iudicialiter proponit, etiam in fide errare, quemadmodum erraſſe Liberium Pigium, refert Hieronymus: Marcellinum, refert Gratianus: Victorem, refert Euſebius; Honorium, refert Pſellus: Nam cùm Papa ſucceſſerit Petro non in perſonalibus, ſiue prærogatiuis, vt confirmatus in gratia in apoſtolatu vixit: ſiue in priuilegijs, vt dum miracula fecit, ſed in ſolis communibus Eccleſiæ neceſſitatibus, dum oues pauit, ac Fratres confirmauit; cùm de fide tantùm, ac moribus in vniuerſum prorsùs neceſſarijs in Iuditio profert ſententiam, tunc in Petri Cathedra ſedere dicitur, tunc errare, à ſumma Dei prouidentia,*

quam de Eccleſia habet, minimè permittitur, tunc ipſius definitioni oppoſitum cenſetur hęreticum.

Non hominum fundamento inhęrenti.) *Si neceſſe eſt Papę in definiendo hominum fundamento inniti, ab eis teſtimonia accipiendo, tunc ei oppoſitum, non ſtatim cenſetur hęreticum. Vt ſi alter Pontificum definiat B. Catherinam Senenſem ſtigmata non habuiſſe, alter verò eandem eadem habuiſſe, vtrunq; approbari, vel improbari abſq; fidei diſcrimine poteſt, cùm neutrius Pontificis iuditium à ſolo Dei ſpiritu, ſed ab hominum etiam teſtimonio pendeat: vt in cęterorum canonizatione ſanctorum euenire poteſt, de quorum vita, ac miraculis hominum teſtimonia, quę fallere, & falli poſſunt, inquiri debent: cùm tamen quędam profeſſio ſit fidei Sanctis à Papa canonizatis, honor exibitus, piè credendum eſt, nec etiam in his vniuerſalem Eccleſię Paſtorem errare poſſe, quare impium, temerarium, ac maximè impudentię eſſet, ſanctorum Canonizationem improbare: In diſpoſitione verò Matrimonij, Cenſurarum, Electionum, & huiuſmodi, quia error facti paßim contingit, contingere poteſt vt Papa in facto, non in iure fallatur, vt ſi ſecundum matrimonium conſummatum (poſt primum, quod ab hominum teſtimonijs accepit non eſſe ratum) iudicet eſſe validum, ſi in Excommunicationis vel alterius Cenſurę ſententia, per ea quę in exteriori iuditio veniunt ferenda, falli, ac ſubinde alios fallere contingat: ſi in prælati alicuius particularis electione fraus, dolus, vel humana ignorantia ſubſit: non enim adeo aßiſtere neceſſe eſt in his diuinum ſpiritum Eccleſię Paſtoribus, quin eos ſinat externis incitamentis, humanis ratiocinijs, & inquiſitionibus inhęrere, in quibus allucinari quandoque contingit, dummodo ipſius Eccleſię fides vniuerſalis non pereat: Quapropter dubitare aliquando in aliqua matrimonij diſpoſitione, etiam à ſummo Pontifice emanante, in alicuius Cenſurę fulminatione, in alicuius prelati Electione, non ſtatim ſemper eſt hęreticum; quin poteſt & Papa, ſicut quilibet alius Symoniam incurrere. vt refert D. Tho. 22. q. 100. art. 1. ad 7.*

Sixtus 4. aſſeruit. D. Cath. Senen. ſtigmata nō habuiſſe. ref. can. de Io. Th. Heb. 5.

In his quæ ſunt fidei ac moribus pro animarum ſalute prorſus neceſſaria.) *Quędam fiunt in Eccleſia Dei non tanquam in fidei, ac morum neceßitatem pręcipuè tendentia; quędam verò vt fidei, ac*

moribus

moribus conuenientiora; quædam demùm vt prorsùs neceſſaria. Primi generis ſunt indicendi bella, diſtribuendi beneficia, ac diſpenſandi Eccleſiæ bona, ritus ac modi, quos aliquando ſeruare ſolet, qui quia in animarum ſalutem præcipui non ſunt, vt ſolidos à ſummo Pontifice emanantes non ſemper approbare, minimè hæreticum eſt. Secundi generis ſunt Euchariſtiæ ſacramentum, ſub panis ſpecie tantùm laicis miniſtrare: in ſolenni proceſſione publicè ſolenniter circungeſtare: in ſacrario reſeruare: ad infirmos honorificè deferre: grauiora crimina reſeruare, atque atrociora ſub anathemate in bullis redigere: quæ tanquàm minùs licita prorsùs reijcere hæreticum eſſet. Tertij generis ſunt: Papam non eſſe Iudicem diſcernendi verbi Dei, à verbis hominum: non poſſe verba Chriſti exponere: non ab eius definitione, ſacræ ſcripturæ certitudinem pendère, nec ipſius decretales, vel conſtitutiones alicuius momenti eſſe: quæ citra controuerſiam hæreſes ſunt Ioannis Huſſ. Lutheri, atque Caluini: quia hoc auferre eſſet, quę fidei, ac moribus prorsùs neceſſaria ſunt, funditùs euertere.

In vniuerſum obſeruanda.) *Vt ſi Papa inſtituat, quæ ad mores non toti Eccleſiæ neceſſarios, ſed ad priuatos homines, locos, vel Eccleſias referuntur; tunc ei ſe opponere, non ſtatim cenſetur hæreticum; vt improbare ritum peculiarem Diœc. Mediolan. tùm in diuinis officijs peragendis, tùm in Miſſarum ſolennijs celebrandis, tùm in Ieiunijs Quadrageſimæ obſeruandis: aliquod feſtum, vel Ieiunium in aliqua ſpeciali Ciuitate indictum: aliquod Religioſorum, vel Monachorum inſtitutum: aliquem vſum, vel peculiarem etiam Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, non enim omnes Romanę Eccleſiæ conſuetudines ſunt cum tota Eccleſia communes: nam ibi mos eſt celebrandi Gregorianus, alibi eſt Patriarchinus, eſt & Ambroſianus: permittuntur etiam nonnulla, vel circa Eccleſiæ ipſius ſacramenta obſeruari in Eccleſia Orientali, quę minimè tollerantur in Occidentali. Quare in his priuatis moribus à ſummo Pontifice vel approbatis, vel etiam motu proprio inſtitutis non ita neceſſe eſt ſpiritum ſanctum ſemper pro veritate adeſſe, quin oppoſitum ſemper cenſeatur hæreticum.*

Celeſtinus. 5. Inſtitutum Fraticellorum priuilegio confirmauit, quod Io. 22. infirmũ eſſe dixit.

Tanquam Principalia.) *Eſt cautè obſeruandum in conſtitutionibus Pontificijs, ac decretalibus quòd ſparsìm reperitur exaratum, quid*

quid ſit ibi principale intentum, & quid acceſſorium obiter adductum. Nicolaus ſiquidem Papa ad conſulta Burgarorum cap. 3. an à Pagano, vel Iudeo baptizati, eſſent rebaptizandi, reſpondet vt principale quidem intentum, eos non eſſe rebaptizandos; vt acceſſorium verò tanquam in tranſcurſu ſubiungit, Si in nomine Trinitatis, vel vel tantùm in nomine Chriſti (ſicut in actibus Apoſtolorum legitur, baptizati ſunt) non debere rebaptizari. Quare quod principale definiuit, ab Infidelibus baptizatos non eſſe rebaptizandos, eſt vtique fide tenendum; quod verò obiter intulit, ſcilicet tantùm in nomine Chriſti non videtur ex hoc principaliter eſſe concluſum quòd baptiſma ſolum in nomine Chriſti conferri debeat. c. à quodam Iudeo, de conſecr. diſt. 4. Vnde Pelagius Papa Gaudentio Epiſcopo iniungit, vt baptizatos ſolummodo in nomine domini poſtmodùm in ſanctę Trinitatis nomine eoſdem baptizet: ibidem. c. Si reue. quò fit, vt non ſtatim citra controuerſiam dijudicetur hæreticum, velle Pontificijs decretalibus, vel conſtitutionibus ſe opponere; non enim id totum, quòd in eis reperitur ſcriptum pro fide habetur, cùm non paſſim pro digreßionibus, pro acceſſorijs, pro diſcurſu, pro diſputationibus, neceſſe ſit adeſſe ſemper ſpiritum ſanctum.

Iudicialiter diffinienti.) *Aliud eſt, Papam, vt iudicem aliquid definire, aliud opinionem ſuam perſonalem, vel ſententiam proferre: ibi errare nunquam in totius Eccleſię ſuæ Iacturam à Deo permitti credimus: hìc verò non item. Cæleſtinus Papa ſenſit quidem altero coniugum in hæreſim labente poſſe eum, qui relinquitur ad ſecunda uota cònuolare, ſed non vt iudex definiuit. Vnde Innocentius tertius aliter ſoluens prę miſit, licet quidam prędeceſſor noſter ſenſiſſe aliter videatur (ſenſiſſe ait non definiſſe) quemadmodum nec ipſemet Innocentius definit, ſed ſuam explicat ſententiam dicens, non credimus nos quòd in hoc caſu is, qui relinquitur viuente altero, qui lapſus eſt in hæreſim, poßit ad ſecundas nuptias conuolare, quòd profectò pro vero tenendum eſt, quamuis per hanc Innocentij decretalem non ſit iudicialiter diffinitum; dixit enim nos credimus, & non nos iudicialiter diffinimus; Itidem Alexander tertius in cap. Licet pręter. de Spon. duorum reſpondens Archiepiſcopo Salernitano, quòd matrimonium*

nium ratum non diſſoluitur, per ſequens etiam conſummatum, ſubiungit, quamuis aliter à quibuſdam prędeceſſoribus noſtris, ſit aliquando iudicatum, non dixit pro conſtanti iudicialiter definitum; Quò fit, vt quicquid in Pontificum decretis, vel explicandi gratia, vel obiectionibus reſpondendi, vel quęſtiones priuatas huius, aut illius pręlati ſoluendi, vel aliqua obiter pręter inſtitutum principale diſcutiendi, plerunque inducitur, non ea ſemper iudiciali ſententia definiatur, qua fideles ad id credendum neceſſariò Pontifices ipſi velint obligare: Non enim quicquid iuris volumine habetur id totum eſt, tanquàm fidei dogma tenendum, ſed cautè obſeruandum, an id ſub Anathemate mandetur, vt ne quis audeat dicere Chriſtum non eſſe aliquid vt homo. De hęret. cap. cum Chriſtus: an hęretici iudicentur aliter ſentientes. vt in cap. ad Abolendum de hęreti. an (ſi quis) pronuncietur. vt in cap. ſi quis puerum ter in Aqua. de bapt. & eius effectu: an damnetur pertinaciter tenens à Pontificibus damnata. vt in Bulla Leonis decimi contra Lutherum, & eius errores: an ſi quid proponat vniuerſis, vt fidei dogma credendum, an aſſeratur Euangelij, & doctrinæ Apoſtolorum conforme, an tanquàm eis oppoſitum omninò reijciatur. Quare huiuſmodi pronunciandi formulę pręoculis ſemper ſunt habendę, quibus indicantur, quę vel pro fide acceptanda, vel fidei oppoſita nobis veniunt propulſanda.

REGVLA QVARTA
EX CONCILIIS.

HAERETICA propoſitio eſt, quæ ſub proprijs terminis, in ſenſu, quem facit, ex ſe ſe, vel conſequentia neceſſaria contradicit generali Concilio, ſiue prouinciali, ſiue Diœceſano à Papa confirmato,

non

non hominum fundamento inhærenti; ſed in his, quę ſunt fidei, ac moribus pro animarum prorsùs neceſſaria in vniuerſum obſeruanda, vt principalia definienti.

SVB proprijs terminis in ſenſu, quem facit.) *Quàm cautè, ac religiosè attendendus ſit in Summis Concilijs propriorum terminorum ſenſus, videre eſt in Oecum. & generali Conc. Trid. in illis pręcipuè de Iuſtif.can. Definit ſiquidem can.9.*

Si quis dixerit, ſola fide impium iuſtificari, ita vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad iuſtificationis gratiam conſequendam cooperetur & nulla ex parte neceſſe eſſe eum ſuæ voluntatis motu præparari, atque diſponi, anathema ſit.

Qui quidem canon in ſuorum propriorum terminorum ſenſu ſanè intellectus tantùm abeſt, vt opponatur Paulo dicenti, Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis Ro.3. de operibus legis veteris loquens fidem præcedentibus: & Iacobo Apoſtolo, verbis, at minimè ſenſu contra aſſerenti: Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm, de operibus loquens in fide cooperantibus. cap.2. vt pro clara fidei veritate vtrumque conciliet. Iuſtificari ſiquidem hominem per fidem, ait Apoſtolus, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, & Radix omnis iuſtificationis; ex operibus etiam iuſtificari hominem tradidit Iacobus, quia fides cooperatur operibus, ex operibus fides conſumatur, & ſine operibus fides ipſa mortua eſt, quod totum tùm Pauli, tùm Iacobi, Canon ille fideliter complectitur. Itidem can.32.

Si quis dixerit, hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita, aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quę ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius uiuum membrum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam & ipſius vitæ ęternæ, ſi tamen in gratia deceſſerit, conſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anathema ſit.

Minimè

Minimè omnium diſſentit ab Apoſtolo dicente nos gratis eſſe iuſtificatos per gratiam Dei. Rom. 3. & ab eodem coronam ipſius iuſtificationis ex operibus ſuis expectante. 2. Thim. 4. Sed vtriuſq; ſententiæ ſenſui ſanè intellecto in ſuis propriorum terminis maximè conuenit, vtrobiq; dubietatem aufert, & veram fidei doctrinam de Dei gratia & hominis iuſtificati operibus dilucidat: gratis enim iuſtificari hominem per Dei gratiam, dixit Apoſtolus, quia nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur: ſi enim gratia; iam non ex operibus: alioquin (vt idem Apoſtolus inquit) gratia non eſt gratia.

Coronam verò iuſtitiæ poſt ſuum certamen, & curſum, repoſitam ſibi aiebat, à iuſto iudice reddendam, & non ſolum ſibi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum eius, quia ipſe Chriſtus tanquàm caput in membra, & vitis in palmites, in ipſos iuſtificatos, iugiter virtutem influit, quæ, cùm bona iuſtificatorum opera ſemper antecedat, comitetur & ſubſequatur, relinquitur, vt ipſa opera ex gratia ſpiritus ſancti mereantur augmentum gratiæ, ac vitam æternam, qui enim biberit ex aqua, quam ego dabo ei (ait Chriſtus,) fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

EX ſeſe vel neceſſaria conſequentia.) *cùm in dies magis ex ſacris literis, quæ ſuboſcuræ videbantur, ſuborirentur dubia, coacta fuère ſacra Concilia: tùm vt ſacrarum literarum loca obſcuriora dilucidarentur, tùm vt ex his dilucidatis clara fidei dogmata ſtabilirentur: quò fit, vt duplici ex capite contingat ea impugnare, vel dogmata ipſa improbando, vel eorum fidei dogmatum ex ſacris literis deductiones infrigendo: illud eſſet Concilijs ipſis ex ſe ſe contradicere, hoc verò neceſſaria quadam conſequentia. Vt negare omouſion, ideſt, eandem filij cum patre in diuinis eſſentiam, eſt magno illo Concilio Niceno ſub Syluestro Pontifice, & Conſtantino Auguſto Imperatore ex ſe ſe contradicere: negare verò, quòd id ex Io. 14. Ego & Pater vnum ſumus, rectè deducatur, eſt Concilio illo Lateranenſi amplo ſub Innocentio, huius nominis Papa 3. Neceſſaria quadam conſequẽtia velle ſe opponere, quare contradictio illa hæreſis eſt Arriana, & oppoſitio iſta hæreſis Ioachim abbatis. Negare ſpiritum ſanctum in Diuinis à filio pro-*

cedere, eſſet Concilio Epheſino ex ſe ſe opponere, ſed negare ex Io. 16. De meo accipiet, & 15. quem ego mittam, id rectè eſſe deductum, eſſet per conſequens idem improbare: negare in Chriſto Domino duas voluntates ex ſe ſe repugnat ſextę generali Synodo; ſed negare verba illa Matth. 26. Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu, idem conſequenter inferre, per conſequens eidem Concilio obſtat.

Negans confeſſionem ſacramentalem iure diuino eſſe inſtitutam ex ſe ſe Concilium improbat Tridentinum; dicens verò verba illa domini Saluatoris, Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſ. & quorum ret. in eodem ſacramento, non eſſe de poteſtate remittendi peccata, ac retinendi intelligenda, neceſſaria conſequentia eidem contradicit. Rurſus cùm ſacrorum Conciliorum ſit ad errores eliminandos, & exſtirpandas hæreſes, ſanctarum ſcripturarum doctrinæ, Apoſtolicis traditionibus, ac ſanctorum patrum conſenſui inhærendo ſpiritu ſancto ſuggerente ſacros canones decernere; atque duobus principijs creditis, vel altero credito, altero naturaliter cognito, ex his neceſſarias concluſiones elicere, erit profectò Canones ipſos negando ex ſe ſe Concilijs contradicere: concluſiones verò ex his elicitas propulſando neceſſaria conſequentia Concilia eadem labefactare: vt negare corpus & ſanguinem Chriſti in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter contineri, eſſet hæreſi Berengarij adhærendo, Concilio Lateranenſi amplo apertè contradicere: Negare verò Tranſubſtantiationem ex his principijs creditis, videlicet, (quòd panis in corpus, & vinum in ſanguinē ſint tranſſubſtantiata) neceſſariò deductam, eſt eidem neceſſaria conſequentia ſe opponere: Cumque vlteriùs ex principio hoc de Tranſſubſtantiatione credito, & altero de Accidente lumine naturali cognito, (quòd ſcilicet abſque ſuo ſubiecto naturaliter eſſe nequeat) Alia inſuper neceſſaria reſultet conſequentia, videlicet quòd panis, & vini Accidentia abſq; eorum ſubiectis in Altaris ſacramento permaneant, neceſſaria pariter conſequentia Concilio Conſtan. ſe opponeret: atque ob id in errorem Io. Huſſ. ibidem damnatum ſe immiſceret, quia Accidentia panis, & vini in ſacramento Altaris ſine eorum ſubiectis permanere, pertinaciter improbaret.

Contradicit generali Concilio, ſiue Prouinciali, ſiue Diœceſano

ceſano à Papa confirmato.) *Multi quidem multa colligunt, vt plenarium, ac legitimum conſtituant Concilium de fide conuincens: at in vnum hæc omnia mihi videntur redacta, ut ſcilicet à Papa, & eo quidem legitimo, ſit confirmatum, ſit approbatum, & ſit correctum. Nam Concilium Ariminen. inuito Liberio Papa coactum: Piſanum contra Iulium 2. collectum: Synodus Trullana à Iuſtiniano Leoni Papæ inimico temerariè facta: Conc. Baſilien. etſi ſub Martino 5. ac Eugenio 4. congregatum, eiuſdem tamen Eugenij auctoritate diſſolutum, hæc cum cæteris id genus ob id fuere reiecta, quia à Papa non fuerunt confirmata; è contrà verò in tantum fuerunt recepta, in quantum à ſummis Pontificibus fuerunt confirmata, approbata, & correcta, vt Concilium Lateran. confirmatum à Ioanne 3. Conſtantienſe approbatum à Martino 5. Synodus ſine Papa Aquileiæ celebrata, poſtmodum à ſummo Pontifice correcta. Concilium igitur, in quo cum Eccleſiæ Patribus ſummus Pontifex eorum caput vnanimiter concurrit, & ab eis definita auctoritate Papali confirmat, fidei firmitatem habet, & oppoſitum de hæreſi conuincit: vt negare cum Arrio conſubſtantialitatem filij cum Patre, contra Nicenum primum: negare cum Macedonio ſpiritum ſanctum Deum eſſe, contra Conſtantinopol. primum: negare cum Neſtorio Dominum Ieſum Chriſtum eſſe Deum, contra Epheſinum primum: negare cum Euthiće duas in Chriſto naturas contra Chalcedonen. negare cum Theodoſio Cyro Imagines contra Nicenum 2. negare cum ſchiſmaticis Ro. Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ſucceſſorem eſſe B. Petri Apoſtoli Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiusq; Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere, & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à D. noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, contra Florentinum: reijcere non ſolum quæcunque hominis opera, tanquam ad ſalutem noſtram inutilia, ſed etiam quantumlibet recta aſſerere conſtanter eſſe peccata cum pernitioſiſſimo Lutero: ac tandem vale dicere omnibus fermè Decretis Sacroſancti Oecumenici, & Generalis Concilij Tridentini cum peſtifero Caluino contra idem Tridentinum. Ceteraq; omnia in his, ac in cæteris à Papa confirmatis, de fide concluſa,*

negare, proculdubio eſſet hæreticum. Etiam ſi Prouincialis eſſet Synodus, dummodo à Papa, vel in aliquo plenario Concilio ſit confirmata, vt negare ſolenniſſimum Paſchatis feſtum ab omnibus toto orbe terrarum eodem tempore, ac die celebrandum, contra Arelaten. Prouinciale à Syluestro approbatum; negare nuptias contra Gangren. Prouinciale in 6. Synodo approbatum: negare liberum hominis arbitrium contra Arauſicanum Prouinciale à Leone primo confirmatum; hæc & huiuſmodi negare, etſi ſint contra Prouinciales Synodos, cadunt tamen ſub hæreſis nota; quin etiam Diœceſana Concilia inquantum ſunt à Summis Pontificibus comprobata, de fide conuincunt: vt negare confeſſionem ſacramentalem faciendam eſſe de peccatis occultis contra compluten. per Archiepiſcopum Toletanum collectum, eſſet hæreticum, licet fuerit Diœceſanum, quia à Sixto 4. in Iudicio fidei fuit confirmatum. Concilia itidem Anchiritan. Gangren. Sardicen. Carthaginen. non fuere Generalia, tamen à Leone huius nominis Papa 3. fuere approbata. Diſt. 20. ca. de libellis.

Non hominum fundamento inhærenti.) *Si Concilium quodcunque à Papa confirmatum ex humanis atteſtationibus dijudicet, vt in ſententijs, Cenſuris ferendis, & controuerſijs componendis plerunque euenire ſolet, vt ſupra de Pontificia auctoritate dictum eſt, tunc eius decreto quicquid opponitur non ſtatim cenſetur hæreticum, cuius rationem reddit Innoc. 3. in cap. à nobis, de ſententia excom. dicens Iudicium Dei, veritati, quæ non fallit, nec fallitur ſemper innititur: ſed Iudicium Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur, quam et fallere, & falli ſæpe contingit: propter quod contingit interdum, vt ligans eſt apud Deum, apud Eccleſiam ſit ſolutus, & qui liber eſt apud Deum, eccleſiaſtica ſit ſententia innodatus.*

In his quæ, ſunt fidei, ac moribus pro animarum ſalute prorsùs neceſſaria.) *Hinc ſi in Concilijs contingat etiam à Papa confirmatis nonnulla præter ea quæ fidei, ac moribus ſunt prorsùs neceſſaria, conſequenter inſerere, non ſunt ea fide tenenda, vt ei oppoſitum cenſeatur hæreticum: vt ex Niceno 2. ex Conſtantinopolitanis ſexto, & ſeptimo Concilijs generalibus multa prodière.*

Et geſta, & Iudicia, & Ordinationes, & id genus, quæ, non ſunt

eo Religionis vinculo amplectenda, vt de fide conuincant: cuiuſmodi multa videre eſt in Clem. ex Concilio Vien. relata pręcipuè in cap. Paſtoralis. de ſententia, & re iudicata. Quin etiam ſi quis falſum aſſereret, quòd vel in Symbolo Athanaſij dicitur, videlicet (carnem, & Animam vnum eſſe hominem) nulla prorsùs hæreſis nota eſſet inurendus, & ſi cum Athanaſio Conciliū Nicęnum conſenſerit. Vtrùm enim homo ſit partes illæ, Anima, & caro: an quid tertium ex his reſultans: Philoſophorum quæſtio eſt, non fidelium. Hinc Ven. ac, Doctiſſ. Pater Bartholomęus Carranzara Mirandes inſtituti S. Dominici recenſendo in ſumma Conciliorum acta Concil. Conſtantien. nullam prorsùs mentionem facit Actorum Seſſ. 20. quia in ea acta fuit cauſa ciuilis inter Ducem Auſtriæ, & Epiſcopum Tridentinum, quæ ad fidem non pertinebat.

In uniuerſum obſeruanda.) *Videndum eſt inſuper an mores proponantur vniuerſali Eccleſiæ obſeruandi, an ad priuatas perſonas, vel Eccleſias, uel loca referantur. Quæ enim, Concilia etiam generalia, etiam à Papa confirmata ſtatuunt in componendis priuatorum moribus, in erigenda particulari Eccleſia, in approbando aliquorum Religioſorum Ordine, in reſtauranda ſpeciali congregatione, uel eorum ſingillatim, moribus reformandis, non ea fide conuincunt, ut ſi quid oppoſitum proferatur ſtatim hæreticum cenſeatur: Cuiuſmodi uidere eſt quàm plura in Conc. Trid. Seſſ. 25. De Regularibus, & Monialibus, in quibus non de catholica fide in uniuerſum amplectenda, neque de moribus indiſcriminatìm à ſingulis, neque exactè ab omnibus obſeruandis decernitur.*

Vt Principalia.) *contingere ſolet & in Concilijs etiam legitimis, quemadmodum & in Decretalibus, ac conſtitutionibus Pontificijs, quædam incidenter pro ratione, ac medio interſerere, quæ non vt principales concluſiones definiuntur: atque ob id non ſemper adeò firma exiſtunt, vt tanquàm fidei dogmata accipiantur. Synodus 2. Nicæna, quam Græci ſeptimam generalem appellant ſub Adriano huius nominis Papa primo, imperantibus Conſtantino, & Irene eius Matre, ad probandas (vt concluſiones ſuas principales,) ſanctorum imagines eſſe pingendas, incidit in Quęſtionem de Angelis, quòd ſint corporei, ob*

idq;

idq; pingendi: Concilium verò Lateranen. ſub Innocentio 3. Dum principaliter decernere intendit, De ſum. Trin. Et fide Cath. Deum ab initio vtranque de nihilo condidiſſe Creaturam corporalem, & Spiritualem: Angelicam, ſcilicet, & Mundanam (ſpirituale, per quod intelligit Angelos, opponendo corporali) è contrà inſerre videtur, eos eſſe incorporeos. Quare cùm neutrum ex profeſſo tanquàm principale inſtitutum, fuerit vtrobique definitum, non ſtatim citra controuerſiam cenſetur hæreticum, Angelos ipſos vel corporeos, vel incorporeos aſſerere. Non enim Patres Concilij in fidei Quæſtionibus, cauſas aſſerunt ſemper neceſſarias, ſed interdum probabiles, interdum veriſimiles, interdum pro hominum captu, ac tempore accommodatas, dummodò quod principale intendunt, rectè defniant. Ex quo facilè colligi poteſt, non id totum, quod ſtatim in Gratiani Decreto compillatum reperitur, tanquàm fidei Dogma eſſe tenendum: quin multi in eo referuntur Canones tùm Apoſtolorum, tùm Trullianorum, tùm etiam aliorum, qui non conuincunt: atque multis etiam in locis Decretum illud præſumitur corruptum: nec ab vllo ſummo Pontifice hucuſq; fuiſſe approbatum: ob idq; iure ac merito à Gregorio 13. his temporibus accuratiſſimæ caſtigationi fuit demandatum.

Definienti.) *Non eſt tandem in illuſtrandis Concilijs illud prætereundum, an aliquid in eis reperiatur definitum, tanquàm fidei dogma firmiter tenendum: an vt Doctrina probabilior, vtilior, ac fidei conformior recipienda, contrariaq; vt minùs probabilis, nociua, ac pernicioſa omnino reijcienda. Quæ fide tenenda ſint, plura recenſuimus; quæ verò tanquàm ſaniora amplectenda, ſubijciamus.*

Extant ſiquidem clariſſima exempla in duabus illis deciſis quæſtionibus, videlicet,

An informans gratia, & virtutes, tàm Paruulis, quàm Adultis conferantur in Baptiſmate.

An Conſcijs peccati mortalis, habita copia Confeſſoris neceſſariò præmittenda ſit confeſſio ſacramentalis ante Euchariſtiæ Sacramenti ſumptionem.

Prior ſiquidem in Concilio Vien. de ſumma Trin. & fide Cath. in Clem. relato in hæc verba deciditur.

Nos

Nos autem attendentes generalem efficaciam mortis Chriſti, quæ per baptiſma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem ſecundam, quæ dicit tàm Paruulis, quàm Adultis conferri in baptiſmo informantem gratiam, & virtutes, tanquàm probabiliorem, & dictis ſanctorum, ac doctorum modernorum theologiæ magis conſonam, & concordem ſacro approbante Concilio duximus eligendam. Poſterior verò à Concilio Tridentino Seſſ. 13. Can. 11. acriùs in hæc verba decernitur. Et ne tantum ſacramentum indignè, atquè ideò in mortem, & condemnationem ſumatur; ſtatuit atque declarat ipſa ſancta ſynodus, illis quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris, neceſſariò præmittendam eſſe confeſſionem ſacramentalem: Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publicè diſputãdo defendere præſumpſerit eo ipſo excõmunicatus exiſtat.

Quibus in locis videre eſt, nullibi ſub Anathemate dogma aliquod eſſe definitum ea fide tenendum, vt ſtatim oppoſitum citra controuerſiam hæreticum dijudicetur. Quare in Concilijs quibuſcunque legitimis illæ pronunciandi formulæ præ oculis ſunt habendæ, quas etiam obſeruandas præmiſimus in Decretalibus, ac conſtitutionibus Pontificijs.

Prima erit, ſi contrarium aſſerentes pro hæreticis condemnentur, vt in cap. 2. Damnamus. de ſum. Trin. Ex in ſexto cap. 1. itidem de ſum. Trin. vbi ait. Damnamus, & reprobamus, & in clemen. cap. 1. itidem de ſum. Trin. §. 2.

Secunda erit, cum in hunc modum pronunciet, ſiquis &c. Anathema ſit, vt in Conc. Toletano 1. & Trid. ſæpe pronunciatur.

Tertia erit, ſi vt fidei, ac Religionis dogma aliquod ſolidum, ac firmè ab omnibus in vniuerſum pro fide tenendum definiatur, ut Symbola ſuccreſcentibus hæreſibus in dies magis explicata.

FINIS.

REGVLA QVINTA EX SANCTIS PATRIBVS.

PRopoſitio illa videtur etiam de hæreſi notanda, (quæ præmiſsis quatuor Regulis, licèt, non explicita) Sanctis Patribus ab vniuerſali Eccleſia approbatis de Cath. fide, & Hæreticorum damnatione, omnibus ſimul vno eodemq; conſenſu apertè, & conſtanter aſſerentibus, ſub proprijs terminis in ſenſu, quem facit, ex ſe ſe, vel neceſſaria conſequentia contradicit.

LIcèt ex Joan. de Turrecrem. de Eccle. par. 2. lib. 4. cap. 11. Albertino de agnos. aſſert. q. 5. Vberto loc. op. Iud. Alfonſo Caſtren. de
Tit. credi. *iuſta hær. pun. lib. 1. cap. 3. Melchiore can. de loc. Theod. lib. 7. Iacobo*
Tit. 22. *Sim. de Cath. Inſt. Tit. 54. facilè deducatur hæc Regula; faciliùs tamen grauiſſimis auctoritatibus ſanctorum, ac Doctiſſimorum Hieronymi, Auguſtini, ac Thomæ Aquinatis in controuerſiam vertitur. Aiunt ſiquidem, Hieronymus in Epiſt. aduerſus Jo. Hieroſolimit. Scio, me aliter habere Apoſtolos, aliter reliquos tractatores: Illos ſemper vera dicere, iſtos in quibuſdam, vt homines, aberrare.*

Auguſtinus ad præfatum Hieronymum Epiſt. 19. rel. diſt. 9. cap. ego ſolis. Ego fateor charitati tuæ, ſolis eis ſcripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem, & honorem deferre, vt nullum eorum auctorem in ſcribendo aliquid erraſſe firmiſsimè credam; Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, quantavè Doctrina polleant, non ita verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod

à vero

à vero non abhorret, perſuadere potuerunt. Nec te arbitror ſic legi tuos libros velle, tanquàm Prophetarum, vel Apoſtolorum, de quorũ ſcriptis, quòd omni errore careant dubitare nefarium eſt.

D. Thomas Aquinas.par.1.q.1.ar.8.ad 2. auctoritatibus ſacrarum ſcripturarum vtitur ſacra Doctrina propriè ex neceſſitate argumentando, auctoritatibus autem aliorum Doctorum Eccleſiæ, quaſi arguendo ex proprijs, ſed probabiliter. quò fit, vt altius quędam ſint petenda, priuſquam ad Regulæ, huius Demoſtrationem, & Argumentorum ſolutionem veniamus. Ac in primis quàm temerarium ſit, quàmq; in fide periculoſum a Doctrina Sanctorum Patrum recedere, tum ipſorum, tum Conciliorum auctoritatibus apertè demonſtremus. Quàm temerariũ, à Patrũ Doctrina recedere.

Clemens Papa ad Diſcip. Hieroſol. Epiſt.5. refertur. diſt.37. cap. Relatum: oportet ab eo intelligentiam ſcripturarum diſcere, qui eam à Maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruat, vt ipſe poſſit, ea, quæ rectè ſuſcepit, competenter aſſerere. S. Clemẽs PP.

Dionyſius de cęl.Hier. cap.1. ad ſanctiſſimas ſcripturarum intelligentias, prout illas à Patribus accepimus, contuendas pro viribus pergamus. S. Dionyſ.

Ambroſius ad Gratianum de fide cap. 7. Seruemus præcepta Maiorum, ne hæreditaria ſignacula rudi temeritate violemus, librum ſacerdotalem quis noſtrum reſignare audeat, ſignatum à Confeſſoribus, & multorum iam martyrio conſecratum? S. Ambr.

Hieronymus in Daniele, 12. Scripturę, Sanctæ, intelligentiam abſque Dei gratia, & Maiorum Doctrina ſibi imperitiſſimi, vel maximè vendicant. S. Hiero.

Auguſtinus de Vtilit.cred.ad Honoratum. cap.17. Si vna quęq; diſciplina quanquam vilis, & facilis vt percipi poſſit, Doctorem requirit, quid temeritæ ſuperbiæ plenius, quàm diuinorum ſacramentorum libros ab interpretibus ſuis nolle cognoſcere? S. Aug.

Gregorius lib.28. Moral.cap.9. Illud Iob, exponens; ſuper quo baſes illius ſolidatæ ſunt: quid aliud, inquit, huius terræ, baſes, quàm ſanctæ Eccleſiæ Doctores accepimus? Et baſes veſtieſ argento, in Argento.n.quid aliud, quàm claritas diuini ſermonis accipitur? S. Greg.

Conc.Conſtantinop.5. quod refert D.Th.contra Gent.lib.4.cap.24. Conc. Cõſtantin. 5.

Sequimur per omnia ſanctos Patres, & Eccleſiæ Doctores, Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Theolog. Greg. Niſſ. Theophilum, Ioannem Conſtantin. Cirillum, Leonem, Probum, & ſuſcipimus omnia, quę de recta fide, & hæreticorum damnatione expoſuerunt.

Conc. Cō ſtantin. 6. Conc. Conſtantinop. 6. Act. 11. *Et dixit ſancta ſynodus, omnino neceſſe eſt non ſolùm ſecundum ſenſum, ſequi ſanctorum Patrum dogmata, ſed & eiſdem vocibus vti cum illis, nihilq; penitùs innouari.*

Conc. Nicæ. 2. Conc. Nic. 2. Act. 1. in Athaniſmo Baſilij Ancyrę Epiſcopi. *Qui doctrinas ſanctorum Patrum, & Traditionem Cath. Eccleſiæ, contemnunt: quiq; cauſantur, & voces Arrij, Neſtorij, Eutychis, & Dioſcori iactant, dicentes, quòd niſi ſatis ex veteri, & nouo teſtamento inſtructi eſſemus, ſanctorum Patrum, ſacrarum ſex ſynodorum, & Cath. Eccleſiæ Traditiones ſequeremur; execratio.*

Cōc. Lat. ſub Le. 10. Conc. Lateran. ſub Leone 10. Seſſ. 11. *Mandamus omnibus, qui hoc onus ſuſtinent, quiq; in futurum ſuſtinebunt, vt ſanctam ſcripturam iuxta declarationem, & interpretationem Doctorum, quos Eccleſia, vel vſus diuturnus approbauit legendosq; hactenus recepit, & in poſterum recipiet, prædicent, & explanent, nec quicquam eis ex proprio ſenſu contrarium, vel diſſonum adijciant.*

Cō. Trid. Seſſ. 4. Conc. Triden. Seſſ. 4. *Ad coercenda petulantia ingenia, decernit, vt nemo ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum ad ædificationem Doctrinæ Chriſtianę pertinentium, ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorquens, contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarum ſanctarum, aut etiam contra vnanimem conſenſum Patrum, ipſam ſcripturam ſacram interpretari audeat, etiam ſi huiuſmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contra venerint, per ordinarios declarentur, & pęnis à iure ſtatutis puniantur.*

Hucusq; iam patet quàm temerarium ſit à ſanctorum Patrum Doctrina deuiare: modò videamus, quàm ſit etiam in fide periculoſum, dum de Catholica fide aliquid tradunt, eis ſe ſe opponere: hùc ſiquidem tendit hæc Regula, vbi dicitur.

De Catholica fide, & hæreticorum damnatione.) *Alia ſunt, quæ*

quæ citra fidei iacturam à doctiſſimis,etiam ſanctiſsimis viris pertractari poſſunt. Sanctiſsimi quidem, ac Doctiſsimi erant qui in B. Mariæ Virg. conceptione incidentes omnes vno ore eam in peccato originali conceptam aſſeruerunt.

Ambroſius in Pſal. 118. Conc. 6 Auguſtinus in Pſal. 134. & lib. 2. de bap. Paruulorum. Cap. 24. & ſuper geneſim ad literam cap. 18. Et contra Iulianuum lib. 53. cap. 9. Chryſoſtomus in Matt. Euſebius emiſſ. in Conc. 2. Nat. Dom. Remigius in Pſal. 21. Maximus in ſerm. de Aſſumpt. B. Virg. Beda in Hom. ſuper Miſſus eſt. Anſelmus in lib. cur Deus homo. cad. 16. Bernardus in Epiſt. ad Lugdun. 174. Eraldus Epiſc. & Martir. in Conc. de Nat. B. Mariæ Virg. S. Antonius Patauinus in Conc. de Nat. B. Mariæ Virg. S. Bernardinus in tract. de B. Virg. Conc. 4. D. Bonauentura 3. Sent. diſt. 3. q. 1. art. 2. D. Tho. 3. par. q. 27. ar. 2. D. Vincentius in ſer. de Concep. B. Virg. D. Antoninus. 1. par. Titu. 8. Damaſ. lib. 3 Sent. Hugo de ſanctu Victore de ſacram. part. 2. cap. 4. Horum tamen omnium contraria ſententia probabiliter, & piè in Eccleſia ab alijs defenditur. Itidem quòd Moyſes viderit Diuinam eſſentiam adhùc viuens necnè: quòd Ioan. Euang. diſceſſerit hac vita, vel cum Enoc, & Elia viuus permanſerit: vbi nam ſit Paradiſus Terreſtris, in quem Dominus primum hominem poſuit: cur Antiqui illi Patres diutiùs nobis vixerunt: vbi tandiu vitam duxerit Mathuſalem, vt qui in arca non fuerit, etſi annorum multitudine Diluuio ſuperuixerit, cum alijs aſſentire, vel diſſentire non inconuenit, & pro ſuo quilibet captu in vtranque partem abſq; vlla hęreſis nota declinare poterit. nam ſi ipſemet Paulus, ſalua fidei integritate, ſe neſcire teſtatur, an in corpore, uel extra corpus ad tertium cęlum fuerit raptus, hæc quoque, & id genus alia, quæ nec fidei dogmata ſunt, neque ex illis deriuata, citra fidei, ac Religionis iacturam non ab imperitis modò, verùm etiam à Doctiſsimis ignorari poterunt.

Alia uerò eſt in Eccleſia adeò neceſſaria ſanctorum Patrum doctrina, ut & Patres ipſi, & ſummi Pontifices, ac ſacroſancta concilia ei ſummopere inniterentur ad fidem catholicam ſtruendam, hæreſimque damnandam. Hac Sophronius Hieroſolymorum Patriarca illud Origeniſtarum commentum damnauit, quod ipſi extra Sanctorum Pa-

trum Doctrinam ſomniarunt, Paradiſi terreſtris plantationem proijcientes, in carne Adę formationem renuentes; ex eo formatam Euam fuiſſe vituperantes; ac ſerpentis callidiſſimi ſonitum refutantes. Eiuſdem Epiſt. Conc. 6. Gen. Act. 11. propoſita, & Act. 13. comprobata. Clemens quintus ad refellendam cuiuſdam Petri Io. hæreſim, quòd ſcilicet, Chriſtus ſuſtinuerit lanceæ vulnus, cùm adhuc in cruce penderet viuus, hac Patrum ſanctorum Doctrina vſus eſt, dicens; Nos igitur ad ſanctorum Patrum, ac Doctorum communem ſententiam Apoſtolicę conſiderationis aciem conuertentes ſacro approbante Concilio declaramus Euang. Io. rectum factæ rei ordinem tenuiſſe, narrando, quòd Chriſto iam mortuo vnus militum lacea latus eius aperuit. Clem. 5. in Conc. Vien. rel. de ſum. Trin. In Conc. Hiſpalen. 2. Ca. 3. in Quæſtione de duabus naturis in vna ſubſiſtente in Chriſto Perſona recenſentur Hilarius, Ambroſ. Gregorius Nazianz. Baſilius, Cyrillus, Athan. Auguſt. Leo Papa, Fulgentius, quorum teſtimonijs concluditur quæſtio. Conc. Conſtantien. ſub Martino, Seſſ. 8. In condemnatione Io. Vuicleff. propter eius Articulos à ſanctis Patribus reprobatos, pronunciat ipſum hæreticum. Martinus huius nominis Papa primus, qui in pace Chriſti obiens, confeſſor claruit miraculis, ſub Conſtante Imperatore contra Paulum Conſtantinopolitanę Vrbis Epiſcopum hęreticum in ſynodo Lateran. Romæ coacta centum quinque Epiſcoporum, quæ ſancti Patres credunt, Eccleſiam Dei Cath. & Apoſt. credere, dicit, & quæ reſpuunt reſpuere. Definitq́; in hunc modum: ſiquis nõ confitetur ſecundũ ſanctos Patres propriè, & verè omnia quæ tradita ſunt, & prædicata ſanctæ & Apoſt. Dei Eccleſiæ ab ipſis ſanctis Patribus, & cap. ſit condemnatus: cap. 16. Si quis ſecundum ſanctos Patres non reſpuit, & anathematizat nefandiſſimos hæreticos & cap. eum Anathematizamus. Concilium quoque Epheſinum conuincit Neſtorium aſſerentem purum hominem natum ex Virgine, Auctoritate ſanctorum Doctorum: Hieronymus Eluidium aſſerentem B. Mariam non eſſe virginem: Baſilius Macedonios negantes Spiritusſancti Diuinitatem: Auguſtinus Donatiſtas aſſerentes veram Eccleſiam, non niſi in Aphrica eſſe, & Pelagianos docentes abſque Dei gratia poſſe ipſius præcepta impleri, & vitam æternam acquiri: & Aghato

Papa

Papa in ſexta Synodo itidem Sanctorum Doctorum auctoritate Ambroſij, Auguſtini, Chryſoſtomi, Athanaſij, Cyrilli, vtriuſque Gregorij, ac Leonis Pontificis confirmat duas in Chriſto eſſe voluntates. Pro hac igitur ſanctorum Patrum doctrina ab Eccleſia vniuerſali recepta cum Patribus ipſis ad ſanguinem vſque pugnare tenemur, tantum abeſt, vt ab ea impunè recedamus. Quare ſanctis his Patribus ab ipſamet Eccleſia approbatis, dum de aliquo fidei dogmate, vel hæreſis damnatione, etiam ſi in ſacro Can. id non fuerit expreſſum, certam nobis faciunt fidem, neſcio quonam modo fidei ipſius, ac religionis in ſui, ac aliorum perniciem effugiat diſcrimen, quiſquis voluerit, ſe tunc in his opponere. Sed adhùc firmius figamùs pedem, & videamus quænam propoſitio ſit vlteriùs hoc quinto loco de hæreſi notanda, quod hæc noſtra tandem infert Regula.

Quàm ſit in fide periculoſum Doctrinæ ſanctorũ de Cath. fide ſe opponere.

Omnibus ſimul in uno eodemq; conſenſu.) *Hoc eſt maximum, maximèq; obſeruandum, quantum canonici libri à ſanctorum Patrum ſcriptis diſcriminentur, illis ſiquidem hoc præcipuum à ſpiritu ſancto datum eſt, vt ſinguli in ſingulis ex ſeſe in fide conuincant: Doctoribus verò Eccleſiaſticis, vt non niſi omnes ſimul concorditer atque de fide tantùm, in idem conueniant: nemo eſt.n. ſingularium quantumuis eruditus, ac ſanctus, qui interdum non allucinari, qui non alicubi cęcutire, qui non quandoq; illabi poſſit. Aſſerit.n. ſanctorum alius baptizatos ab hæreticis eſſe rebaptizandos: Alius in Chriſti corpore ſenſum pęnæ, & dolorem non fuiſſe: Alius piorum animas non niſi vſque ad diem iudicij veram fęlicitatem conſecuturas: Alius Adæ animam ſimul cum corpore propagatam: Alius Melchiſedech ſpiritum ſanctum non hominem fuiſſe. Quare vni, ac alteri Doctorum, etiam ſanctorum, vel in his quæ ſunt fidei non tenemur conſtantiſſimam adhibere fidem, quin dũ non omnes ſimul in vno eodemq; conueniunt; ſed adinuicẽ in aliquibus diſcrepant, in vtramuis ſententiam citra hæreſeos notam venire poſſumus: & vt aliorum omittam controuerſiam, pauca præcipuorum, ac grauiſſimorum Doctorum Auguſtini, & Hieronymi in exemplum ſubijciam. Affirmat Auguſtinus omnium Pſalmorum Auctorem fuiſſe Dauid, negat Hieronymus: affirmat Hieronymus Samuelem fuiſſe ſacerdotem, negat Auguſtinus: affir*

mat

mat Auguſtinus Paulum verè, & non fictè reprehendiſſe Petrum, negat Hieronymus: affirmat Hieronymus Bigamiam ante Baptiſmum non impedire Matrimonium, negat Auguſtinus: affirmat Auguſtinus in fine Mundi omnes morituros, negat Hieronymus: affirmat Hieronymus iam illud eſſe impletum (in omnem terram exiuit ſonus eorum) negat Auguſtinus: affirmat Auguſtinus ſingulos Angelos ſingulis creaturis corporeis fuiſſe prępoſitos, negat Hieronymus: At dum omnes in ſimul vno eodemque conſenſu in fidei Dogmate conueniunt, tunc certam catholicorum Dogmatum fidem nobis facere probatur, auctoritatibus ſanctorum Patrum Athanaſii, Hieronymi, Auguſtini, ſacræ ſcripturæ, & conciliorum.

Athanaſius in ſua oratione contra Idola, inquit, ſententia à Maioribus confirmata irreſutabilem habet fidei auctoritatem.

Hieronymus in cap. 1. Gal. Eccleſia Dei, quæ à Poſteris Apoſtolorum fidem audiuit, non hominis Euangelium, ſed Dei accepit: Doctores. n. Eccleſię non tàm ipſi docent, quàm in ipſis Deus.

Auguſtinus contra Iulianum Pelag. lib. 1. confutans illius hæreſes ſanctorum Doctorum ſententijs, Audis inquit, omnes uno corde, uno ore, vna fide id ipſum dicere, & hanc eſſe catholicam fidem non diſſonante conteſtatione firmatam. Et lib. 2. contra eundem, hoc probauimus catholicorum ſanctorum auctoritate, ac per hoc non eſt conſequēs, vt ſit falſum. Et in fine lib. eiuſdem ſubiungit; Vbi tot ſanctos Doctores egregios, atque immemorabiles catholicæ veritatis accuſes, Ireneum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilarium, Gregorium, Ambroſium, Baſilium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, cęteroſq; ſocios, ac participes eorum; inſuper & vniuerſam Chriſti Eccleſiam, ſcilicet, accuſas, cui diuinæ familiæ Dominica cibaria fideliter miniſtrantes ingenti in Domino gloria claruerunt.

Apoſtolus inter cætera dona, quæ Chriſtus aſcendens in Cęlum dedit hominibus, connumerat Epheſ. 4. Doctores, quos nobis dedit in opus miniſterij, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni doctrinæ vento ad circumuentionem erroris: quomodo non fluctuabimur, non circunferemur doctrinæ vento, non circumueniemur errore; ſi in eorum opere miniſterij fidei, omnes errare poſſunt?

Conc.

Conc. Nicænum 2. quod Græcorum eſt generale. 7. anathematizat Sanctorum Patrum Doctrinam contemnentes in hunc modum. Qui doctrinas ſanctorum Patrum, & catholicæ Eccleſiæ contemnunt execratio. Quare ſi omnium ſanctorum Doctorum concors de fide ſententia adeò ſit cum Traditione Eccleſiæ connexa, vt ab ea diuelli nequeat, fieri non poteſt, vt quod omnino ei aduerſatur, non veniat de hæreſi notandum. Vnde Reuerendiſs. D. Iacobus Simanca Pacenſis Epiſcopus tàm in iure, quàm in ſacris eruditiſs. de cath. fide inſtitu. titu. 22. nu. 12. Veteres Hiſpanos Maiores refert in conc. quodã Tol. decreuiſſe, vt ſanctorum virorum Doctrinis aſſentirent omnes, quia omne, inquiunt, quod contra illos ſapitur, à rectæ fidei Regula abhorrere ſentitur; nec eſſe amplius cum illis contendendum, qui ab eorundem Patrũ dogmatibus auſi fuerint diſſentire. Vt autem ſcrupulus cuiuſcunq; vacillationis ab hac Regula dimoueatur, tandem ſubiungitur. Quod omnium ſanctorũ concordi ſententię de fide aduerſatur, de hæreſi notatur.

Apertè & conſtanter aſſerentibus.) *cum certa, ac firma eſſe debeant, quæ pro indubitata fide ſunt tenenda, dum ſancti Patres (etiam ſi in vnum omnes confluant) minùs apertè, ac conſtantèr aliquid aſſeuerant, non videtur ſtatim abſque dubio id eſſe credendum: vt, quòd Saul non fuerit in Hieruſalem, cum non ſit à Hieronymo apertè demonſtratum: & quòd Samuel fuerit per Phytoniſſam ſuſcitatus, cum ab Auguſtino non fuerit conſtanter aſſeueratum, modò aſſerendo in quæſt. no. & vet. Dæmonem pro Samuele apparuiſſe, modò in lib. de cu. pro mort. Samuelis ipſius animam fuiſſe locutam. Hæc, & huiuſmodi apertam, ac conſtantiſſimam non faciunt fidem. Sed iam Regula diffusè, exactèq; limitata, argumenta in fronte poſita diſſoluamus.*

Hieron. Aug. ac D. Tho. eorum inſcitiam refellendo, qui ſacris, ac canonicis libris opuſcula Doctorum æquarunt, latiſſimum diſcrimen vtrorumq; auctoritatum afferre voluerunt: dum illos non errare, iſtos errare poſſe, ob idq; illos certam fidem, iſtos non niſi probabilem facere concludunt: nam cum ſcriptores ſacrorum canonum Prophetæ, & Apoſtoli Spiritusſancti infallibili dictamine abſque vllo hominum diſcurſu ſint locuti, nec ſinguli, nec in ſingulis, nec unquam errare poſſunt; Doctores verò etſi ſanctiſſimi, cùm non niſi longa ſtudij aſſiduitate, perquiſita rerum diſcuſſione, ac laborioſa veritatis indagatione Solutio Arg. in fronte poſitorum.

adſcri-

ad ſcribendum ſe accinxerint, nec ſinguli, nec in ſingulis, nec ſemper ex ſe ſe ſpiritu humano ducti, datum eſt, vt prorſus errorem vitent. At Quomodo Patres in fide errare non poſſunt. cum in ſimul omnes vno, eodemq; conſenſu, poſteaquàm fuerint ab Eccleſia approbati, de cath. fide apertè, & conſtanter aliquid ſcripſerint, non eſt credendum, quòd Deus ſummus Prouiſor adeò, ſuam derelinquat Eccleſiam vt eius ſanctos Doctores omnes ſimul in fide errare permittat; quænam tunc eſſet ſpes Eccleſiæ ſubobſcuros ſacræ ſcripturæ locos dilucidandi, atque ſubortas hæreſes in dies propulſandi? voluerunt igitur inſerre Doctiſſimi illi viri, quòd non ſtatim abſque vllo delectu ſingulis Eccleſiæ Doctoribus ſemper, & in omnibus ſemper ſic eſt credendum, quemadmodum ſacrorum voluminum ſcriptoribus. Vnde Hier. ſup. 1. Gal. ipſemet Hieronymus, vbi cum hoc delectu, vt ſimul ſint vniti in his, quæ ſunt fidei, eos conſiderauit, aliam ſubintulit ſententiam, quòd non tam ipſi Doctores Eccleſiæ tunc docent, qui. ſ. errare poſſunt, quàm in ipſis Deus, qui. ſ. errare non poteſt. Item Auguſtinus tali vſus Augu. ad Iul. lib. 1. cap. 2. eſt partitione, alia ſunt, quibus inter ſe aliquando etiam Doctiſsimi, atque optimi Regulæ Cath. viri defenſores, ſalua fidei compage, non conſonant, & alius alio meliùs, & veriùs aliquid dicit; hoc autem, vnde nunc agimus, ad ipſa fidei pertinet fundamenta. vnde ſubiungit, hoc probauimus catholicorum auctoritate ſanctorum, ac per hoc non eſt conſequens, vt ſit falſum. Ac tandem D. Tho. intellexit & ipſe de illa adhæſione, qua ſtatim abſque delectu Prophetarum, & Apoſtolorum reuelationi in omnibus, ac ſingulis aſſentimus: at ubi contra Gentiles Spiritumſanctum à filio procedere probaret, conſenſu Eccleſiæ Doctorum vſus eſt, inferens ex determinatione Gen. conc. 5. eos omnino in his quæ ſunt fidei eſſe recipiendos. Diffinientibus, inquit, Patribus illius in hunc modum: ſequimur per omnia ſanctos Patres, & Eccleſiæ Doctores, & ſuſcipimus omnia, quæ de recta fide, & de Hæreticorum damnatione expoſuerunt.

Vnde ſecernãt doctores ab Eccleſia approbati. Qui autem ſint Doctores ab Eccleſia approbati habetur ex præfato Conc. 5. Conſtantinop. ex Gelaſio Papa diſt. 15. cap. ſancta Rom. ex cap. Glorioſus in 6. de relig. & ven. ſanctorum. & Inno. in cap. ne innitaris de conſtit. ex quorum approbatione, aliorumvè infertur, non omnia in Doctorum ſanctorum approbatorum ſcriptis contenta pro catho-

lica veritate eſſe habenda, ſed quæ de fide tantùm, & hæreticorum damnatione expoſuerunt.

Sub proprijs terminis in ſenſu quem facit.) *vt hæc aſſertio, videlicet, quæ ſacra ſcriptura in lib. Gen. de formatione Euæ, narrat, non ſunt iuxta litteram hiſtoricè intelligenda, ſed allegoricè, & figuratè, ſub propriorum illorum terminorũ ſenſu; (non iuxta litteram, non hiſtoricè, ſed allegoricè, & figuratè) opponitur cõmuni ſanctorũ Doctorũ conſenſui, qui omnes vno ore ad litteram hæc reuera volunt intelligi.*

Ex ſe ſe, vel neceſſaria conſequentia contradicit.) *vt expoſitio in illud Matt. 1. Donec peperit filium ſuum primogenitum, quę inſert, ergo poſt Chriſtum peperit ſecundum genitum, ex ſe ſe quidem opponitur communi ſanctorum Doctorum conſenſui, de vnico tantùm Virg. Mariæ genito illud catholicè interpretanti, ſed conſequentia neceſſaria deducitur, hæc eadem alteri catholicæ interpretationi oppoſita, quæ vult ſanctam ſcripturam alibi de fratribus Domini Ieſu Chriſti loquentem, intelligi de fratribus non vterinis, ſed conſanguineis, vel alia ratione attinentibus.*

DE ERRONEA.

PRopoſitio erronea hìc propriè dicitur, quæ Chriſtianæ veritati quidem catholicæ, non adhùc tamen de fide determinatę, contradicit.

CHriſtianæ veritati.) *Aliud eſt in his quæ de natura tantùm docuere Philoſophi errare, vt in Solis, ac Lunæ defectibus: aliud in quæſtionibus Theologicis, quæ ad Chriſtianam pertinent diſciplinam, ac hiſtoriæ ſacræ intelligentiam: vt Dei gratia, an in eſſentia, vel animę potentijs: Beatitudo, an in intellectu, vel voluntate conſiſtat: Quot annos vixerit Mathuſalem, quoto ætatis anno Salomon ſortitus ſit Regnum. Quò fit vt propoſitio erronea, de qua nos loquimur, quàm proxima ſit hæreticæ: quare poſt eam immediatè ſubiungitur.*

Veritati quidem catholicæ, non adhùc tamen de fide determinatæ.) *Aliud eſſe veritatem Catholicam, quæ non ſit de fide determinata: Aliud verò quæ inſuper ſit determinata de fide ex Conc. Conſtan. facilè deducere poſſumus: Dum in reprobandis Io. Vuicl. Articulis, alios decernit hæreticos, alios non hæreticos, ſed erroneos. Ecce non omnes articulos non Catholicos, dijudicat hæreticos, ſed alios hæreticos, alios erroneos: Ex quo duplicem inferre neceſſe eſt Catholicã veritatem: Alteram, quæ ſit de fide determinata, cuius oppoſitum cenſeatur hæreticum: Alteram, quæ non ſit adhuc de fide determinata, cuius oppoſitum ſolummodo cenſeatur erroneum. Quarum veritatum diſcrimen Auguſtinus commemorat, dum contra Pelag. & Cæl. lib. 2. cap. 23. diſputans, Alias de fide, Alias præter fidem inquit eſſe queſtiones, atque in his, quas ſalua fide ignorare poſſumus, ſine aliquo hæretico dogmatis crimine nos etiam poſſe errare. Vt vbi ſit Paradiſus, in quo primum hominem poſuit Deus: vbi nunc morentur Enoch, & Elias, quos viuere non dubitamus. Quare ſi Iſidori veritas, (quòd Paradiſus ille ſit in Orientis partibus) eſſet Cath. veritas, vt Doctorum omnium concurſus in eam iret ſententiam, quemadmodum D. Tho. aſſeruit eſſe credendum, quòd Orientis pars ſit cęleſtium partium nobiliſſima, tùnc oppoſitum procul dubio eſſet erroneum: Itidem ſi veritas eſſet Cath. quòd Enoch cum Elia in eodem Paradiſo ageret vitam, in quo creditur inquit D. Tho. uſque ad Antichriſti aduentum ambos eſſe victuros: oppoſitum quoque eſſet erroneum: Neutrum tamen auſim dicere hæreticum quia etiam ſi veritates illæ eſſent cath. dummodo non ſint determinatæ de fide, de hæreſi non conuincunt. Quòd verò propoſitio erronea ea quoque dicatur, quæ ſit fidei veritati contraria ab eo ignoratę qui propoſitionem ipſam protulerit, dijudicare non eſt Theologorum, qui propoſitiones materiatas, vel in inſcriptis redactas qualificare intendunt, ſed prudentum Iudicum, qui ex perſonarum, locorum, temporum circunſtantijs animum proferentis conſiderant; Exemplum eſt, vt hæc aſſertio.*

Tenentes B. M. Virginem cum originali peccato, aut ſine eo conceptam fuiſſe, hæreſis crimen, aut peccatum mortale incurrunt.

Erronea eſt definita à Sixto 4. in ſua extrau. Graue nimis, & ſub

pęna

pęna excom. latæ ſent. reprobata; cùm nondum (inquit ille) ſit hoc à Ro. Eccleſia, & Apoſtolica ſede deciſum: quas conſtit. Sixti 4. obſeruandas eſſe ſub pęnis in eis contentis quas innouat, declarat Conc. Trid. Seſſ. 5.

In exemplum etiam referri poſſunt aliqua, quibus hæretici in eorum prauum ſenſum ſacra detorquent eloquia, vt,

Iob vult hominibus fortunam eſſe ex Dei Prouidentia, non ex eorum meritis.

Erronea propoſitio: quia multi referuntur in ſacris litteris bona temporalia recepiſſe à Deo ob eorum merita. Et hoc etiam Iob falsò attribuitur cap. 3.

Veſtis nuptialis fides.

Erronea propoſitio, quòd tribuat fidei, quod eſt charitatis. Nec hoc Matt. 22. exprimitur, vnde deducitur.

Chriſtianus non debet litem intendere proximo.

Iniuriæ, & damna Chriſtianis ferenda.

Erroneæ propoſitiones; quia charitatis eſt, in ſui, ſuorumq; neceßitatem ſuā redimere vexationem, nec ſenſus ille eſt Apoſtoli 1. Cor. 4. Vnde hæc extorquentur.

In his igitur & alijs plurimis cauendę ſunt huiuſmodi latentes detorſiones.

DE SAPIENTE HAER.

PRopoſitio, ſapere hæreſim hìc propriè dicitur, quæ prima verborum ſignificatione, quam uerba ipſa pręſeferunt, ſenſum habet hæreticum; quamuis piè intellecta poſsit habere catholicum.

SApere hæreſim.) *Quemadmodum hæreſis alia manifeſta dicitur, quę articulis fidei notorijs, quos omnes ſcire debent, contradicit:*

 alia

alia non item, quæ credibilibus, non niſi ſapientibus manifeſtis, opponitur: ita ſapere hæreſim, Propoſitio alia manifeſtè dicitur alia non manifeſtè: vt hæc.

Dei filius pati non potuit.

Sapit hæreſim, & quidem manifeſtam, quia prima facie opponitur articulo notorio (paſſus ſub Pontio Pilato) licèt ſi piè exponatur, in diuinitate ipſa filius Dei pati non potuerit. Hęc verò.

Chriſtus, eſt Creatura.

Et ipſa prima facie hæreſim quidem ſapit, ſed illis certè manifeſtã, qui eam fętorem hunc ab Arrio traxiſſe norunt, non niſi creaturam conſubſtantialem Dei filium confitente: at piè quo ad humanitatem intelligendo Sophonius ſyn.6. Io. Damaſc. Act. 11. lib. 3. & Hieronymus in Iſaiæ 45. (creaturæ nomen) in Chriſto non abhorrent.

Signum Propo. agnoſcendæ, quæ hæreſim ſapit.

Senſum habet hęreticum.) *vt clariùs innoteſcat ſenſus Propoſitionis hæreticus, traditur & hæc pręceptio; vt ex ipſa, & veris quibuſdam poſitis, quæ nulla tergiuerſatione negari poſſint, ſequatur hæreſis manifeſta. Priori quidẽ exemplo hoc appoſito vero, quod negari non poteſt (quòd Dei filius eſt homo) hæreſis ſequitur manifeſta, quòd ſic pati non potuerit. Poſteriori itidem, hoc addito vero (quòd Chriſtus eſt ipſe Deus) ſequitur altera hæreſis manifeſta, quòd ſic eſt creatura.*

Poſſumus & hùc aliqua in exemplum ex his referre quibus recentes hæretici ſacram ſcripturam aſperſerunt.

Sacrificia priuata prohibenda.

Sapit hæreſim, quia prima fronte oblationes, & miſſas priuatas tollit, licèt piè ad ſacrificia vetera relata catholicum recipiat ſenſum.

Statuæ ſubuertendæ.

Imagines quæ adorentur non faciendæ.

Sapiunt hæreſim: prima ſiquidẽ facie in hæreticorũ ſenſum extortę ſanctorum deſtruunt imagines, ac earum venerationes; licèt de Idolis piè intelligi poſſint, ac de adoratione latrię, quæ ſoli competit Deo.

Verbo Dei nihil addendum.

Verbum Dei ſolùm faciendum.

Sapiunt hæreſim: quia prima facie ex his inſerunt hæretici nihil faciendum, nihilq; docendum quod in ſacris litteris non ſit expreſſum: licèt

licèt (verbum Dei) ſi piè intelligantur, ad Eccleſia, & ſanctorum Doctrinam extendi poßit.

Propter promißiones ſuas ſaluat Deus.

In ſolo Deo ſperandum, qui ſolus ſaluat propter ſe ipſum.

Beneficia Dei tribuenda verbo, promiſſioni, voluntati eius.

Hæc, & huiuſmodi ex ſacris litteris in prauum ſenſum more hæreticorum detorta ſapiunt hæreſim, inquantum tollunt omnia hominum merita licèt Deo principalitèr attributa ſenſum recipiant Cath. Quare in his prudenter, ac ſolerter cauendus eſt anguis, qui latet ſub herba.

DE MALE SONANTE.

PRopoſitio malè ſonare, ac pias aures offendere, hìc ꝓpriè dicitur, q̄ etſi guſtui nihil hęreticū ſapiat, auditui tamē aliquid abſurdū reſonat, quod pias aures offendat.

ET ſi Guſtui nihil hęreticum ſapiat.) *cùm ſenſus Guſtus pinguior, & craßior ſit, Auditus verò ſubtilior, atque acutior, multò grauius eſſe debet, quod Guſtui hæreſim ſapiat, q̄ quod Auditui ſonet abſurdū: quò fit, vt quædam etiam leuiora malè ſonare poſſint, ac pias offendere aures, quę guſtui tamen nihil hæreticū ſapiant, ut huiuſmodi.*

Plures ſaluantur Romæ ex coniugatis quàm ex Clericis.

Leguminibus, & Piſcibus, venter inflatur, & ad concubitum redditur aptior.

In quibus etſi nihil erroris notari poßit, quod hæreſim ſapiat: Abſonum tamen, & abſurdum neſcio quid in eis auditur, quod pias, & religioſas aures offendat, ac ſępe, vt mox dicetur, etiā ſcandalū pariat.

DE SCANDALOSA.

PRopoſitio ſcandaloſa hìc propriè dicitur, quæ malè ſonans, ac pias aures offendens

dens præbeat inſuper auditoribus ipſis occaſionem ruinę.

VT ſi quis ex infirmioribus præmiſſas audiens propoſitiones, quodammodo perſtringatur, percutiatur, torqueatur, ac inde occaſionem ſumat, vt ſit in poſterum in Prælatos eccleſiaſticos malè affectus, vt delectum ciborum non curet, ac Gymnaſia litterarum ſpernat. Itidē ſi quis minùs prudenter coram populo, ac vulgari plebe recenſere vellet ſacramentalis confeßionis incōmoda, Religioſorum abuſus, peccatum originis, quod beata Virgo à primo parente contraxit, quàm ſit ineptum pro oratione Dominica offerre ſalutationem Virg. poſſet forſan in populo tantam inferre ruinam, vt à ſacramentali confeßione abſtinerent, Religiones ſanctas abhorrerent, ac beatam Virg. Dei omnipotentis genetricem minùs, quàm æquum ſit, venerarentur.

DE TEMERARIA.

PRopoſitio temeraria, hic propriè dicitur, quæ abſque auctoritate inſolenter, & audacter contra Eccleſiaſticam modeſtiam aſſeritur.

POſt iàm præfatas propoſitiones hanc temerariam ſubijcimus, quia fieri poteſt, vt aliqua propoſitio non pro hæretica, non pro erronea, non pro hæreſim ſapiente, vel malè ſonante habeatur, quę tamen ſine delectu, ſine conſilio, ſine ratione, adeò audacter proferatur, vt de temeritate notetur; vt ſi quis hæc, & huiuſmodi effutire audeat.

Antichriſti diſcipul: apparebunt per vniuerſum orbem die Pentecoſtes Ann. D. 1360.

Temerarium pronunciatum Bartholomei Ianoueſij.

An. ab Incarnatione D. 1335. finietur Mundus. Temerariè prædixit Arnoldus à Villanoua.

Hęc, quę proferuntur ex impetu voluntatis, & contemptu Regu-

l.a

là dirigentis, poſſunt de temeritate notari. Interdum tamen ab ea liberabuntur, ſi ex ſalutis zelo modeſtè proferantur, ſi aliquam veriſimilitudinem habeant ſi piam in audientes, aut legentes afferant vtilitatem: qualia ſunt multa, quæ viri contemplationi dediti, geſta fuiſſe veriſimiliter imaginantur.

De cæteris verò propoſitionibus, quæ ad Inq. violatæ Religionis, aliquo modo ſpectare videntur, adeò luculenter pertractauit Alfonſus à Caſtro ac exemplis illuſtrauit: vt libuerit nobis, hìc verba ipſius atq; exempla inſerere, præcipuè cum hæc perſpicua ſint, & cuique per ſe ſatis expoſita.

DE SCHISMATICA.

PRopoſitio ſchiſmatica, & ſeditioſa, eſt quæ vnionem membrorum Eccleſiæ, aut vniuerſaliter, aut particulariter quomodolibet tollit.

CVIuſmodi ſunt hæ propoſitiones, quæ ſequuntur.
Epiſcopus non eſt ſimplici ſacerdote ſuperior.
Papa non eſt ſuperior cæteris Epiſcopis.
Malo prælato non eſt obediendum.
Per peccatum mortale omnis poteſtas amittitur.
Subditi poſſunt Dominos ſuos cum aliquod crimen commiſerint, pro libito ſuo corrigere.

DE INIVRIOSA.

PRopoſitio iniurioſa eſt, quæ alicui fidelium ſtatui, vel alicui illuſtri perſonæ detrahit.

Tales

Deſ. Eraſmus quã pluresſuis prodidit monumẽtis propo. iniurioſas in Eccleſiæ Rom. Prælatos.

TAles ſunt multæ aſſertiones Ioannis Vuicl. & Ioan. Hus, quæ in Concilio Conſtantienſi Seſſione octaua, & quintadecima damnatæ ſunt. E quibus ſunt iſtæ, quę ſequuntur.

Si quis ingreditur Religionem priuatam qualemcunque, tàm poſſeſſionatorum, quàm mendicantium, redditur ineptior, & inhabilior ad obſeruantiam mandatorum Dei.

Religioſi viuentes in Religionibus priuatis, non ſunt de Religione Chriſtiana.

Omnes de ordine mendicantium ſunt hæretici, & dantes eis eleemoſynas ſunt excommunicati.

Eccleſia Romana eſt ſynagoga ſathanæ.

Papa eſt Antichriſtus.

Cardinales ſunt miniſtri Antichriſti:

Omnes iſtæ propoſitiones, ſunt iniurioſæ, eò quòd apertiſſimas ſtatibus, aut illuſtribus perſonis inferunt iniurias. Cum iam de omni genere propoſitionum damnabilium diſſeruerim, operepretium fore exiſtimaui admonere lectorem, ne iſta propoſitionum genera ſic putet eſſe ab inuicem diſtincta, & ſeparata, vt vni, & eidem aſſertioni conuenire non poſsint. Poteſt ſiquidem eadem aſſertio multis ex his, quas modò explicuimus, notis maculari. Nam hæc Propoſitio, quæ eſt vna ex peſtiferis Ioannis Vuicleſi aſſertionibus:

Religioſi viuentes in Religionibus priuatis non ſunt de Religione Chriſtiana.

Eſt hæretica, Scandaloſa, Temeraria, Schiſmatica, & Iniurioſa. Hæretica; quia contra vniuerſalis eccleſiæ diſſinitionem ſentit. Scandaloſa; quia homines ab ingreſſu Religionum auertit. Temeraria; quia nulla prorſus ratione, aut authoritate fulcitur: ſed omnium Sanctorum virorum turbę, contradicit. Schiſmatica; quia Eccleſię vnitatem diuidit, cum Religioſos ab illa ſeparet. Quòd autem omnibus Religionibus, & illarum Religioſis ſit iniurioſa, adeò eſt apertum, vt nullus meritò dubitare poſſit. Hæc Alſ. Caſt. De Iuſta hęr. pun. lib. 1. cap. 3.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LIBER TERTIVS DE HAERETICORVM

ſectis, Origine, temporibus, atque inſtitutis ex veterum, ac recentium Authorum monumentis.

AD LECTOREM.

MEMINERIT cordatus Lector dogmatum hęreticorum, quę in ſecundo Libro recenſuimus, vt ſi quando tertium hunc legenti his ſibi fuerit opus, eundem conſulere poſsit. In hoc.n. ea nobis cura præcipua fuit, ex varijs membris paſsim, & confusè ſparſis breuiter in vnum colligere quæ ad hæreticorum ſectas, origines, tempora, ac inſtituta pertinent: vt ex D. Hieronymi ſententia, ad ſuam reuocatæ originem confutentur hæreſes. Quibus & conciliorum adiungitur ordo, & ſeries, vt eorum authoritate iam omnium conſpectu eędem prorsùs damnatę exiſtant. Vale.

HAERETICI, SEV IDOLOLATRAE ſub Iſraelitis iudicibus, Regibus, ac ſacerdotibus emerſi.

1. *Aſtaritæ & Aſtharothitæ.*
2. *Baalitæ, ſeu Belitæ.*
3. *Eſſæi, ſiue Eſſeni.*
4. *Fortunatitæ.*
5. *Eliognoſtici.*
6. *Hemerobaptiſtæ.*
7. *Molochitæ.*
8. *Muſoritæ.*
9. *Muſcaronitæ.*
10. *Ophitæ.*
11. *Phariſæi.*
12. *Phitoniſſæ.*
13. *Puteoritæ.*
14. *Ranatitæ.*
15. *Saducæi.*
16. *Samaritani.*
17. *Serpenticolæ.*
18. *Tophetitæ.*
19. *Troglditæ.*
20. *Vitulicolę.*

HAERETICI SVB PONTIFICIBVS Romanis, atque Imperatoribus emerſi per centurias digeſti.

Anni Chriſti nati.	*CENTVRIA I.*
40	*Thebutes, à quo Thebutiani.*
51	*Cleobius, à quo Cleobiani.*
52	*Doſitheus, à quo Doſitheani.*
53	*Gorthæus, à quo Gorthæani.*
55	*Maſbotheus, à quo Maſbotheni.*

	Anni Chriſti nati.
Simon Magus, à quo Simoniani.	55
Hymenæus.	56
Alexander Aerarius.	56
Philetus.	56
Cerinthus, à quo Cerinthiani.	69
Diotrephes.	70
Ebion, à quo Ebionitæ.	80

Menan-

Anni Chriſti nati.			Anni Chriſti nati.
80	*Menander, à quo Menandriani.*	*Marcion, à quo Marcioniſtæ.*	155
83	*Nicolaus Antiochenus aduena, à quo Nicolaitæ.*	*Lucianus, à quo Lucianiſtæ.*	156
		Caiani.	159
	14. *numero.*	*Archontici.*	610
		Bardeſanes, à quo Bardeſaniſtæ.	163
	CENTVRIA II.	*Harmonius, Bardeſanę filius.*	163
118	*Saturninus vel Saturnius, à quo Saturniani.*	*Tatianus, à quo Tatiani.*	173
124	*Baſilides, à quo Baſilidiani.*	*Seuerus, à quo Seueriani.*	178
129	*Gnoſtici.*	*Encratitæ.*	178
129	*Carpocrates, à quo Carpocratiani.*	*Apelles, à quo Apellitæ.*	178
		Alogi, ſeu Alogiani.	178
129	*Borboriani.*	*Artotyritæ.*	180
130	*Chiliaſtæ.*	*Aſcodrogitæ.*	181
132	*Aquilas.*	*Montanus, à quo Montaniſtæ.*	181
133	*Nazaræi.*		
144	*Cerdon, à quo Cerdoniani.*	*Priſca & Maximilla, Mõtani prophetiſſæ.*	181
150	*Valentinus, à quo Valentiniani.*		
		Cataphrygæ.	181
159	*Ptolemæus, à quo Ptolæmeitæ.*	*Pepuzitæ, ſeu Quintilliani*	181
		Florinus & Blaſtus.	182
150	*Secundus, à quo Secundiani.*	*Paſchatitæ, ſeu Quatuordecimani, ſiue Teſſareſcedecatitæ.*	182
150	*Baſſus.*		
152	*Colorboſus, à quo Colorboſiani.*	*Theodotion, Bibliorum interpres.*	193
154	*Heracleo, à quo Heracleonitæ.*	*Adamiani.*	194
		Sampſęi.	195
155	*Marcus, à quo Marcitæ.*	*Symmachus Ebionita, Bi-*	169

Anni Chriſti nati.

bliorum interpres.

198 *Valeſij*.

199 *Angelici*.

199 *Apoſtolici*.

42. *numero*.

CENTVRIA III.

200 AMmonius Alexandrinus, Origenis præceptor.

207 Origenes, à quo Origeniſtæ, ſeu Origeniani.

207 *Arabici*.

207 *Proculus*.

214 *Beryllus*, Boſtrenæ vrbis in Arabia epiſcopus.

221 *Artemon*.

221 *Theodotus*, à quo Theodotiani.

221 *Metangiſmonitæ*.

221 *Aſclepiadotus*, à quo Aſclepiadotæi.

225 *Porphyrius*, à quo Porphyriani.

228 *Tertullianus*, à quo Tertullianiſtæ.

239 *Elcheſæi*, ſeu Elcheſaitę.

240 *Melchiſedechiani*.

250 *Nouatus*, à quo Nouatiani.

Anni Chriſti nati.

Agrippinus, à quo Agrippiniani. 259

Noetus, à quo Noetiani. 260

Sabellius, à quo Sabelliani. 260

Patropaſſiani. 260

Praxeas. 260

Hermogenes. 260

Nepos, Aegyptius epiſcopus. 270

Paulus Samoſatenus, Antiochenus epiſcopus, à quo Paulianiſtę. 273

Buddas, Manichæi præceptor. 273

Manes, à quo Manichæi. 273

Addam & Thomas, Manichæi diſcipuli. 273

Apocaritæ. 279

Cathariali, ſeu Cathariſte. 279

Dicartitę. 279

Hierarcha, à quo Hierarchitæ. 279

Brachitę. 280

Abſtinentes. 289

31. *numero*.

CENTVRIA IIII.

MEletius, à quo Meletiani. 311

Licinius Imperator. 312

Ale-

Anni Chriſti nati.	
315	*Alexander Baucalis: preſbyter Alexandrinus, Arrianę hæreſis fons & origo.*
315	*Arrius, à quo Arriani.*
315	*Colluthus, à quo Colluthiani.*
315	*Euſebius Nicomedienſis epiſcopus.*
315	*Euzoius, Arrij ſodalis intimus.*
315	*Menas, Diaconus Alexandrinæ eccleſiæ.*
316	*Menophantus, Epheſinus epiſcopus.*
320	*Achillas Alexandrinus epiſcopus.*
320	*Euſtathius Sebaſtienſis epiſcopus.*
325	*Georgiani.*
328	*Theognis, Nicenus epiſcopus.*
328	*Secundus, Ptolemaidis epiſcopus.*
328	*Maris, Chalcedonenſis epiſcopus.*
339	*Theonas, Marmaricæ epiſcopus.*
339	*Aſterius ſophiſta.*
340	*Conſtantius Imperator.*
340	*Auxentius, Mediolanenſis epiſcopus.*

	Anni Chriſti nati.
Marcellus, Ancyranus epiſcopus, à quo Marcelliani.	340
Quintianus, Gazeorum epiſcopus.	342
Aërius, à quo Aëriani.	342
Valens, Murſię: & Vrſicius, Singidonis in Pannonia epiſcopi.	343
Narciſſus, Neroniadis epiſcopus.	344
Aceſius, Nouatianorum epiſcopus.	346
Coſmiani.	350
Photinus, Sirmienſis epiſcopus.	350
Stephanus, Antiochenus epiſcopus.	350
Circuitores.	351
Balatius.	352
Semiarriani.	357
Acacius, Cæſareenſis Epiſcopus.	357
Euſebius, Archieunuchus Conſtantij Imperatoris.	357
Donatus, à quo Donatiſtæ.	358
Lucilla, donati adiutrix.	358
Maiorinus.	358
Creſconius.	358
Bonoſiaci.	358
Aſſuritani.	358
Eunomius, à quo Eunomiani.	358

Anomi,

Anni Chriſti nati.

358 Anomi, ſeu Anomæi.

358 Georgius, Alexandriȩ epi
ſcopus.

358 Georgius, Laodicenſis epi-
ſcopus.

359 Macedonius, à quo Mace-
doniani.

359 Pneumatomachi.

359 Sabinus, Heracleæ epiſcop.

360 Marathonius, Nicomedien
ſis epiſcopus.

360 Fortunatianus, Aquile-
gienſis epiſcopus.

363 Aëtius, à quo Aëtiani.

363 Serras.

365 Iulianus Apoſtata Impe-
rator.

365 Heron apoſtata cum nonnul
lis aliis eiuſdem perfidiæ.

365 Lucifer, Caracalitanus epi
ſcopus, à quo Luciferiani.

365 Campates.

365 Ecebolus ſophiſta.

367 Dadoes, Sabbas, Hermias,
& Simeones, duces Maſ-
ſalianorum.

368 Theophronius.

368 Eupſychius, à quo Eupſy-
chiani.

368 Adelphius.

368 Agnoetę.

368 Sataniſtæ, vel Satanici.

Anni Chriſti nati.

Dimophilus, Conſtantino-
politanus epiſcopus. 368

Eudoxius, Germanicien-
ſis epiſcopus. 370

Airas, à quo Airani.

Apollinares, pater, & fi- 377
lius, à quibus Apollina- 377
riſtæ.

Dimæritæ.

Timotheus, Apollinarium 377
diſcipulus. 377

Vitalis, Antiochenus epi
ſcopus. 378

Valens Imperator.

Gotthi. 378

Lucius, Alexandrinus e- 378
piſcopus. 378

Seleucus, & Hermias, à
quibus Seleuciani Hermi 378
niani.

Audæus, à quo Audæani. 380

Maſſaliani, qui & Euthu-
ſiaſtæ, ſiue Euchitæ. 380

Amantius, ſanctiſſimæ Tri
nitatis oppugnator. 381

Proclianitæ. 382

Iuſtina, Valentiniani Im
peratoris mater. 388

Priſcillianus, Abilæ ciui-
tatis Hiſpaniæ epiſcopus. 388

Parmenianus, Carthagi- 389
nenſis epiſcopus, à quo

Par-

Anni Chriſti nati.

Parmenianiſtæ.
395 *Marinus, ſectæ Arrianæ*
apud Conſtantinopolim
epiſcopus.
395 *Iouinianus.*
395 *Eluidius.*
395 *Agapetę.*
395 *Antidicomarianitę.*
395 *Collyridiani.*
395 *Fęlicianus.*
395 *Antropomorphitæ, ſeu Va*
diani.
395 *Dorotheus, ſectæ Arria-*
nę præfectus.
396 *Eleuſius, Cyzicenus epiſco*
ſcopus.
398 *Lucianus, Conſtantinopo-*
litanus epiſcopus.
399 *Sabbatius, à quo Sabba-*
tiani.

91. numero.

CENTVRIA V.

400 CRiſpinus, Calamenſis
epiſcopus.
400 *Emeritus, Cæſareenſis epi*
ſcopus.
400 *Hilarius.*
400 *Fulgentius.*
402 *Vigilantius.*
405 *Secundinus.*

Anni Chriſti nati

Pelagius, à quo Pelagiani.
Gaudentius. 405
Cæleſtius, à quo Cæleſtiani 405
Annianus. 405
Gainas. 405
Fortunatus. 405
Iulianus, Capuanus epiſco 405
pus.
Felix Manichæus. 405
Maximinus, Arrianę ſe- 405
ctæ præfectus.
Fauſtus Manichæus. 407
Abelonij, ſeu Abelonitæ. 407
Paſcentius. 409
Prædeſtinati. 414
Petilianus. 415
Neſtorius Conſtantinopo- 427
litanus epiſcopus, à quo
Neſtoriani.
Genſericus, Aphricæ Rex 427
Barbas, Antiochenus epi- 427
ſcopus.
Siſinius, Nouatianorum 428
apud Conſtantinopolim
miniſter. 430
Ablabius. 435
Moſes falſus in Creta. 443
Eutyches, à quo Euty-
chiani. 453
Dioſcorus, Alexandrinus
epiſcopus, à quo Dioſco-
riani.

Timo-

Anni Chriſti nati.

460 *Timotheus Ælurus, violentus epiſcopatus Alexandrini occupator.*
476 *Flauitas, Conſtantinopolitanus epiſcopus.*
476 *Petrus Cnaphæus, Antiochenus epiſcopus.*
476 *Anthimus, Conſtantinopolitanus epiſcopus.*
476 *Theodorus, Mopſueſtienſis epiſcopus.*
476 *Zeno Imperator.*
476 *Honoricus, Vuandalorum Rex.*
476 *Gainus, à quo Gainitæ.*
476 *Ibas, Ediſſenus epiſcopus.*
485 *Theodericus, Oſtrogotthorum Rex.*
493 *Anaſtaſius Dicoros Imperator.*
493 *Deuterius, Arrianorum epiſcopus Baptiſmi verborum præuaricator.*
494 *Seuerus Antiochenus epiſcopus.*
494 *Acephali.*
494 *Angelitæ.*
495 *Xenaias, Hierapolitanus epiſcopus.*
499 *Ioannes Philoponus, Alexandrinus Grammaticus.*

45. *numero.*

CENTVRIA VI.

Olipius, Carthaginenſis epiſcopus. 505
Monophyſitæ, ſeu Theopaſchitæ. 517
Aphthartodocitæ. 536
Syrus Alexandrinus. 540
Macarius Antiochenus epiſcopus. 559
Iacobitæ. 584
Cononitæ. 584
Contobalditæ. 584
Theodoſius, à quo Theodoſiani. 592
Tetraditæ. 599

10. *numero.*

CENTVRIA VII.

Iulianus Halicarnaſſeus. 604
Sergius, Conſtantinopolitanus epiſcopus. 604
Bayras. 614
Sergius Pſeudomonachus. 630
Mahometes Pſeudopropheta. 630
Armeni. 640
Chazinzarij. 640
Conſtans, Conſtantini tertij filius Imperator. 643
Agareni. 650

Agin-

Anni Chriſti nati.

Anni Chriſti nati.

694 *Aginnenſes.*
699 *Maronitæ.*

11. *numero.*

CENTVRIA VIII.

719 *Iconoclaſtæ, ſeu Iconomachi, id eſt, diuorum imaginum ruptores.*
719 *Leo tertius huius nominis Imperator.*
743 *Conſtantinus quintus huius nominis Imperator.*
778 *Leo quartus huius nominis Imperator.*
783 *Conſtantinus ſextus huius nominis Imperator.*
783 *Fælix quidam.*
796 *Baiolenſes & Concordenſes.*
796 *Albanenſes.*

8. *numero.*

Hæreticorum interregnum, hoc eſt, Eccleſiæ ab hæreticis infeſtationibus quies & ceſſatio, per ducentorum annorum ſpatium & vltra, ſub initium tranſlati Imperij ad Germanos: ab anno videlicet 800. *quò Carolus meritò Magnus dictus, regnare cœpit, vſque ad* 1000. *& vltrà, donec ſub Henrici tertij Imperio, Berengarius diaconus Andegauanus in Gallia erupit, circa annũ* 1048. *Quod ſanè Dei optim. maxi. gratia & fauore, atque ſapientum principum ſedulitate ac diligentia, in Deumq; & Chriſtianam religionem propenſa ſinceritate atque flagranti dilectione, contigiſſe nemo dubitauerit, qui eorundem principum hiſtorias diligenter perlegerit. Sed hæc obiter, Nunc ad noſtrorum hæreticorum ſeriem redeundum.*

Anni Chriſti nati.

CENTVRIA IX.

Berengarius, Diaconus Andegauanus. 519

1. *numero.*

CENTVRIA X.

Durandus de Vualdach. 450
Marſilius. 450
Tandemus. 443

Anni Christi nati.

1124 *Petrus de Bruis.*
1128 *Henricus, à quo Henriciani.*
1140 *Arnaldus, à quo Arnaldiſtę.*
1143 *Petrus Abailardus.*
1147 *Gilbertus Porretanus, Pictauenſis epiſcopus.*
1160 *Pauperes de Lugduno, ſiue Vualdenſes.*
1160 *Inſabbatati.*
1179 *Bogomiles.*
1195 *Ioachimus abbas.*
1199 *Petrus Ioannis.*

13. *numero.*

CENTVRIA XI.

1200 A*lbigenſes vel Albigiſæi.*
1204 *Almaricus, Pariſienſis Doctor.*
1204 *Dauid Dinantius.*
1250 *Guilhelmus de ſancto Amore.*
1260 *Raymundus Lullius.*
1260 *Deſiderius Longobardus.*
1273 *Flagellantes.*
1297 *Hermanus Italus.*

8. *numero.*

CENTVRIA XII.

Anni Christi nati.

F*ratricelli.* 1304
Dulcinus, à quo Dulciniſtę. 1309
Barlaamus & Acindynus. 1313
Iacobus Iuſti. 1314
Bononatus. 1314
Beguardi & Beguinæ. 1314
Ioannes de Poliaco. 1323
Adamitæ in Bohemia exorti. 1346
Ioannes Vuicleffus. 1352
Claudius, Taurinenſis epiſcopus. 1352
Lamperiani. 1353
Armacanus. 13c0
Lollardi. 1360
Bartholomæus Ianoueſius. 1363
Turilupini. 1372

16. *numero.*

CENTVRIA XIII.

I*acobellus.* 1410
Petrus Dreſenſis. 1410
Thaboritæ. 1411
Ioannes de Ziſcha. 1411
Procopius. 1411
Barbara, Sigiſmundi Imperatoris vxor. 1412

Ioannes

Anni Chriſti nati.	
1412	*Joannes Roatius.*
1412	*Ioannes Monachus, Præmonſtratenſis ordinis.*
1413	*Ioannes Huſs, à quo Huſsitæ.*
1414	*Pikardi.*
1418	*Hieronymus Pragenſis.*
1418	*Orebitæ.*
1420	*Bedricus.*
1430	*Orphani.*
1434	*Ioannes de Rocſeſana.*
1499	*Nicolaus Galecus.*
	Hermanus Riſſuich.

17. *numero.*

CENTVRIA XIII.

Anni Chriſti nati.	
1517	MArtinus Lutherus, à quo Lutherani.
1523	*Jacobus præpoſiti.*
1524	*Thomas Muntzerus, à quo Muntzeriti.*
1525	*Ioannes Oecolampadius.*
1525	*Andreas Carolſtadius.*
1525	*Quintinus, à quo Quintiniſtæ.*
1525	*Vldrichus Zuinglius, à quo Zuingliani.*
1527	*Georgius Dauid, ſiue Dauid Georgius.*
1529	*Chriſtophorus Schaplerus.*
1529	*Vergerius.*
1530	*Philippus Melanchthon, à quo Melanchthonici.*
1530	*Martinus Bucerus.*
1533	*Ioannes Vueſtphalus.*
1534	*Balthaſar Pacimontanus.*
1534	*Joannes Caluinus, à quo Caluiniſtæ.*
1534	*Ioannes de Leiden, Anabaptiſtarum Rex.*
1536	*Ioannes Spangebergus.*
1538	*Michael Seruetus, à quo Seruetiani.*
1540	*Ioannes Brentius.*
1550	*Theodorus Beza, à quo Bezanitæ, modernos hæreticos.*
1561	*Lucas Sternbergus.*
1564	*Deiſtæ, ſeu Trinitarij.*
1566	*Ludoicus Alemani.*
1567	*Athei, ſeu Epicurei.*
1567	*Cynici.*

SECTAE NOSTRI SECVLI SVBORTAE ex Luteri Pſeudoeuangelio, è Lindano Ruræmundenſi Epiſcopo deſſumptæ.

EVangelicorum igitur, qui Euangelij iſtius noui quod iactant, doctrinam per Luterum alioſve adulteratam ſectantur, tres claſſes reperiuntur.

Videlicet, { *Luterani.* / Semiluterani. / *Antiluterani.* } Ab anno 1517. vſq; ad annũ 1577.

PRIMA EVANGELICOrum claſsis.

Luterani.

Illiricani.	1.
Maiorani.	2.
Antinomi.	3.
Mansfeldenſes.	4.
Jenenſes.	5.
Oſiandriani.	6.
Stancariani.	7.
Muſculani.	8.
Iuſtificatorij.	9.
Pſeffingeri.	10.
Paſtillarij.	11.

SECVNDA EVANGELIcorum claſsis.

Semiluterani.

Interimiſtæ.	1.
Adiaphoriſtæ.	2.
Luteroſiandriani.	3.
Luterozuingliani.	4.
Vbiquetij.	5.
Belliani.	6.
Heshuſij.	7.
Melanchthonici.	8.
Frontores.	9.
Pneumatici.	10.
Luteropapiſtæ.	11.

TERTIA EVANGElicorum claſſis.

Sacramentarij.	1.
Zuingliani.	2.
Oecolampadiani.	3.
Martyriani.	4.
Bucerani.	5.
Farelliſtę.	6.
Caluiniſtæ.	7.
Sezanitæ.	8.
Boquinij.	9.
Richerij, ſeu Marcioniſtæ.	10.
Valentiniſtæ.	11.
Seruetiani.	12.

Ala-

Anti luterani.

Alaſcani. 13.
Campaniſtæ. 14.
Hamſtedij. 15.
Suuencſeldiani. 16.
Poſtellani. 17.
Deiſtæ, ſeu Trinitarij. 18.
Antimariani. 19.
Anabaptiſtæ. 20.
Muntzerici. 21.
Apoſtolici. 22.
Nudipedes. 23.
Spirituales. 24.
Cathari. 25.
Tacentes. 26.
Euchytæ. 27.
Euthuſiaſtæ. 28.
Adamitæ, ſeu Adamiani. 29.
Mennonitę. 30.
Tibbæ. 31.
Maliapi. 32.
Liberi. 33.
Adiaphori. 34.
Hutitæ. 35.
Ambroſiani. 36.
Auguſtiniani. 37.
Melchioritę. 38.
Monaſterienſes. 39.
Clancularij. 40.
Manifeſtarij. 41.
Baculares. 42.
Scripturarij. 43.
Ollarij. 44.
Dauidgeorgiani. 45.
Batemburgici. 46.
Pacifici. 47.
Paſtoricidę. 48.
Sanguinarij. 49.
Aegidiani. 50.
Libertini. 51.
Quintiniſtæ. 52.
Antichriſtiani. 53.
Dęmoniaci. 54.
Dæmonicolæ. 55.
Epicurei, ſeu Athei. 56.

Iſtbæc eſt ergò Martini Luteri quinti Euangeliſtæ genealogia, ſeu poſteritas & ſucceſſio.

Hanc rursùs Staphylus, libro quem de Luteranorum inter ſe concordia edidit, in tres immundos ſpiritus, ſeu buſones partitur.

Nempe, { *Anabaptiſtas.*
Sacramentarios.
& Homologiſtas, ſeu Confeſſioniſtas: qui Proteſtantes eccleſiaſtæ nuncupantur. }

Primus itaque (inquit) ſpiritus immundus ſeu buſo, eſt Bernardus Rotmannus, laicus quidem ille & indoctus, filius tamen Luteri & pater Anabaptiſtarum: qui cępit anno Domini 1523. Ex eo prodiere.

Muntze-

Anabaptiſtæ.

Muntzerani.	1.
Adamitæ.	2.
Stebleri.	3.
Sabbatarij.	4.
Clancularij.	5.
Manifeſtarij.	6.
Dęmoniaci.	7.
Communiahabentes.	8.
Condormientes.	9.
Eiulantes.	10.
Georgianidauidici.	11.
Mennonitæ.	12.
Polygamiſtæ.	13.

Secundus ſpiritus immundus & buſo, eſt Carolſtadius, filius Luteri, & pater Sacramentariorum: qui cępit anno Domini 1521. *Quem poſteà Zuinglius & Caluinus ſecuti ſunt.*

Eſt autem Sacramentariorum multiplex genus. Primò, nouem ſunt Sacramentarię factiones, quas Luterus ipſe in ſua parua confeſſione de Cœna Domini, Zuinglianis impingit. Deindè ſex ſunt aliæ, quas Philippus Melanchthon, vult eſſe inter Luteranos: quemadmodùm in eius Iudicio, quod ante obitum ſuum ad Rheni electorem principem ſcripſit, & anno 1560. *Heidelbergæ editum eſt, luculenter ac perſpicuè videre licet. Communiter verò ſunt eæ quę ſequuntur.*

Sacramentarii.

Significatiui.	1.
Tropiſtæ.	2.
Energici.	3.
Arrabonarij.	4.
Adeſſenarij.	5.
Metamorphiſtæ.	6.
Iſcariotiſtæ.	7.
Neutrales ſacramentarij.	8.
Iconoclaſtæ.	9.

Tertius immundus ſpiritus, ſeu buſo, Melanchton eſt, pater Confeſſioniſtarum, filius Luteri pſeudoprophetæ, cępitque anno Domini 1530. *Quorum ſunt contrariæ claſſes.*

Primi horum ſunt Rigidi & Stoici Luterani, qui ſine vllo delectu omnes Luteri abſurditates defendunt: adeò quidem rigidè, vt nihil Luterus potuerit aliquando tam rancidum fœdumque dicere, quod illi pro ſacroſancto & puro Dei Euangelio non prædicent & tueantur. Sunt autem ij.

Rigidi Cõfeſſioniſtę.

Antinomi.	1.
Samoſatenici.	2.
Infernales.	3.
Infernales alij.	4.
Antidæmoniaci.	5.
Amſdorffiani.	6.
Antidiaphoriſtæ.	
Antoſiandrini.	8.

An-

Antizuencſeldiani. 9.
Anticaluiniani. 10.
Manuſimpoſito ij. 11.
Biſacramentales. 12.
Sacerdotales. 13.
Inuiſibiles. 14.

Secunda claſſis Confeſſioniſtarum, ea eſt, in qua ſunt Molles illi Philoſophi Theologi Vuittembergenſes, qui volunt ciuiles & manſueti, omnibusque ſuprà dictis (ſunt enim ſectarij plerique omnes ſeditioſi) cordatiores videri, & quoquo modò cum alijs ſectis pacem colere, ſicut quondàm Meletiani & Rhetorij. Dumque ex libro INTERIM *aliquantulùm ſe propiùs ad catholicos adiungere velle ſimulant, ex alijs erroribus in alios æquè fœdos, prioribusque contrarios prolabuntur, alicubi ex Manichæis Facti Pelagiani. Sunt autem ij.*

Bibliſtæ. 1.
Adiaphoriſtæ. 2.
Triſacramentales. 3.
Quadriſacramentales. 4.
Luteri caluiniani. 5.
Semioſiandrini. 6.
Maioriſtæ. 7.
Pœnitentiarij. 8.
Nouipelagiani. 9.
Syncretizantes. 10.

Molles cõfeſsioniſtæ.

Tertia confeſſioniſtarum claſſis, eſt ea in qua ſunt Extrauagantes. Qui tametſi doctrinam Auguſtanæ confeſſionis non obſcurè oppugnent, tamen greges iſtorum prophetarum ſub Auguſtanæ confeſſionis prætextu, ſe pro Luteranis gerunt, idque propter authoritatem principum, qui eidem Confeſſioni nomen ſuum dederunt: re ipſa tamen longiùs vagantur à placitis Luteri, quàm cætera turba Confeſſioniſtarum. Sunt autem ij.

Suencfeldiani. 1.
Oſiandrini. 2.
Stancariani. 3.
Antiſtancariani. 4.
Noui Pelagiani. 5.
Noui Manichæi. 6.
Manichæi & Marcioniſtæ Caluiniani. 7.

Extrauagantes cõfeſsioniſtæ.

Hæ porrò ſectæ, generali appellatione, his nomenclaturis vulgò nuncupantur.

Hugoniſtæ. 1.
Euangelici. 2.
Sacramentarij. 3.
Sectarij. 4.

Hæreticorũ noſtri têpo-

Idolo-

risvulgaris appellatio.

- *Idololatræ hæretici.* 5.
- *Cacangeli.* 6.
- *Saniſtæ.* 7.
- *Falſi prophetæ, ſeu pſeudoapoſtoli. De his vide locis ſuis.* 8.

Hæc eſt ergò Martini Luteri, omnium recentiorum hæreticorum patris, origo & ſucceſſio: quam quò ad viuum magis cordatus lector contemplari poſſit, viuaciusque, atque tenaciùs ſuæ menti infigere, hanc tabella depictam ob omnium oculos ponere oporæprecium duximus.

INDICES, QVOS NOS PRÆMISIMVS,
& Idololatrarum qui antechriſtum natum ſub Iudicibus, Regibus,
& ſacerdotibus diuerſis temporibus emerſerunt: & ſucceſſionis hæreticorum, qui à Chriſto nato ipſius Eccleſiæ doctrinis falſis inſultarunt: & noſtri ſæculi ſectarum ex Luteri pſeudoeuangelio natarum,
ex Gabriele Prateolo Marcoſſio
deſſumpti ſunt.

DE SECTIS HAERETICORVM.

A

ABELONII, ſiue Abelani, vel Abelanitę ab Abele filio Adæ dicuntur, quorum hęreſim quandam ruſticanam in agro Hipponen. ortam fuiſſe teſtatur Auguſt. lib. de hęr. Papę Innocentij, Theodoſij, & Archadij Imper. temp. an. D. 407. Horum autem hęreſis, qua coniugia contemnebant ſuperſtitioſo quodam continentię prætextu, paulatim euanuit, quia admoniti ad gremium Eccleſię redierunt.

ABLABIVS Nouatianorum in Nicena vrbe Epiſcopus orator quidem nobiliſs. ſed Troili Sophiſtę auditor Sophiſticam profeſſus, & Nouatianorum hęreticorum fautor effectus damnatus fuit Papę Cęleſtini, & Theodoſij Iunioris Imper. temp. ann. D. 430. auth. Niceph. Eccl. hiſt. lib. 14. c. 13.

ABSTINENTES in Hiſpania, & Aquitania viguerunt, atque inſanientes cum Manichęis reprobatis abierunt, Papa Marcellini, & Diocletiani, ac Maximiani Imp. temp. an. D. 289. Philaſtrio authore.

ACACIVS Cęſarien. Epiſc. non noui, vel proprij inuentor erroris (vt diſt. 24. q. 1. dicitur,) ſed Arriano facinori ſe immiſcens, in eandem iuſta lance incidit ſententiam, quam cum ſuis ſucceſſoribus ſuſceperat auctor erroris. Papæ Liberij, & Conſtantini Imp. temp. an. D. 357. auth. Niceph. l. 9. c 44.

ACEPHALI ſiue Acephalitę licèt ſine capite dicantur, quòd ſimul exorti Symmachi papę, & Anaſtaſij Imp. temp. an. D. 494. à nullo originem trahant: Eorum tamen ducem fuiſſe ſeuerum quendam Antiochenum, refert Nicephorus, hiſt. Eccl.

lib.c.14.Hi Chalcedon. Concilio cum Eutychete, Dioſcoro & Manichęis oppugnantes, cum eis diſt. 15.c.veniunt damnati.

ACESIVS Nouatianorum Epiſcopus. Papæ Iulij,& Conſtantij Imp. temp. ann. D. 346. ad conc. Nicęnum euocatus à conc.Nicęno cum ſuis, & Nouati erroribus fuit reiectus. inſinuat Nicephorus lib. 8.cap.20.

ACHILLAS Epiſcopus quidem Alexandrinus fuit papę Sylueſtri, & Conſtantini magni Imp. temp an D 320. ſed hæreſeos lepra Arrianæ infectus diuina iuſtitia à Præſulatu expulſus, cum ipſo Arrio noctu diuque contra Chriſtum, & eius Eccleſiam agendo prauis libidinibus exercebatur. Nicephorus lib 8. cap. 5.7.8.

ADAMAEI, ſiue Adamiani, vel Adamitę à quodam Adam viuente appellati ludibrij magis,quàm veritatis dogma habentes, nudi veluti ex Matre tùm viri, tùm fœminę ſimul conueniebant, & aggregabantur Victoris papæ, & Aelij Pertinacis Imp temp.an D. 194. Tandem eorum Poſteri nudi curſitantes per Hollandiam tàm fuere inſani Capitis,ut conſcenſis arboribus nudi cœleſtem panem fruſtrà expectantes in terram deciderint Semineces, ait Lindanus. Dubit, dial. 2. Hanc porrò hęreſim renouarunt

ADAMVS Paſtoris cognomine, & alij ſecta Anabaptiſtę ab Emulata Adę nuditate Adamitarum ſibi nomen mutuantes, qui à Pichardo quodam ex Gallia Belgica profecto orti ſunt Maximi papę, & Sigiſmundi Imp temp.an. D. 1414 teſte eodem Lind.& Hoſio lib. de vtriuſq; ſpeciei communione.

ADDAM Manichęus,qui & Addas,& Addimanthus Manetis diſcipulus cum ſuis ſequacibus contra legem, & Prophetas inſurgentibus,pullulauit tempore papę Fęlicis.1.& Aurelii Imp.an D.273. Hos, ac eorum doctrinam refellit Aug. eo lib. quem contra Adimanthum conſcripſit. infra Thomas Man.

ADELPHIVS. Meſſalianorum hęreticorum Dux tempore Liberij Papę, & Valentini Imp.an.D. 368. cum venenum ſuæ peſtiferæ hæreſis coram Epiſcopo euomiſſet,Epiſcopus ille

(uide-

(videlicet) diuus Flaminius celeberrima fama vir, & Antiochenę Eccleſię Antiſtes mira induſtria ore proprio eum redarguit, & totam Syriam ea peſte liberauit. Nicephorus lib 11. c. 14.

ADESSENARII ſunt ex ſacramentariorum noſtri ſeculi factione, quorum (inquit Staphylus) quatuor diuerſæ reperiuntur ſectę, contendentes alij quòd corpus Domini ſit in pane, alij quòd circa panem, alii quòd cum pane, alij quòd ſub pane. Quare ex ſe ipſis diſſecantur. Hęretici, quã varii de ſacramento altaris.

ADIAPHORISTAE dicuntur, qui Eccleſiæ, & conciliorum legitimas conſtitutiones, & cęremonias adeò ſentiant indifferentes, vt quis eas ſiue obſeruet, ſiue violet, mutètve, nihil eum peccare dicant. ἀδιάφορα. n. Gręcè, Latinè indifferentia ſunt. Poſt antiquiores autem, ſurrexerunt & moderni Adiaphoriſtæ (inquit Heſiodus lib. 1. de modernis hæreſibus) temp. papę Leonis 10. & Caroli 5. Imp an. 1530. Tunc enim ſecta Luteri diſſecta eſt in Adiaphoriſtas, & interemiſtas: de quib. ſuo loco.

AEGIDIANI ſecta Antiluterani ad tertiam noſtri ſeculi Euangelicorum claſſem pertinentes ab Aegidio quodam Aquenſi dicuntur: qui ſpe queſtus, & lucri, more Anabaptiſtarum retingere audens excommunicatus ſui flagitij Antuerpiæ capite plexus pęnam luit, publicè ſuos licèt reuocaret errores: vndè & diſcipuli aliis Magiſtris ſe ſe tradidere execrandos. Lindanus.

AERIANI vel Aerij, ab Aerio, paruæ Armenię Epiſcopi condiſcipulo temp. papę Iulij, & Conſtantini Magni Imp. an. D. 342. nuncupati ſunt. Aerius porrò (ait Aug. lib. de hęr. c. 53.) Cum eſſet presbyter ægrè ferens non poſſe ſe Epiſcopi dignitatem, quam modis omnibus ambibat, aſſequi, in Arrianorum ea de cauſa hæreſim lapſus cum ambientibus Hæreticis damnatur. Ambitio cauſa hæreſis.

AETIANI ab Aetio quodam ſyro temp. Papæ Liberij, & Conſtantij Imp. an. D. 363. vocitati ſunt. Qui dum de Deo Theologaretur, uel potiùs blateraret, ἄθεος, & Dei con-

temptor appellatus eſt, ac tandem in ſuperbam prorumpens vocem. ſ. (quæ Deus hactenùs Apoſtolos cęlaſſet, ſibi reuelata fuiſſe) à D. Auguſtino meritò refellitur. Auguſt. lib. de hær. Hiſt. Trip. lib. 5. cap. 42.

Mulierculę oneratæ peccatis, hæreſis feminã dæ fomentum.

AGAPETARVM hęreſim, vel potiùs ſchiſma, ab Agape muliere Hiſpana, exortam fuiſſe tradit D. Hieronymus tempore Siricij papæ, & Theodoſij Imp. ann. D. 395. Quid enim (inquit ille aduerſus Pelagianos) ſibi volunt miserę mulierculę peccatis oneratę, quę circunferuntur omni vento doctrinæ? & quid cęteri mulierculárum ſocii prurientes auribus, ignorantes quid audiant, quid loquantur, vetuſtiſsimum cęnum, quaſi nouam ſuſcipiunt temperaturam? Simon magus hæreſim condidit Helenę meretricis auxilio: Nicolaus Antiochenus immunditiæ repertor choros duxit fęmineos: Marcion Romam pręmiſit Mulierem ad præparandos animos ſibi decipiendos: Montanus per Priſcam & Maximillam fęminas, multas hęreſi polluit Eccleſias: Arrius per Conſtantij principis ſororem deceptam orbem decepit: in Hiſpania Agapæ Helpidium, mulier virum, cęca cęcum in foueam duxit. Hęc D. Hieron.

Saraceni ex Agar, non ex Sara.

AGARENI ab Agar Abrahæ ancilla nominati, à qua & Saraceni prognati ſunt, qui falſa appellatione ex Sara eiuſdẽ Abrahæ vxore dicuntur, & ſi Apoſtolorum prędicatione nomen Chriſtianum acceperint, à Mahomete tamen per Sergiũ pſeudomonachum decepto dementati verã pietate relicta huius mendacijs, & impoſturis inhęſerunt ſub papa Martino, & Conſtante Imp. an. D. 650. Alcoranum amplexentes omnium errorum fętura, cunctarum hęreſum abhominatione, fornicationum, ac vitiorum ſpurcitijs refertum: omne ſiquidem hęreticorum cœnum, quod Satan in alijs ſparsim diſſeminauit in Mahometem compręhensim euomuit. vide lib. Ricoldi or. pręd. contra ſectam Mah.

Alcoranũ coluuies errorum. In Mahomete oẽs comprimuntur hæreſes.

AGINNENSES cum Tatianis, Manichęis, ac alijs hęreticis Deum Creatorem eſcarum, quas abominabantur, denegantes temp. Sergij papę, ac Iuſtiniani 2. Imp. an. D. 694 & ipſi

ipſi tanquam hæretici abominati à Catholicis denegantur. ex Gabr. prat.

AGNOETAE ea ratione ſic ab ignorantia dicti ſunt, quòd credunt Chriſti diuinitatem futura ignorare, quæ ſcripta ſunt de die, & hora nouiſsima, ignorantes ipſi Chriſti perſonam in Iſaia 30. ſic loquentis. Dies Iudicij in corde meo: quę hæreſis à Theophronio genere, & patria Capadoce primùm cępta eſt temp. Liberij papæ, & Valentiniani Imp. an. D. 365. qui curioſiùs ex ſacris colligens, quòd Deus id quòd non extat preſciens, quod extat ſciens, quod extitit memoria tenens, non eodem ſemper modo ſe habeat, a ſuis reiectus eſt: quo tépore eius quidem hęreſis extincta fuit, ſed imperante Mauricio à Seuero quodam Acephalo, & Philopono Alexandrino Grammatico, cui conſenſit Theophronius philoſophus, qui dicitur & Themiſtius, in apertum rurſùs ea producta plebem imperitam maximè depaſta eſt. Quò fit, vt eius ſectatores non ſolum Agnoetę, ſed & Seueritæ ſint nuncupati. At veteribus cum ſuo inuento diſperſis, Moderni quoque volentes Chriſtum multa ignorare, ipſi cum ſua hæreſi, ignorantiæ profundo immerſi ſunt. Hęc Nicephorus.

Agnoetæ ab ignorãtia dicti.

Philop. Grãmat. Themiſt. Seueritæ.

AGRIPPINIANI ab Agrippino Carth. Epiſcopo exorti temp. Stephani papę, & Galieni Imp. ann. D. 259. cum Cypriano rebaptizandos ab Eccleſia Cath. fugientes ad hæreticos, qui rurſùs ſana mente recepta ad eandem rediiſſent Eccleſiam, ſentiebant, quorum ſententia ab Eccleſia eſt reiecta. Auguſt. contra Donatiſtas. lib. 3. 6. 7.

AIRANI, ſeu Airaniſtę, ab Aira eorum Duce fuiſſe traduntur, temp. Damaſi papę, & Valentiniani Gratiani, & Valentis Imp. an D. 377. Qui Airas cum Policronio, Telemacho, Fauſto, Aſclepiade, Amantio, Cleopatro, Arrianis Epiſcopis grandi impetu Spiritusſancti conſubſtantialitatem impugnauit: ſed grandiori fundamento, & Conc. Nicęni, & Conſtantinop. 2. Omnes, qui Trinitatem conſubſtantialem non prædicabant, anathematizati ſunt. Nicephorus.

Conſubſtantialis S. Trinitatis oppugnatores dãnãtur.

AL-

ALBANENSES inter reliquos, qui ab orbe condito extitere diuinę doctrinæ corruptores, fuerunt ſceleratiſsimi, temp. papę Leonis 3. & Conſtantini 6. Imp. an. D. 796. in aliquibus diſſentientes à cordenſibus, in omnibus erroribus conueniebant cum *A*lbigenſibus: De quorum execratione mox in Tit. ſequenti. Vide S. Antoninum 4 p. tit. 11. cap. 7.

B. Dominicus or. præd. dux & pater ïclitus in Albigéſiũ hæreſi extirpanda ann. decẽ conſumpſit.

ALBIGENSIVM, qui & *A*lbiani, ſiue *A*lbigei, aut *A*lbij dicuntur, hęreſis temp. papę Innocentij 3. & Federici 2. Imp. an. D. 1216. inuidia Diaboli tàm validè cępit pullulare in comitatu Toloſano, vt omne triticũ fidei verſum videretur in erroris Lolium. Et adeò quidẽ vehemens, vt ſi crucis per totam Franciam prędicatione Iacobi de Vitriaco, indicta promulgatione, ſyncera pietate armati, potiùs quam alia defenſione, Chriſtiani eos cum Tarraconenſium Rege eorũ auxiliario nõ expugnaſſent, breui vniuerſam Europam corrupiſſent: ſed pro dolor, eorum amentia, furor, temeritas, impudentia (cum detinerentur vrbe Biterranen. à Catholicorum exercitu obſidione vallata) ita creuit, vt ſuper ſacrum Euangelij codicem mingentes de muro contra Chriſtianos proiicerent, ventrem ſuper altaria purgarent, ſcorto in conſpectu crucifixi abuterentur, eumque præciſis brachijs, & collo fune ligato per plateas in ipſius contemptum blaſphemiis intollerandis traherent. Hęc ſunt hæreticorum inſignia, atque tragedię Vide D. *A*ntoninum p. 3. ſpe. hiſt. tit. 19. c. 1. Vinc 30. lib. ſpe. hiſt.

Albigenſiũ ſacrilegus furor noſtri ſeculi hæreticis perſimilis.

Alexãder Baucalis pſb. Alex. Arrianæ perfidiæ auctor.

ALEXANDER Baucalis pręsbiter *A*lexandrinus *A*rrianæ diſſenſionis primus auctor habitus eſt, temp. Syluestri papæ, & Magni Conſtantini Imp. an. D. 315. eo quidem modo, ambitione, & dominandi cupiditate elatus quærens ſapere pluſquã oporteat, de filio Dei creatore cum *A*rrio præsbytero contendere cœpit. at quia hæc cõmota contentio, & τοῦ ὁμοουσίου promulgatio inter *A*rrium pręsbyterum, & *A*lexandrum *A*lexandriæ Epiſcopum exorta eſt: Baucalis nouationem dogmatis iſtius Arrio adſcripſit, quòd eum ſibi honore prælatum ęgrè ferret. Epiſcopus tandem vtrunque à contentione abducere

cere

cere volens, ut filium conſubſtantialem Patri, vt antea, ſentirent, iuſſit: ſed *Arrius* id renuens ſacris ędibus ab eo eſt eiectus. Nicephorus.

ALEXANDER Aerius cum Hymenęo vanas quæſtiones ſectatus in fide tandem naufragium fecit, circunciſionem reducendo, & reſurrectionem iam factam aſſerendo, propter quod ambo ſathanæ ab Apoſtolo traditi ſunt, temp. Petri Ap. & Domitij Neronis Imp. an. D. 36. 2. Tim. 2.

ALEXANDER hęreticus, & latro, quòd à Chriſti nomine apoſtata extiterat; nec in Eccleſia patrię ſuæ receptus, vbi latro ab omnibus noſcebatur, ob latrocinia ab Aemilio Fontino Proconſule Epheſi iudicatus eſt. cuius geſta in Archiuis publicis apud Epheſum ſeruantur. Euſ. Cęſ. hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 19. Hær. ubi Deum ſe colere ſimulat, au gēdis opibus, & honori ſtuder

ALGAZEL, ut qui hanc ſolam pęnam peccatoribus reddi aſſerat, quòd pro amiſsione vltimi finis affligantur, à Conc. Flor. damnatur, pœnas definiente Inferni diſpares eſſe. D. Tho. con. Gent. cap. 145. Pœnas inferni diſpares eſ.

ALLASCANI à Io. à Laſco, qui ne ſuis Magiſtris ingenio cederet, pręter alias 12. nouam Verborũ cœnę D. finxit expoſitionem. Hoc (inquit) non panis, ſed tota hæc cœnę actio, eſt corpus meum. quare ſecta fuit Antiluteranus. Lind. lib. 2. Præter 12 datur 13. cęnæ expoſitio hæret.

ALMARICVS Pariſien. Doctor natione Gallus, patria Carnotenſis, dum vigebant *Albigenſes*, Magiſter prauitatis fuit, tēp papæ Innoc. 3 & Philippi Barbaroſſę filii, Imp. ann. D. 1204. damnatur peruerſis eius Dogma negando inter cęteros errores, reſurrectionem, paradiſum, & infernum, cuius mentem pater mendacii ſic excecauerat, vt eius doctrina, non tam hær. quam cenſeatur inſana. Ext. de ſum. c. F. & ipſe cum ſequacibus Lutetię comburitur an. D. 1208.

ALOGI, ſiue *Alogiani* exorti temp. Soteri papæ, & Commodi, Imp. an. D. 186. quòd ſine logo, hoc eſt, ſine Dei verbo extiterint, ſine fide iudicati ſunt. 24. q. 3. c. quidam.

AMANTIVS Epiſ. *Atrianus*, qui & Palladius putatur

temp.

temp. Damaſi papæ, & Valentiniani iun. & Gratiani Imp. ann. D. 381. cum cæteris Arrianis Ep. τὸ ὁμοούσιον inficians, cum cæteris reprobatus ſingularis ſingulari ſententia in Cec Aqui ſub Damaſo primo damnatur. Niceph. hiſt. Eccl. lib. 2. c. 30.

AMBROSIANI, qui & Pneumatici à quodam Ambroſio dicti (auctore Io. Eccio lib. cont. conf. Zuinglij) tantopere ſui ſpiritus ſuggeſtiones, & Dei reuelationes iactabant, vt vtrunq; teſtamentum reiecerint. ſunt autem ſecta Anabaptiſtæ. ex Gabr. pr.

AMSDORFIANI ex Rigidorum Confeſsioniſtarũ noſtri temporis factione affirmãt bona opera ad ſalutem homini eſſe pernicioſa, ita ſcribit Nicolaus Amſdorff. lib. int. (Quòd hęc prop. vera ſit, Bona opera eſſe pernicioſa ad ſalutem) ſic Flacciani, & Saxonici concionatores docent. Staph.

ANABAPTISTAE ſiue à Lutero, ſiue à Carolſtadio, an potiùs à Zuinglio originem traxerint, vt varij variè ſcribũt, ac eorum ſecta diſſecta ſit in Adamitas, Stebleros, Sabbatorios, Clancularios, Manifeſtarios, Dęmoniacos, cõmunia habentes, Condormientes, Eiulantes, Georgianidauidicos, Mennonitas, & Polygamiſtas: hoc vnum eſt, quòd hæreſim de pueris baptizatis iterum retingendis, cuius inuentor fuit Petrus de Bruis, ex prouincia Narbonen. apud oppidum S. Aegidij propter ſua crimina combuſtus, per 40. annos, & his amplius conſepultam, ab inferis hoc noſtro tempore reuocârunt. Lindan. lib. Dubit. Dial. 2.

Petrus abb. Cluniac. i lib. con. err. Petri de Bruis.

ANASTASIVS Dicoros cognomine à diſcoloribus oculorum pupillis, quę græcè κόραι dicuntur, quarum dextera nigricans, ſiniſtra cerulea fuit, poſt Zenonem Iſauricum Imperium ſumpſit an. D. 493. hæreſi Euthycana (teſte Anton. 1. p. ſpec. tit. 6. c. 1.) infeſtus ſub Symmacho papa multos Epiſcopos cath. in exilium miſit, multos fideles afflixit, nolens nec Epiſcopo Conſtantinop nec papę, nec eius Legatis obedire, ſed arroganti quadam, & faſtuoſa prǽſumptione elatus, papam potiùs debere illi morem gerere dictabat, quàm ipſe papę, quod

Conc.

Conc. Flor. ac alijs clarè conſtat fuiſſe damnatum. at de hoc Anaſt. plura uide apud Niceph. lib. 16. c. 25.

ANGELITAE à quodam Alexandriæ loco Angelij nomen habente, qui & Seueriani à Seuero eorum Duce, vel Theodoſiani à Theodoſio eorum papa nuncupati, in Trinitate deficientes, defecerunt; emerſerunt autem temp. Symmachi papæ, & Anaſtaſij Imp. an. D. 494. Niceph. hiſt. Eccl. lib. 18. c. 49.

ANGELICI Genus Chriſtianorum, cum ſe nomina Chriſto dediſſe iactarent, edocti Idololatriam ſummè abominandam, & Deum vnicè colendum, Angelos nihilóminus adorantes ob id Angelici dicti ſunt, atque inter hæreticos ab Auguſt. lib. de hær. loco 39. connumerati. Emerſerunt quidem temp. Victoris papæ, & Seuerini Imp. an. D. 199, ſed cum Ophitis, Cainanis, Sethianis, & cęteris, qui aliud, quàm Deum colendum eſſe docuerunt, lapſu temporum antiquati, atque hominum memoria aboliti ſunt.

ANNIANVS fuit pſeudodiaconus Eccleſię Cęlidenſis Cęleſtij Pelagiani diſcipulus temp. Innoc. 1. papę, & Archadij Imp. an. D. 405. qui dum neminem peccaſſe, ſi vellet, ſcriberet, contra eum grauiſsimè peccantem, & eius lib. hereſ. & blaſphemijs refertos ſcripſit D. Hieronymus. Hieron. Ep. ad Alpium, & Aug.

ANOMI, potiusquã Anomæi, latinè ſine lege dici poſſunt, qui temp. Liberij papæ, & Conſtantij Imp. an. D. 358. eorum Duce Eunomio, tanta arrogantiâ hęretici fuerunt, ut pręter alias impietates, Dei ſe naturam comprehendere blaſphemarent, quos homeliis aliquot aduerſus eos peculiariter editis, egregiè confundit D. Chryſoſtomus. Eunomi*

ANTHIMVS primùm Conſtantinop. Epiſcopus, Trapezuntianus poſt tẽp. Simplicij papæ, & Zenonis Imp. an. D. 476. in Eutychianam hæreſim lapſus à Synodo Conſtantinop. Prouinciali euocatus ad obiecta ſibi crimina reſpondendum, latitans condemnatus fuit, & ab Agapeto 1. depoſitus. aliàs Anthemius.

ANTHIASISTAE, de quorum Principe in Meſſalaniis, operationem manuum vti malignam reijcientes; ſomno

ſe ipſos mancipantes, & iniquitatum fantaſias, prophetias appellantes, ab Eccle. communione receſſerunt, nullam virtutem altaris ſacramento tribuentes. hiſt. Trip. lib. 7. cap. 11.

2. Theſ. 2 Dan 9. Math. 24. Mar. 13. 1. Mach. 1 Aug. lib. de Antichr. ortu.

ANTICHRISTVS de quo Gloſ. in Luc. 17. Multi hæretici fuerunt, & futuri ſunt, quorum primus Simon Magus, & vltimus Antichriſtus. qui erit diſceſsio, Homo peccati, Filius perditionis, Abominatio deſolationis, elatio ſuper omne, quod dicitur Deus, oſtentans ſe ipſum Deum, veniens ſecundum operationem ſatanę in omni virtute, ſignis, & prodigijs mendacibus; Meſsiam ſe eſſe pronuncians, Chriſtum verò ſeduxiſſe orbem, vt Iudaica gens in illum credat, Iudęos Hieroſolymam conuocet, è triduo ſe reſurrexiſſe fingat, ac tandem in nubes elatus à Michaele in ima Tartara præcipitatus iaceat. Hæc à Prophetis, ab Euang. ab Apoſtolo à S. Doctoribus de Antichriſto pronunciantur, quibus apertè detegitur Vuiclephi in Anglia, Huſsi in Boemia, Luteri in Germania, aliorum hæreticorum nuper in Italia pernicioſiſs. malignitas qui Ro. Pontificem pro Antichriſto ſimplici populo perſuadent. Nam quomodo diſceſsio, vt à Chriſto homines diſcedere faciat. ſi vt eius Vicarius, ad Chriſti ouile oues reducit? quomodo homo peccati, vt alios ad peccandum ſeducat, ſi tot legibus, ac pœnis homines à peccatis coercet? quomodo filius perditionis, ut ſacramenta, & Chriſti pręcepta perdat, ſi nihil amplius in ſuis Decretis, ac ſummis Concilijs, quàm ſacramentorum Chriſti ſuſceptionem, ac ipſius mandatorum obſeruantiam inculcat? quęnam abominatio deſolationis ſtans ſuper alas, ut habet Daniel: aut in altari, vt in Machabęis legitur: aut in loco ſancto, vt Matth. ait: aut in loco, vbi non oportet, ut Marcus Periphraſticè ſcribit? Quęnam aduerſaria elatio contra omne, quod dicitur Deus, aut quod numen? in quo nam templo ſedet oſtentans ſe eſſe Deum? Quando paſsi ſunt (inquit Aug.) ſe Dei inſtar adorari Ro. Pontifices? Quis horum indicauit è ſcripturis ſe eſſe Meſsiam? Quando dixerunt Chriſtum seduxiſſe orbem? Quando Iudaica gens in illos credidit? Quando

Tit. Antichr. quib. arguitur impudentia pro eo Pont. Romanũ prædicantis.

Aug. lib. de Antichriſti ortu.

conuo-

conuocarunt Iudęis Hieroſolymam? Quandò denique è triduo reſurrexerunt, inque nubes elati mox à Michaele in ima Tartara præcipitati ſunt? Hęc, & plura Gabr. pr.

ANTICHRISTIANI ex Antiluteranorum ſecta eſſe dicuntur, quorum tanquam Euangelicorum, blaſphemię referuntur execrandę; Chriſtum quòd in cruce deſperarit, alii blaſphemant, fuiſſe damnatum: ut ille Pręmonſtratenſis Apoſtata, cuius ne nomen quidem ſupereſſe, fuit permiſſum. Alij Chriſtum negant fuiſſe in lege promiſſum; ſed alium cum Iudæis expectandum, vt Bucerum moribundum teſtatum reliquiſſe dicunt. Alios proferre non pudet, quod horror probis eſt, vel cogitare, Io. Bapt. vel Euang. alterum ſanctificatum, alterum Virginem fuiſſe Chriſti cinedam. Alij ſui Antichriſti Matrem Louanienſem meritriculam adorant nudam, ex qua iampridem iactabant naſciturum, quem ſummis expectant votis. Dauid tandem Georgius Antichriſtianorum præcipuus ſe gloriatur Dauidem tertium, verum Chriſtum, & dilectum Dei filium Patribus olim fuiſſe promiſſum. De Antichriſtianiſmo etiam hæreticorum, & illud Petri apud Clementem verificari poteſt, cum vltimum par diſſidentium facit Chriſtũ, & Antichriſtum, inquiens, paria decem huic mundo ab initio ſeculi eſſe deſtinata: Primùm Cain, & Abel: Secundum Gigantum, & Noue: Tertium Pharaonis, & Abraam: Quartum, Philiſtinorum, & Iſaac: Quintum, Eſau, & Iacob: Sextum, Magorum, & legiſlatoris Moiſis: Septimum Tentatoris, & filij hominis: Octauum Simonis Magi, & Petri: Nonum omnium gentium, & illius, qui miſſus fuit ſeminare verbum inter gentes. i. Paulum: Decimum Chriſti, & Antichriſti. Antichriſti autem Hęreſiarchas recenſet Hoſius lib. de expreſſo Dei verbo, Luterum, Zuinglium, Caluinum, Suencfeldium, Seruetum, Campanum, Anabaptiſtas, Pichardos, quos ſe iactantes Dei verbum, ac purum docere Euangelium, miſeri mortales amplectuntur, & adorant.

Clemens lib. 3. Recognit.

Antichriſti. Hæreſiarchæ.

ANTIDICOMARIANITAE, ſiue Antimariani ſic

Mariæ V. Aduerſarii confutati.

appellati, quòd Mariæ Dei genitrici aduerſarij ſint, Auguſt. & Hieron. monumentis comprehenſi, an. D. 396. pręcipuè Eluidius, & Iouinianus. Vnde Maximus ſerm. de B. Virg. Mater V. (ait) vniuerſam prauitatem hæreticam ſola contriuit: Alius illam non de ſubſtantia ſuæ carnis Chriſtum edidiſſe dogmatizauit: Alius eam paruulum non peperiſſe ſimulabat: Alius partum viro genitum blaſphemabat: Alius Dei Matrem audire non ſuſtinens, magnum illud nomen (Theotocos) impiiſsimè ſugillabat: ſed contriti ſunt inſidiatores, conculcati ſunt ſupplantatores, confutati derogatores, & beatam eam dicent omnes generationes. vide Epiph. l. 3. to. 2. contra hęr.

Antiluteranorum Babel. Luter. Semilut. tot factiones, quot capita.

ANTILVTERANI ſunt, qui Luteri occaſione ab Eccleſiæ doctrina diſſentientes, dogmata ſectantur Lutero ipſi contraria: quorum ſecta in infinitas fermè ſectas ſe ſecantes diſſecta eſt, an. D. 1527. in Oecolampadianos, Martyrianos, Buceranos, Farelliſtas, Caluiniſtas, Bezanos, Boguinios, Richerios, Seruetianos, Alaſcanos, Cāpaniſtas, Hamſtedios, Suencfeldianos, Poſtellanos, Trinitarios, Anabapt. Apoſtolicos, Liberos, Adiaphoros, Clancularios, Manifeſtarios, cęteroſque qui turrim Babel contra Chriſti Eccleſiam ædificantes nedùm pro ſingulorum varietate opinionum ſe ipſos confundunt, ſed etiam à ſe ipſis diſſentiunt, ac ſinguli ſingulis contradicunt.

Georgiani Dauidici ſic docent. Ita Illyricani, & Flacciani.

ANTIDAEMONIACI ſunt ex Rigidorum confeſſioniſtarum noſtri ſeculi familia ſic nuncupati, quòd negent Diabolum, & malos ſpiritus, ullaſq; eſſe per eos maleficia, aut incantationes. Staphil.

ANTIDIAPHORISTAE ex Rigid. Confeſsioniſtarum noſtri ſeculi factione, nullas volunt eſſe in Eccleſia ceremonias antiquas, nullamque Epiſcoporum iuriſdictionem. Staphil.

ANTISVENCFELDIANISTAE ex Rigid. Confeſſioniſtarum factionæ noſtrę ętatis, omnem fidei Chriſtianę rationem in vocali miniſterio ſuorum concionatorum ponunt. Staphil.

ANTICALVINIANI ſunt eiuſdem cum præcedentibus factionis, negantes tranſumbſtantiationem, & extra vſum eſſe ſacramentum: aſſerunt tamen realem corp. Chriſti pręſentiam in Cœna contra Caluinum. Staph. Ita Ioachim. Vueſtph. cont. Caluinum.

ANTISTANCARIANI ex extrau. Conf. noſtri tẽporis ſecta ſtancarũ impugnantes, quòd aſſerat Chriſtum ex ſola natura humana eſſe iuſtificatorem, ita iuxta vtranque volunt Chriſtum iuſtificare. vt vtraque in cruce mortua ſit. Staph. De hoc Heluetii damnati ſunt.

ANTINOMI dicti, quòd legem Dei, ac opera legis impugnent, ex claſſe Luteranorũ ſunt Euangelicorum doctrinam per Luterum adulteratam ſectantium, quorum tot fere extant factiones, quot capita: tot propè hęreſiarchę, quot ſectarii. Lind. lib. Dubit. Dial. 2. Luteranorũ tot hæreſiarchæ quot ſectarii.

ANTHROPOMORPHITAE, ſeu Vadiani. quòd ruſtica ſimplicitate Deum habere humana membra arbitrarentur, cuius hæreſis inuentor traditur quidam Audęus genere, & lingua Syrus à Niceph. lib. 2. hiſt. Eccl. c. 14. exorti ſunt in partibus Aegypti temp. P. Siricij, & Theodoſij maioris Imp. ann. D. 395. Quorum hæreſis refellitur ibidem à Theophilo Alexandrino an. 402. ſub Anaſtaſ. papa ſed poſtea excitata ſub Io. 12. Et Henrico 1. ann. 954. in Paduana prouincia parum ſucceſsit. Nam Bracherius Veron. Ep. vir Doctiſs. & pius cæteriq; comprouinciales Ep. eam penitùs exterminarunt. inf. Vadia. Vadiani. Audæus.

ANTOSIANDRINI ſunt ſecta Rigidorum confeſſioniſtarum dicti & Oſiandromaſtiges, vt qui negent quidem hominem ea iuſtitia, qua Deus ipſe iuſtus eſt, eſſentialiter iuſtum fieri, ſed affirmant imputatiuè, id eſt, vt illyricus gloſſat, non re ipſa, ſed verbo tantùm iuſtum pronunciari. At contra Oſiandrum Luteranæ Sinagogæ 14. ſcripſerunt, quælibet propriam iuſtitię definitionem aliis prorsùs cõtrariam aſſerentes.

APPELLITAE, vel Apelliani ab Apelle Marcionis hęretici diſcipulo dicti ſunt. Nam Marcionis ſecta in multas diſecta moſtruoſas protulit opiniones temp. Soteri papę, & M. Antonij Imp. an. D. 178. De erroribus autem eorum, & confutatio-

ſutationibus. Aug.lib.de Hęr.cap.23. Euſeb.lib.5.c.13. contra hos etiam, eorumq́; varias ſectas Rhodon Aſianus genere Tatiani hęretici auditor librum compoſuit, in quo non ſolùm eorum impietatem refellit, ſed etiam auctores eorum diſſectionis accurratè recenſet. Et quia, illud Io.Ep. (omnis ſp. q. n. c. I.chr. in carne veniſſe ex D. non eſt) raſerunt, à Theodocione appellantur hęreticiſsimi aprimè deridendi.

1. Io. 4.

APHTHARTODOCITARVM hęreſis, quòd caro, quam ex Virgine Chriſtus aſſumpſit, ante paſsionem incorruptibilis eſſet, temp. papę Fęlicis 4. & Iuſtiniani 1. Imp. emerſit an. D. 536. qua corruptus ipſe Imp. Iuſtinianus, omnem clerum in ſuam ſententiam adducere conatus eſt, ſed fruſtrà, quia Anaſtaſius Antiochenus Epiſcopus validiſsimè reſtitit: quin cum fames Bizantij increbuiſſet rerum neceſſariarum inopia ac ipſe Imp. ſecunda ſtatim ieiunij hebdomada, carnes in foro venales proponendas promulgaſſet; & hoc quidem per vim. Populus, qui pietatem ſibi conſectandam ſtatuerat, neque eas emere, neque edere voluit mortem ſibi potius adeundam eligens, quàm vt quiquam de patrijs moribus, & traditionibus immutaret. Iuſtinianus autem iratus, cum Anaſtaſij, ſequaciumq́ue eius, qui eodem cum illo ardore flagrabant, exilij libellum dictaret, inuiſibili ictus plaga ex vita hac exceſsit 38. annis, & menſibus 8. in Imperio tranſactis.

Summa Populi Pietas, ac Religio. notanda in Iuſtin. Imp. Dei vindicta.

APOCRIPHI hæretici illi dicuntur, qui ut Manichęi, Gnoſtici, Nicolaitæ, Valentiniani, & alij quam plurimi, Apocripha Prophetarum, & Apoſtolorum.i. actus reconditos, ſeparatosq́; habentes, canonicas legere ſcripturas contemnunt. Apocripha autem ea dicuntur quæ quaſi recondita, & occulta, falſitatibusq́; ſuſpecta, non edita ab his, à quibus edita deſignantur, legi publicitùs ab Eccleſia vetita ſunt, priuatìm verò ac domi pro ſua cuiuſque voluntate permiſſa. Nam Apocripha (inquit Hieronymus) neſcit Eccleſia.

APOCARITARVM hæreſis à Manete natione Perſa exorta eſt temp. Eutichiani papę, & Taciti Imp. an. D. 279. quæ

tanto

tanto ſucceſſu progreſſa eſt multas conturbans Regiones, vt per ann. 200. Sopiri non potuerit. nihil enim in rebus humanis ſeditioſius, ac peſtilentius eſt praua doctrina. fuerunt autem Apocaritæ Viperę Machabæorum. De quibus C. de hæret. & Manich.

APOLLINARISTAE, vel Apollinariani ab Apollinari dicuntur, qui temp. Damaſi papæ, & Valentiniani Imp. an. D. 377. inſignis habebatur. Apollinares duo fuerunt Pater, & filius, vterque Gręcis litteris eruditus permultos, & vtiles Eccleſię lib. edidere. Pater Porphirij Veſanię, qua in Chriſtianos debacchabatur, voluminibus 30. reſpondit, ac Hebręorum Hiſtorias vſque ad Samuelis Regis tempora heroico carmine conſcripſit; cæterùm ingenii, ac eloquentię fiducia nimiùm fretus nouum, ac pernicioſum dogma in Eccleſiam inducere voluit: quòd eius filius edoctus diſſeminauit. teſte Socr. hiſt. lib. 5. c. 44. Niceph. lib. 11. cap. 12. Hinc luce clariùs apertum eſt, cur diuina prouidentia quoſdam Eccleſiarum Magiſtros noua dogmata prædicare patiatur, vt. ſ. tentet nos ex Deut. 8. ait Lirin. Et magna tentatio eſt, cum ille, quem nos ueritatis doctorem putamus, ſubitò latenter noxios ſubinducat errores. Sed non permittit nos tentari ſupra id quod non poſſumus. En Ambroſius contra Apollinarem lib. conſcripſit, Theodorus Antiochenę Eccleſię Pręsbyter aduerſus Apollinariſtas lib. 15. compoſuit. D. Th. 4. contra Gent. Apollinarem conuincit. Et quod caput eſt, Damaſus papa cum huius hęreſim latiùs ſerpere cognouit, coacto Romę Concilio, ab vniuerſali Eccleſia alienam eſſe definiuit.

cur. Deus hęreſes ſuboriri patiatur.

Apollinaris hęreſis damnata.

APOSTOLICI inquit Aug. Se hoc nomine arrogantiſſimè appellarunt, quòd in ſuam communionem non reciperent vtentes coniugibus, & res proprias poſſidentes. Vnde hęretici habentur (inquit D. Tho.) quòd ſe ab Eccleſia ſeparantes nullam ſpem ſalutis putarent eos habere, qui quibus ipſi carerent, vterentur. Emerſerunt autem temp. Victoris papę, & Seueri Imp. ann. D. 199. Tales (inquit Guilhelmus) Apoſtolicos habet

De hær. c. 40.

Con. gen. l. 3. c. 127.

Dubit. dial. 2.

habet nuncquoque Morauia, qui omnia relinquentes, & alijs communia facientes, domum, liberos, & negotia dimittentes per Agros vagantur; ſunt ſecta Antiluterani, ſiue ſacramentarij ad tertiam Euangelicorum claſſem pertinentes.

De hær. c.4. *AQVARII* (inquit Aug.) ab effectu dicti ſunt, quòd in calicis conſecratione ſolam aquam offerendam cenſent, contra quos ſcribit. D. Tho. p.3.q.74. tu qui locum tenes, illum perlegendo, planiùs videre poteris, in Concilio autem Carth. 3. in ſuorum decretorum.c.24. damnatur hęc hęreſis.

AQVILA Ponticus genere ex Paganiſmo ad Chriſtianiſmum conuerſus tandem Ebionis ſectā amplexatus eſt temp. papę Sixti. 1. & Adriani Imp. an D. 132. Qui poſt annos multos ab interpretatione 72. ſacram ſcripturam, & ipſe interpretatus eſt, ſed ſeptuaginta duorum conſulta atque decreta, legens cath. Eccleſia ſemper habet, (inquit Philaſt & incunctanter detinet: ipſius verò Aquilę quaſi ſuperflua iudicat; & vbi 72. dixerunt (ecce Virgo in utero concipiet) ipſe dixit (ecce Iuuencula concipiet) vnde Hierony. Aquila (inquit) Proſelytus, & contentioſus interpres proijcitur à nobis.

Aquila interpres non recipitur.

Hieron. ad Pam. de optimo genere interpretandi.

ARABICI ab Arabia nuncupantur, in qua exorta eſt hęc hæreſis, Animam cum corpore mori, atque in nouiſsimo vtrunque reſurgere, temp. Zepherini papę, & Seueri Imp. ann. D. 207. de quibus. Aug. de hær. c.83. & 24. & q.3.c. Quidam. Tandem Origenis diſputatione ita ſunt conuerſi, vt ſe ipſos erroris condemnarent, pęnasq; à ſe ipſis exigerent.

ARCHONTICI à principibus, ſiue Archangelis, quibus Mundi Creationem tribuunt, dicti, exorti ſunt temp. papę Pij. 1. & Antonini Pij Imp. an. D. 160. hic error (teſte Alf. C.) potuit quidem ex officina Ariſt. prodiiſſe, qui licèt negarit mundum creatum, voluit tamen omnia hæc inferiora ab intelligentijs, non à Deo immediatè, fieri. Veruntamen primum huius hęreſis fuiſſe authorem (aiunt) Simonem Magum, quem ſubſecuti ſunt Saturniani, Nicolaitæ, Carpocratiani, & Archontici.

AR-

ARMACANVS Hibernicus natione floruit ann. 1360. ſub Innocentio 6. & Carolo 4. Imp. vir quidem eruditus, ſed ſuam eruditionem in Franciſcanos præcipuè atque Epiſcopos exercens docebat turpe eſſe ſua ſponte mendicos eſſe, ac minores ſacerdotes in abſentia Epiſcopi poſſe munus Epiſcopale exercere. Quæ hęreſis licet à Io. Vuicl. & Lutero defenſata, damnatur tamen à Conc. Hiſpalen. ſecundo.

ARMENI hæretici ſub Theodoro papa, & Conſtantino 3. Imp. viguere an. D. 640. in *Aſia Armeniam* poſsidentes à Cappadocia vſque ad Caſpium protenſam, licèt primùm cath. fidem edocti tempore tamen Iuſtiniani 3. Imp. ann. 572. Eutycheti, & Dioſcoro fauentes in varios prolapſi ſunt errores, cumq; ipſi Eutyches, & Dioſcorus in Conc. Chalcedonen. ſub Leone 1. damnati fuiſſent, *Armeni* ab Eccleſia defecerunt, dictum Concilium contemnentes. De quorum err. in ſecundo lib. ſuis locis.

ARNALDISTAE ab *Arnaldo* Brixien. natione Italo dicuntur, qui ſub Innocentio 2. & Conrado 3. Imp. an. D. 1140. ad Lateranum celebrata ſynodo cum Petro *Abailardo* damnatus eſt. *Arnaldiſtæ* porrò ſingulis ann. Romę in cęna D. excommunicantur. Et extr. de hęr. c. excom. & c. de hæret. l. Gazaros, perpetua damnantur infamia.

ARNOLDVS à villa Noua ſita in agro Catellon. vbi inſignis medicus habebatur, varios edidit libros multis erroribus conſperſos contra Ieſu Chriſti humanitatem, contra clauſtrales, Theologos, altaris ſacrificium, decreta papę; de quibus in l. 2. qui err. ac hęreſes damnatę fuerunt Trachonæ per duos doctiſs. viros F. Io. Longęium or. pręd. & D. Ganfredum Crudillium Trachon. Eccleſiæ Vicarium ſede vacante.

ARRABONARII ex eo dicti, quòd velint cœnam D. dari tanquàm arrabonem corporis, & quaſi inueſtituram donati prædij, aut domus alicuius, vt Franciſcus Stancarus in Polonia, & in Tranſiluania docet, ex ſacramentariorum noſtrę ętatis familia ſunt, ait Scaph.

Arrianæ hær. flãma ardens.

ARRIANI ab Arrio ſunt appellati, qui Alexandriæ ciuitatis presbyter ſub Sylueſtro papa, & Conſtantino Imp. an. D. 315. inter hęreticos eò nequior, & pernicioſior Eccleſię fuit, quò magis in Alexandria eius ſcintilla non ſtatim oppreſſa flamma ardens effecta totum orbem populata eſt. Ad cuius extinctionem ſancti Patres, Hilarius, Antonius, Ambroſius, Antiochenę Eccleſię præſules, Siri, Celices, Phęnices, Arabes, Paleſtini, Aegiptij, Thebei, Libyes, Meſopotamij, Perſę, Pontici, Scythæ, Aſiani, Phryges, Thraces, Macedones, atque Epirotę inſudarunt: ſed tandem flumen diuinum extinxit flammã ardentem, quam emiſerat Draco de ore ſuo, dum ſacroſ. Concil. Nicęnum 318. Patrum, nefarium Arrianum dogma in vniuerſum damnauit. & vt Maleficus cum maleficio tandem periret, à Conſtantio Imp. Statuto die, quo Alexandriæ Epiſcopus cum Arrio de ſcripturis publicè diſputaret, ac tota nocte ab Epiſcopo in oratione conſumpta, ne Arrianæ ſectę contagium latiùs ſerperet, mane ſub conſtitutam diſputationis horam, cum in Auditorium pergeret Arrius, cępit inter eundum ventris dolore laborare, & exonerandæ alui cauſa cloacam ingreſſus, præter omnium opinionem fataliter illicò periit: atque diuino iudicio effuſa ſunt viſcera eius, quibus Chriſtum negauerat, fęda ora pollutus. Qui plura cupit, plura de Arrio legat in Hiſt. Eccl. Niceph lib. 8. Tripar. & Caſsiodori lib. 1. c. 12. &c.

Arrianæ hær. extinctio.

Arii mors horrenda.

ARTEMON, qui & Artemas hæreticus ſub Vrbano papa, & M. A. Antonino Heliogabalo Imp an. D. 221. cum Ebione, Cerintho Chriſtum fuiſſe Deum negauit, & cum Montano venenatorum reptilium more per Phrygiam in Aſia cum peruolueretur, cum eo damnatus eſt? Niceph. hiſt. Eccl lib. 4.

ἄρτος panis τυρός caſeus.

ARTOTYRITAE hęretici ſic appellati, quòd in Miſterijs ſuis apponunt panem, & caſeum, à primis parentibus ducti oblationes de fructibus terræ, & ouium fętura celebrantibus temp. Soteri papę, & Commodi Imp. an. D. 181. in Galatia emerſerunt. Aug. lib. de hęr.

ASCLEPIADOTAEI ab Eſclapiodoto eiuſdem nominis

nis authore Theodoti Bizantij Corrarij diſcipulo,& eorum im pietatis Principe, qui Chriſtum purum hominem dicebant, ab Vrbano papa ab Eccleſia depulſi ſunt, temp. Heliogabali Imp. an. D.221. de his. Euſeb. lib. 5. c 29.

ASCODROGITAE temp. Soteri papæ, & Commodi Imp. an. D.181. hęreticantes, vel potiùs inſanientes, pellem hircinam vino refertam in ſuam inducentes Eccleſiam paganorum more cum Orgia libero Patri celebrabant, debachantes; atque impuris, & obcęcatis mentibus furentes, carnaliter illud Mat. 9. accipiendo, vtres nouos ſumendos, & in eos nouum vinum mittendum, & non in veteres: quod de lege Moſaica antiquanda, dixit Chriſtus euangelicaque innouanda. Philiaſt.

ASSVRRITANI ſecta Donatiſtæ ſub Liberio papa, & Conſtantio Imp. ann. D. 358. in Aphrica eruperunt; Donatiſtarum .n. ſecta tunc temporis, vt aliæ omnes, in varias ſectas diſſecta fuit: quarum Aſſurritani tempore Auguſtini in in Conc. Bagaren. damnati ſunt; De quibus ille. lib. 3. contra Epiſt. Parmeniani.

ASTHARITARVM, & Aſtharothitarum hæreſis eſt Iudęorum: qui à Moſe defuncto ad captiuitatem vſque Babilonicam Aſthar, & Aſtharoth figuras colebant, quę nomina Regum Syriorum, & Aegyptiorum fuerunt; quorum cum filij, & filiæ à ſuis populis colerentur, eis poſtea templa dedicarunt, in quibus cum mortem obiiſſent, eos ſepulturę mandabant, nomina Deorum, Dearumq; falsò eis aſcribentes, ſicq; ſacrificia perindè, atque Dijs illis offerebant. Aſthar autem lingua Siriaca (Beatum) Aſtharoth verò (idem quod opulentia, diuitię, Grex) ſignificat. Hæc impietas à gente Chaneorum, temp. Moiſis, & eius ſucceſſoris Ieſu filij Naue profecta eſt: ob quam cauſam iubet Dominus Moiſi, vt à terra prorsùs eos eradicandos curet. Deut. 13. 29. 31.

Aſtharitarũ, & Aſtharotitarum impietas.

Aſthar, & Aſtharoth quid ſignificet.

Eorum diſtructio.

ASTERIVS ſophiſta Cappadox primùm oſtentationis, & quęſtus cauſa philoſophando, poſt modum Arrianę hęreſis

pattronus temp: Marci papę, & Conſtantini Magni Imp. quā ab Arrio Magiſtro diſcipulus didicerat, euulgarę cępit an. D. 339. At tandem ambiens præclare aliciuius vrbis Epiſcopatum, perſecutione non tollerata diu diſsimulare nequiens, Diis ſacrificauit, atq; ob id ſacrorum adminiſtratio ei denegata fuit. Niceph. Eccl. hiſt. lib. 8. c. 53.

Ambitionis malus finis.

ATHEI ſunt, qui nullum eſſe Deum credunt cęci, & excordes, nullam eſſe rerum humanarum Dei prouidentiam, omnia agi fato, Animasq; vnà cum corporibus interire: talis fuit olim Diagoras, tales eius ſectatores Theodotus Cyrinæus, Euemerus Tegeates, Callimacus, Podicus, Cęus, Plinius, Lucianus, Lucretius, Doletus, ſed prę cæteris Epicurus Neoclis filius, Deum quidem eſſe dicentes, verùm eum ſe ſe ipſum conuerſum eſſe, neque quicquam curare negotii, neque item ſibi velle ab aliis exhiberi. Tales ſunt multi ex Euangelicis noſtris (inquit Lindanus) quemadmodum catholici priſci Deum verum per diem nouies adorabant, ita Dęmonem ſuum Deum inuocantes, atque colentes, facti ex Chriſtianis non modo Antichriſtiani, Iudæi, Turcę, ſed veri Athei, nec Chriſtum, nec Deum, nec cęlum, nec Infernum eſſe profitentes. Tales ſunt ex Catholicis facti luterani, ex Luteranis Zuingliani, ex Zuinglianis Suencfeldiani, ex his Caluiniſtę, mox Athei, Epicurei, illum occinentes verè beatum, qui (vt eſt apud Vergilium.)

Metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acharontis auari.

tales complures eſſe Geneuæ in Eccleſia, quam dicunt, Italica, illud apertè arguit, quòd cum de abolendo Pontificatu Ro. de Purgatorio, de Miſſa extinguendis, ceteriſq; Eccleſiæ dogmatibus delendis, vnus pręceteris eximiè ſui magiſtri mendaciorum Patris afflatu raptus, dicamus (inquit) Animam vnà cum corpore extingui, ſic Purgatorium cum Miſſa, & Ro. Pontefice ſemel abolebimus, ut filii ſuo patri homicidæ illi originali Diabolo probentur ſimillimi. Lindanus in ſuo dubitantio. At his ſuis locis.

AV-

AVDAEANI ab Audæo quodam ſyro natione, dicti ſunt: qui Damaſi papæ, & Valentis Imp. temp. an D. 380. Deũ putauit humana membra habere ex eo enim (fac. ho ad imag. & ſimilit. n.) intellexit Deum, vt hominem habere membra. Authore Teod. Eccl. hiſt. lib 4. c. 10. De his 6. de hęr. & Manich. l. Arriani. Quid per membra Deo tributa, inf. Vadiani.

AVGVRES ex Aegiptijs profecti, vel Moiſis tempore prohibiti ſunt. non inueniatur, inquit Deus, in te, qui Auguria obſeruet. Deut. 16. Quare ſi quis poſt baptiſma ad Auguria recurrat, opprobrium Aegipti portabit (inquit Hieronymus.) Quid autem proprium ſit Augurum apud Romanos, cæteroſq; Paganos, vide in ſecundo lib. hær. Augures, & quàm plura apud Alexandrum ab Alexandro Genialium dierum. lib. 5. cap. 19. Auguriorum inuẽtio prima ex Aegiptiis.

AVGVSTINIANI à quodam hæretici Boemo nomine Auguſtino ex ſacramentorum factione oriundo, denominati ſunt: qui pręter alias, quas in Eccleſiam protulit blaſphemias, nugabatur cęlum nondum reſeratum, ſed hominibus vſque ad extremum diem fore occluſum. Lindanus. Dubit. dial. 2.

AVXENTIVS Mediol. Epiſc. hæreſiarcha turbauit Eccleſiam ſub Iulio 1. papa, & Conſtantio Imp. an. D. 340. Eluidij hæretici Magiſter fuit, dignum ſanè patella operculum: At quia Arrianum dogma Anathemati ſubiicere renuit à ſanctis Patribus in Conc. Arrimin. hęreſeos condemnatus eſt, contra quem Doctiſs. & Sanctiſs. Patres Hilarius Pictauen. Epiſc. Auguſtinus, Ambroſius conſcripſerunt. Qui Ambro. in eius locum ſubrogatus tanta fide, & doctrina enituit, ut eo docente, & ſcribente, & egregiorum morum exemplum prę ſe ferente, vniuerſa Italia ad rectam fidem conuerſa fuerit. Gab. pr. Ambroſ. quantum pro fide Eccleſiæ pro fuerit.

BAALITAE à Belo Phęnicum Rege dicti, olim apud Iudęos hęretici, vel potius Idolatræ, cum eiuſdem Beli rei militaris peritiſs. nomen ex hominum memoria aboleri nollent, quòd illis multa præſtitiſſet beneficia, potiſsimùm Cyprios phęnicum littus infeſtantes magna cum eorum clade ſubigendo: poſt eius mortem ipſius Idolum effigiantes, & Baal nuncupantes, diuinis honoribus illud proſecuti ſunt. 1. Reg. 3. cũ hæc fuerit præcipua Iudęorum hęreſis, recenſeamus, quid variæ gentes de Diis ſenſerint.

Indi. Indi arbores maximas Deos putauerunt, quas ferro violaſſe capitale fuit.

Perſæ, & Maſſagetæ. Perſæ, & Maſſagetę cęlum, & Iouem: Solem verò Deum maximum dixerunt, equosq; illi ſacrarunt.

Druidæ. Druidæ Mari porrectum collem velut præſentem Deum coluerunt, quòd eo occluſa vallis ęſtu Oceani non inundaret.

Aegiptii. Aegipti Apim pręcipuo honore venerati ſolum reſponſa dare, proſperos euentus, aut futuras calamitates pręmonſtrare fabulabantur.

Arabes. Aethiopes. Aſsirii. Arabes, Iouem, & Bacchum: Aetiòpes ex Dijs vnum mortalem, alterum immortalem; nonnulli Panam, & Beneficium putant. Aſsirij vnum bonorum largitorem, alterum malorum eſſe volunt.

Celtiberi. Celtiberi cuipiam Deo, cuius nomen ignorant, plena luna nocturnum ſacrum facere, & ante cuiusq; fores ſaltibus indecoris pernoctare didicerunt.

Scythotauri. Scythotauri primùm pro hoſtiis Dianę aduenas immolabãt.

Laodicæi. Laodicęi Paladi Virginem ſacrificabant.

Arcades. Arcades Iouilicęo puerum occidebant: ſicq; vecordi animo homines victimas dare, & in ſacrificijs Deorum humanis oſsibus adolere, atque per cruciatum homines excarnificare ſolebant.

Phęnices. Carthag. Phęnices, & Carthaginenſes, infantes pręcipuo honore inſi-

gnes ſorte ductos in Regio ornatu Saturno immolabant, & cũ ob ciuium deplorationem ab huiuſmodi ceſſaſſent, victi ab Agathocle Deos propterea ſubiratos arbitrantes, ut nomen placarent, ducentos Nobilium filios mactarunt ad Aras. Crudelis Impietas.

In Chio, & Salamine, Diomedi, & Dionyſio homines diſcerpti iugulabantur: Virgines, & Pueri ad Aras uſque ad necem flagellabantur. Chius. Salamis.

Græcorum tanta fuit animorum inſipientia, vt in templis coire, & nefandis libidinibus immiſcere, ac pudendis genitalibus ſacrum facere, nefas non putarint. Græcorũ coitus in ſacris.

Romani his omnibus imbuti, Grecum, & Grecam, Galloſq; in foro Boario ad placandas Deorum iras, ſub terras, viuos defodere non veriti ſunt. Hæc ex Alexandro ab Alexandro Gen. dierum lib. 5. Romani. Viui defoſsi.

BACVLARES ſecta Anabaptiſtę ex 3. claſſe Euangelic. noſtræ ętatis, alio nomine Stebleri appellati, quòd gladium, telum, aut arma, præter baculum, portare nephas habeant inter deliros deputati: Quare his in ſuo delirio omiſsis, ad alios proficiſcamur.

BAGNOLENSES, ſiue Baiolenſes, temp. Leonis 3. papæ, & Conſtantini Imp. an. D. 796. in multis erroribus aſtipulabantur Albenſibus, inquit D. Ant. 4. p. tit. 2. c. 7. inter reliquos Chriſtianis nuſquã iurare licere aſſerentes: quem errorem hoc ſeculo noſtro reintegrarunt Pſeudoapoſtoli, ideo cum eis veniunt damnati. Gab pr.

BALAAMITAE hæretici à Balaam ariolo, & Pſeudopropheta appellati, docebant terrenos principes fornicari, & edere de Idolorum ſacrificiis. Apoc. 2. Videns n. Iudęos ad luxuriam promptos (ait Gloſſ. in num. 24.) conſuluit Balaam, ut pulchras mulieres adduceret, & poneret coram filijs, quarum pulchritudine capti ruerent in amplexus earum, & ſeducti comederent de ſacrificiis Beelphegor. Vnde Albertus hunc locum interpretatus dicit tempore Ioannis Euang. quoſdam in Eccleſia pergami extitiſſe, qui fornicari, & edere de Idolorum Balaam dicitur van' Populus.

ſacri-

ſacrificijs docerent, nullum id ſcelus aſſerentes. Iſtorum meminit Petrus Ep. 1. cap. 2. eos deſcribens irrationabilia pecora in corruptione ſua pereuntia, voluptatem exiſtimantes diei delitias, & coinquinationes, in conuiuiis luxuriantes ſecutos Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amans, correptionem ſuę veſanię habuit. ideò vę illis inquit Iudas in ſua Can. quia in via Cain abierunt, & errore Balaã mercede effuſi ſunt, & in contradictione corè perierunt: hi ſunt in Epulis maculæ conuiuantes. &c. Qui autem maximè Balaamitas dignoſcere vult, legat Num. c. 22. 23. 24. 25. & quàm elegantiori ſtylo Flauius Ioſephus Antiq. Iud. lib. 4. eos planè deſcribat.

Balaamitarum deſcriptio.

BALATIVS Dux Aegipti Arrianæ perfidię ſtudioſiſsimus fautor, temp. Iulii papæ, & Conſtantij Imp. an. D. 352. adeo Eccleſiam perſequebatur, vt animo veſano virgines, & Monachos nudos verberibus in publico afficeret: quare ad eum ſic ſcripſiſſe fertur. D. Antonius. Video, ò Balati, iram Dei ſuper te veniente, ideo ſine quęſo, vt facis, Chriſtianos perſequi, ne Dei vindicta te occupet, quę proximum iam tibi minatur interitum. Qua epiſtola ſpreta, cùm in ipſum Antonium ſęuire cępiſſet, dum cum Neſtorio Alexandriæ præfecto equitaret, morſu repentino Balatium equus in terram decuſsit, eiuſque femora dentibus lacerauit. Qui poſt tertium diem è uiuis ſublatus eſt, iuxta. D. Antonij vaticinium. Hęc D. Athanaſius in vita S. Antonij Eremitæ.

Balatii in Virg. & Monachos ſeuitia.

In hæret. prauitatẽ diuinæ vltionis potentiſs. miraculum.

BALTHASSAR Pacimontanus fuit inter primos author horrendę illius Anabaptiſtarum ſectę, quæ an. D. 1534. in principio Ianuarii vireſcere cępit in Vueſtphalia, Pauli 3. papæ, & Caroli 5. Germani Imp. temporibus, hic poſt Luterum, Carolſtadium, Zuinglium, Oecolampadium exortus primus ętate noſtra errorem veterum Donatiſtarum renouauit, non prodeſſe paruulis baptiſmum, atque ideo eſſe rebaptizandos. Quare cum ſuis Anabaptiſtis atque Donatiſtis olim expeditis, expeditur.

BARBAS Antiochenus Epiſcopus Arrianus fuit tẽp.

Cęleſtini papę, & Theodoſij iunioris Imp. an D. 427. ſucceſſor Dorothei Epiſcopi Arriani poſt annum 120. vitę ſuę defuncti; cum autem ann. 505. quendam baptizaret dicens, Baptizat te Barbas in nomine Patris, per filium, in ſpiritu ſancto, aqua euanuit, quo miraculo permotus, qui baptiſmum expectabat, confeſtim ad catholicam fidem tranſiuit. vt refertur lib. 9. ſupple. chron & 12. lib. Trip. hiſt. In bapt formã Arrianã miraculum.

BARBARA Sigiſmundi Imp. Germani coniux, qui an. D. 1411. in Imperium ſuffectus eſt ſub Pontifice Ro. Ioãne 23. ſtultas appellabat Virgines pro Chriſti nòmine paſſas, quòd voluptatis gaudia non guſtaſſent, animas cum corporibus interire, nec aliam futuram vitam aſſerebat, licèt tanto Imperatori eſſet matrimonio coniuncta, ſapientia, & probitate clariſsimo, qui cum ad Conc. Conſtantienſe eo tempore coactum peruenisſet ſub Natalem diem Dòmini functus Diaconi officio in Miſſa ſacrum Euangelium cecinit: Exiuit edictum à Cęſ. Aug. ex Gabr. pr. Imperatricis impietas impudica. Imperatoris pietas religioſa.

BARDESSANISTAE, vel Bardeſſanitæ à Bardeſſane, qui in Chriſti doctrina priùs quidem inſignis, ſed pòſt in Valentini hæreſim lapſus addidit de ſuo, Fato conuerſationes hominum eſſe aſcribendas, ut ait Aug. lib. 2. de hęr. licèt aliter referat Euſeb. hiſt. Eccl lib. 4. c. vlt. & aliter Epiph. lib. 80. hær. 56. quàm Aug. & Euſeb Pij P. & Antonini Imp. temp. an. D. 163.

BARTHOLOMAEVS Ianoeſius ex Inſula Minorica oriundus temp. Vrbani papę, & Caroli 4. Imp an. D. 1363. libellum edidit multas de Antichriſto continentem hær. de quibus ſuis locis lib. 2. ſed poſt eo pęnitente, & errores publicè abiurante libellus ille igni traditus in cineres cum authoris memoria redactus eſt. ex Gab. pr. Lib. hæreſum comburendi.

BASILIDIANI à Baſilide Alexandrino intemperantiæ magiſtro, qui temp. Alexandri papæ, & Adriani Imp. ann. D. 124. emerſit cum multis blaſphemiis: de quibus ſuis locis lib. 2. Vndè Hieronymus Baſilidē inquit transformatum fuiſſe in Iouinianum; referuntur. 1. q. 1. c. Martion, & Baſilides nõ

habere Euangelium, quia non habent ſpiritumſanctum. ideò fugite Baſilidem (inquit) ignatius, & totam collectionem indignitatis eius; fuit.n.Hereſiarcha relinquens viginti tria volumina à ſe confecta: ſed cum multa ſub nomine Thomæ, Matthię, & Apoſtolorum falſa conſcripſerit, iura Chriſtianæ veritatis violauit. Huius tandem impoſtoris damnatam hæreſim reintegrarunt noſtrę huius tempeſtatis Euangelici, vt refert Lindanus dubit. Dial. 2. Baſilides, inquiens, docuit Chriſtum humanam naturam non ex virgine aſſumpſiſſe, ſic hodie Melchior Hoffman (ait formula Eccl. Auguſtanę an. D. 1556.) ſic & Menno colloquio Vuiſmarienſi contra Micronium idem defendit. Ait Baſilides, Chriſtum ſecundum animam habere ſubſtantiam æternam: idem Seruetus in dialogis, & Poſtellus in claue abſconditorum ſentit.

Gl. in præfa. Euang. Lucæ.

Baſilidiani noſtri ſeculi.

BASSVS Cerinthi, Ebionis, & Valentini hęreticorum diſcipulus, & ſucceſſor paulò poſt tempora Apoſtolorum nequitię magicę peritiſsimus temp. Higini papę, & Antonini pij, Imp. an. D. 150. in 24. litteris, & 7. Aſtris rerum perfectionem, vitam, & hominum generationem poſuit, non in Chriſto ſalutem, quòd ſe eſſe α, & ω. idelt, principium, & Finem dixerit. ex Gabr. pr.

Baſſus perperàm intellexit Chriſtum eſſe α & ω.

BAYRAS hęreticus fuit de ſecta Iacobitarum, à quodam Iacobo ſyro genere obſcuro nuncupatorum, qui Eutychetis, & Dioſcori dogmate recepto ſub Honorio papa. & Heraclio Imper. id magnopere apud ſyros propagare ſtuduit an. D. 624. Hic porrò Bayras Satanę ductu cum aliis hęreticis Mahometi (qui cum eſſet litterarum rudis in Arabia apud Agarenos, & Saracenos prophetam ſe ſe venditabat, & Regem) adhęſit, ſuę perfidię propagandæ fautor, & doctor egregius, atq; peruigil, eum in diuerſis erroribus, quibus erat imbutus, inſtruendo. De quo F. Ricoldus, aliàs Richardus ord. præd. com. contra ſectam Maho. cap. 13.

Iacobus à quo Iacobitæ.

Mahometus ſe venditat prophetam, & regem.

BETRICVS patria Stauicen. natione Morauus, bellis aſſiduus, Orebitarum hæreticorum author temp. Martini 5. papæ,

Orebitæ.

pę, & Sigiſmundi Imp. an. D. 1418. ſpreta Religione Chriſtiana, calcatóq; Pontificio iure, vxorem publicè duxit, ex qua filios ſuę nequitię ſuſtulit, de incarnatione Chriſti malè ſentientes, lacerantes Eccleſiam, & cath fidem fraudolenter corrumpentes, & quoquot ſacerdotes noſtros intercepere, aut igne cremantes, aut nudos rigente hyeme ſuper glaciem colligatos relinquentes, aut deſectis virilibus abire permittentes: aduerſus quam hæreſim impiiſsimam Martinus 5. nominatim crucem decreuit. Aeneas Syluius de Orig. Bohemorum. c. 47. Impieas ſæuiſs. in ſacerdotes

BEGARDI, & Beguinæ. illi quidem qui & Fraticelli, ſeu fratres de paupere vita, vel Biſochi nuncupati Germaniā inferiorem incolentes. profeſsione Monachi Cęnobia habentes, tria vota emittentes, contra orthodoxam fidem varios ſecuti ſunt errores. Beguinę verò mulierculę honeſtè, & religiosè in muliebri contubernio degentes, nullum tamen votum emittentes, nec huius ſeculi facultatibus renunciantes, liberam illinc recedendi facultatem habentes in eoſdem inciderunt errores. Emerſerunt autem omnes temp. Io 22. papę, & Ludouici Imp. an. D. 1314. Qui demiſſa cuculla incedebant, lauta conuiuia quæſitabant, mulierum conſortium non reſpuebant, in Eccleſia humi ſedebant, nec oculos ad cęlum eleuabant, quò humiliores in ſuis autē hæreſibus ſuperbiſsimi, apparerent, de quibus in Clem. ad noſtram, contra hos ſcripſit Alpharus. lib. 2. de Planctu Eccleſię. Begardi, Biſochi, & Beguinæ.

BELITAE à Belo Rege Aſsiriorum, & Patre Nini, à ſole ita dicti, quòd ſol Aſſyriorum lingua Bel dicatur, Qui cum orientem potenti regimine multo tempore detinuiſſet, ei defuncto templum erexerunt Babylonij, diuiniſq; honoribus eum proſecuti ſunt. De qua hæreſi, vel potiùs Idololatria apud Iudęos Belitæ multis in locis diuinę ſcripturę accuſabantur. Vide ſuprà. Baalitę.

BERENGARIVS natione Gallus Archidiaconus Eccleſiæ Andagauen. litteris ſacris quidem parùm eruditus, ſed dialecticis quibuſdam captiunculis prorsùs deditus ſalacem ſecu-

li gloriam captare ambibat: qua de cauſa in tantam prorupit inſaniam, vt corpus, & ſanguinem Chriſti in ſacramento denegaret, temp. Henrici 3. Imp. & ſum. Pontificum Ro. Leonis 9. Victoris 2. Stephani 9. Benedicti 10. à quibus Conc. Vercelen. Turonen. & Lateranen. celebrata ſunt ad reuocandum quæ de ſacramento Euchariſtię Bereng. impiè docuerat ann. D. 1048. Qui (teſte Hoſius) poſtquam bis, aut ter errorem ſuum recantaſſet, graui morbo oppreſſus, non mediocrem prę ſe ferens dolorem, quòd multos in errorem hunc adduxiſſet, ſuſpirando, ac moriendo dixit: Deus meus hodie mihi apparebis ad meam ſaluationem (vt ſpero) propter pęnitentiam, aut ad duram meam damnationem, ſicut timeo, propter quos peruerſa mea doctrina deceptos, ad veram doctrinam ſacramenti reducere non potui. Quo in loco meritò conqueritur Lindanus de Carolſtadio, Zuinglio, Caluino, Melanctone, ac cęteris, qui hunc errorem apertè conuictum, iure damnatum, toties recantatum, tanta pęnitentia abiuratum adhuc etiam his temporibus ſuſcitare audeant.

Pœnitĕtia exemplaris Berengarii.

BERYLLVS Boſtrenæ vrbis in Arabia Epiſcopus, temp. Calixti papę, & Antonini Imp. an. D. 214. cum aliquanto tempore ſatis religioſè ſuam rexiſſet Eccleſiam, ad extremum contra Chriſti diuinitatem in hæreſim eſt lapſus; quam ita repreſſit Origenes, vt eum tandem ad meliorem mentem reuocarit, & eius impium dogma ita ab Eccleſia depulerit, ut prorsùs emendauerit. Euſeb. lib. 6. c. 21. Anton. 1. p tit. 7.

BEZANITAE, ſiue Bezani à Theodoro Beza natione Burgendo legumq; licentiato nominati, noua cum Caluiniſtis his temporibus ferentes, temp. Iulij 1. papę, & Caroli 5. Imp. an. D. 1550. ſecta fuerunt Antiluterani. Beza autem cum ob flagitia, mores illicitos, ac ſupplicio dignos concubitus, adeòq; adulteria, & infandas libidines, ſatanicis Epigrammatis, Martialis, & Catulli ſpurcitias ſuperantibus, in proſtibulo decantatis, magis ſuppliciorum metu, quam Religionis amore ex Gallia aufugiſſet, lauſanna etiam pulſus, ſe Chriſti Martyrem iacti-

Bezæ vita ex Lind.

iactitabat. Hinc conijce, qua vitæ ſanctitate porrò auſi fuerint Bezanitę in Dei omnipotentiam prorumpere, aſſerentes quòd efficere nequeat, vt corpus aliquod manente ſubſtantia ſit abſque loco, vel in pluribus locis &c. vt ſuo loco. lib. 2.

BIBLISTAE ad ſecundam noſtri temporis confeſsioniſtarum ſectam pertinent, in qua ſunt molles illi Philoſophi, & Vuittenbergen. Theologi, qui nihil proponendum, legendũ, recipiendumq; volunt, niſi nudum Bibliorum textum abſque vlla pęnitùs interpretatione, quòd omnes (inquiunt) ſumus diuinitùs edocti. Vnde Carolſtadius & Melancton cunctis combuſtis libris, ſcolaſticos Vuittenbergen. ad mechanicum opificium induxerunt, & Carolſtadius in Villa agricola ruſticus, & Melancton in piſtrino pinſendi artem meditatus, vterque ut beſtiæ ſtolidę victitabant. Staph. Stoliditas, ac demen tia hæreticorum.

BISOCHI, vide ſuprà Begardi.

BLASTVS, & Florinus ambo ſuam inſtituerunt hæreſim temp. Eleutherij papę, & Commodi Imp. ann. D. 182. contra quos ſcripſit Irenęus ad Blaſtum quidem de ſchiſmate lib. 1. ad Florinum verò, de Monarchia, & quòd Deus non ſit author malorum lib. alium. Euſ hiſt. Eccl. lib. 5. c. 20. Florinus.

BOHEMI ſunt populi Saxonibus ad meridiem iuncti, apud quos multa (inquit Aeneas Syluius) emerſerunt memoratu digna, prælia geſta, ſanguis effuſus, ciuitates deletę, conculcata Religio. hinc exorta eſt Huſsitarum hęreſis, Adamitarum inſania. hinc Io Huſs. & Hieronymus Braga populum decepere, in Conſtantien. magna ſynodo demùm combuſti. Hinc Iacobellus, Conradus, Petrus Anglicus emerſerunt Euangelii corruptores; ac per omnia Bohemi Vualdenſium errores ſunt ſecuti; nam interceſſerunt anni plùs minùs centum quadraginta, cum vicinam Polonię Bohemiam lepra Vualdenſis infecit, quò factum eſt, vt bona pars illius ab orbe reliquo Chriſtiano ſe ſe miſerè pręciderit. Syluius. in Europ. Coſm. cap. 35. Hoſius lib. 1. de hær. Huſsitarũ hæreſis. Hæreſis quò tandẽ conducat.

BEGOMILES hæretici emerſerunt temp. Alexandri 3. P.

&

& Alexij Imp an D.1179. hoc eſt, lingua Sarazina, gens miſericordiam inclamans, cōtra Eccleſias blaſphemando dicentes, in eis habitare Dęmones, in templo Salomonis ſuam tenuiſſe ſedem, & S. Sophiam magnam Conſtinop. Eccleſiam occupaſſe & c. ſuo loco. Euthym.p.2. Panopl. tit. 23.

Alii Monoſiacos, uel Monoſolitas à Monoſo legunt.

BONOSIACI à Bonoſio quodam Epiſcopo exorti temp. Liberij papæ, & Conſtantij Imp. ann. D.358. Chriſtum Dei filium negantes cum Arrianis damnantur de celebr. Miſſę c. in quadam. Vnde Gregorius Bonoſij ordinationem vocat damnationem. Diſt.1.q.1.

BONONATVS in Catalonica Regione, Villafrãca de Penades, Primicerius, & hęreſiarcha pluriũ Begardorum fuit, temp. Io.22. papę, & Ludouici Imp. an. D.1314. qui abiurare recuſans, vt impęnitens ſeculari curiæ traditus, cùm iam igne applicato ex vno latere aſſatus fuiſſet, timore pęnę, & mortis impendentis ſe finxit pęnitere: ob quod dimiſſus cùm peiorē, quàm antè cum aſſeclis in eadem hęreſi ſe geſsiſſet: ad extremum viuus fuit igne conſumptus, & per Barginon. Ep. & F. Guilhelmum de Coſta Fidei Inqui. eius conuentus damnatus, & domus in Villafranca ſolo adęquata Gabr. pr.

Poſt impęnitētis ſententiam, rara fit uera pœnitētia.

Borboriani quaſi cęnoſi.

BORBORIANI, ſeu Borboritæ ob nimiam, quam in ſuis myſteriis exercent turpitudinem, quaſi cęnoſi appellantur. Hi n tempore Xiſti papæ, & Adriani Imp an. D.129 implicati vitijs ſeculi, & malis concupiſcentijs ſeruientes, non ſperant futurum Dei iudicium, carnalem ſeculi concupiſcentiam approbantes, tanta nempè eſt Cacodęmonis aſtutia in decipiendis hominibus, vt nullum eis ſuggerat fore iudicium, nullam imminere pęnam, quò liberiùs ad quodlibet vitium pertrahantur. Phil. Iſtorum err. in Gnoſt. & Manich.

Diabolus aufert timorem, ut libertas fit peccandi.

BOQVINII ex famoſiſsima ſacramentorum noſtri ſeculi factione, inter Caluiniſtas docent Chriſtum non pro omnibus, ſed tantùm fidelibus, ac piis mortuum, à quibus ſolis in cęna corpus eius manducatur. contra illud vult omn. Sal. fieri, quia pro omnibus mortuus eſt, Gabr. pr.

1. Tim. 2.

BRA-

BRACHITAE ex numeroſa Manichæorum colluuie progreſsi temp. Euthychiani papæ, & Taciti Imp an.D. 280. conuenientes in vnum cum Gnoſticis aduerſus Dominum, & aduerſus eius fidem, Animàm hominis Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia eſſe dicebant. De quibus.C de Hær. & Manich.

BRENTIVS Germanus vir eloquentia, & ingenio prędi tus ſecta Semiluteranus, ex Euangelicorum noſtri temporis factione emerſit temp.Pauli 3.papę,& Caroli 5.Imp.an.D.1540. De quo in principio lib de hær. ſic ſcribit Hoſius. Sataniſmus non aliundè ſumpſiſſe videtur originem, quàm ex quatuor capitibus, quæ in libello ſuo docet Brentius. Nam dum vnuſquiſque ſibi de Doctrina Religionis iudicium arrogat: dum arbitratu ſuo ſcripturas interpretatur, nihil in eis difficile, nihil obſcurum iudicans: dum pręter eas nihil recipi, & traditiones patrum prorsùs reiici debere cenſet: dum Eccleſiam neque videri, neque cognoſci poſſe credit, ita ut liberum ſit cuique cętui nomen Eccleſię vindicare: quis non uidet ex his Doctrinæ Brentij capitibus, (cuius primus auctor fuit Martinus) natum eſſe sataniſmum, qui nunc regnat in multis Germanię partibus: in quibus tot ſunt fides, tot Eccleſię, quot ſunt hominum voluntates? Hoſius.

Io. Brentius.

Hæreſum fundamenta ſunt.
1. Propr. de Relig. iudicium.
2. Propr. de ſcript. interpretatio.
3. Patrum tradit. contemptus.
4 Nulla de Eccl. cognitio.

BVCERVS patria Argentinenſis apoſtata Monachus ex ſacramentariorum quidem factione, temp.Clementis 7.papę, & Caroli 5.Imp an.D.1530. ſed tàm varius, vt nec ſibi in ſectis conſtiterit. à R. ſiquidem D. Stephano Vuinctonienſi Anglo Plagoſus dicitur, quòd inſigniores ſectas ſectatus, vndiq; vapularit: primùm in Luteri ſectam iurauit, ſed ei non fidus perſiſtens ſe ſe ad iurati hoſtis Zuinglij caſtra prorupit contra Luterum dimicans: ſed mox ubi Zuinglius inter arma parricidalia à ſe concitata corruiſſet, iterum Lutero ſe ſe coniungere ſtuduit, à quo pridem falſi publicè notatus fuerat. Dehìnc mutata velificatione cum Vuicelio iam ad Eccleſiam reuerſo ille ipſe contra Luterum meditabatur pacis, & concordiæ formulam. Vt autem in Chriſtianiſmo inconſtantiſsimus, ita in Iu-

Martinus Bucerus inconſtantiſsimus.

daiſmo

daiſmo conſtantiſsimus fuit, vt pręter vſuras defenſas, licitas poſt Chriſti aduentum ſub mortem, narrent occulati teſtes, reuocaſſe in dubium. Moritur autem ann. 1551. die 27. Feb. Cantabrigię apud Anglos exul metu Cæſaris: ſed ann. 1557. die 21. Febr. reintegrata Religione, animaduerſum eſt in oſſa Fagij, & Buceri, quòd indignè viderentur piis, quæ in ſacro loco ſepulta quieſcerent: quare defoſſa in Anglia combuſta ſunt. Lindanus.

Iuſtitiæ executio in demortuos hæreticos.

BVDDAS, qui & Terebinthus Manetis hæretici præceptor temp. Felicis papę, & Aureliani Imp. an. D. 273. in Græcis diſciplinis Empedoclis hęreſim ſecutus (qui duo rerum principia dixit, contentionem, & amicitiam) è Virgine ſe genitũ, & in montibus educatum mentitus eſt. Quatuor compoſuit libros, quibus falſorum nomina indidit Myſteriorum Euangelij, Theſauri, Capitulorum. quare à Dæmone tortus interiit. Suidas.

Dæmon ultor hæreticorum ex Dei iuſtitia.

BVGAVRIVS cognomine de monte Falcono author fuit eorum, qui in Religione Catalonien. dogmatizarunt, nullum opus eſſe bonum niſi ex ſyncero amore fiat, quacunque ex cauſa etiam ſpe mercedis æternę. Qui error publicè, ac ſolemniter per ſancium Terracon. Epiſc. fuit condemnatus. Gabr. pr.

BVLGARI alio nomine Myſij inter Iſtrum, & Aemum montem habitacula ſortiti, Chriſtiani primùm facti multis annis ſub obedientia Ro. Pontificis degerunt validiſsimi Chriſtianorum propugnatores contra Turcam. in qua gente Nicolaus papa tantum profecit, vt pulſo inde Photino hęretico, Rex maiori natu filijs tradito Regno, habitum ſuſciperet Monachalem: ſed ob locorum confinia cum Imperatoribus Orientis ipſi communicando, cęperunt tandem in ritus Græcorum degenerare, in quibus hucuſque permanent. Blondus Hiſtor.

Comercium cum hæreticis, quam periculoſum.

CACAN-

CACANGELICI ſunt, quos Paulus vocat Pſeudoapoſtolos, operarios ſubdolos, Chriſti transfigurantes, in nouiſsimis temporibus ſe ipſos amantes, cupidos, elatos, ſuperbos, habentes ſpeciem quidem pietatis, ſed virtutem eius abnegantes, prurientes auribus, à veritate auerſi ad Fabulas ſe conuertentes. En Luteranorum (inquit Hoſius) ſe ipſos amantium cupidorum &c. in aures noſtras quàm ſuauis pruritus: Quis non peccet impunitiùs cum nulla ſua, ſed ſola Chriſti iuſtitia ſe ſaluum Fore ſibi perſuadeat? Quis non peccet impunitiùs, ſi nullum eſſe meritum bonorum operum arbitretur, etiã eorum, in quibus à Deo creati ſumus, etiam in virtutibus ſanctorum, in quibus iuſtitia meritorum Chriſti fulget, vt ſol in gemmis? Quis non peccet impunitiùs, cùm omnem iuſtitiam, & ſanctitatem noſtram merum eſſe peccatum, & rem damnatam crediderit, atque adeò nihil valere opera noſtra ad diuinam gratiam demerendam, vt quò quiſq; turpior eſt, eò citiùs illi Deus gratiam impartiatur? Hęc Hoſius.

1. Cor. 11.
2. Tim. 3.
2. Tim. 4.

Luteri doctrina homines fieri deteriores.

CAINANI, ſeu Caini dicti (teſte Aug.) quòd Cain Fratricidam colant, quos Tertullianus appellat Chaldęos, Iudam proditorem adorant, legem Dei blaſphemant, & reſurrectionem negant; ob idq; Marcionis errores Irenęus, & Auguſtinus illis tribuunt, à quo creduntur habuiſſe ortum, indeque ſub Pio papa, & Antonino Pio Imp. inſultaſſe, an. D. 159. Vide Auguſt. de hær. c. 38.

CALICVLARII (inquit Lindanus) communionis ſub vtraq; ſpecie neceſsitatem, quam à Petro Dreſdenſi inuectam, notum eſt, fuiſſe in Conc. Conſtantien. damnatam, ab orco reuocarunt.

CALVINISTAE nunc apud Gallias famoſiſsimi, dicti ſunt à Io. Caluino ſummo hęreſiarcha Picardo natione, patria Nouiodunenſi. Qui temp. Pauli 3. papę, & Caroli 5. Imp. an. 1534. emergens (teſte Lindano) Gallicani ingenij fauſtu, va-

Caluini vita ex Lind. Dubit. Dialog. 2. Caluinus Profugus. næ eloquentiæ cothurno, ac doctrinæ ſuę opinione tumidus, primùm Baſileæ deliteſcens, tùm Argentorati exulans, ac Profugorum ibidem factus concionator, poſt Geneuenſis Eccleſiæ arrepta gubernatione contra Dei legem, pulſo Epiſcopo, non modò ſubaudiam, ſed totam Galliam ſuis infecit, euertit, perdidit blaſphemiis propter nouum ſuę cęnę figmentum: quo Chriſtum licèt abſentem, imaginatur ſua tantùm vi, & efficacia præſentem per Metonymiam: in quo neque ſuo cum patre Farello, aut Oecolápadio, neque ſuo cum auo Zuinglio conuenit. quorum vtrunque reprehendit, quòd cęnam Domini non rectè tractarint: ſed iis tandem palinodia eſt reconciliatus.

Caluinus Inconſtantia, dolus quo vafer ſuam propagauit ſectam. Porrò (inquit Io. Vetus in prima ſua Religionis, & Regis Francorum defenſione) audiens Caluinus Luterum iam ſuperioribus annis in Germania contra ſummi Pontificis, & Epiſcoporum deprauatos mores acerbiùs debacchatum, idque non modo impunè, ſed etiam cum quadam gloria, & eorum approbatione, qui faſtidio veteris diſciplinæ, ac nouę ſtudio tenebantur, Vrbe Geneua occupata, ſummaq; ſacerdotij poteſtate à ſuis impetrata, memor conſiliorum, quibus ſeditioſi in Athenienſium, & Romanorum Imperiis ciues viguerant, continuò exclamare profiteri, denunciare cępit veram pietatem hactenùs ignoratam, ſibi eſſe patefactam: ſe vnum eſſe, qui pluſquã

Caluini arrogãtia ſimul & impoſtura maiores, & quotquot mille, & quingentis annis vixerint, ſciat, videat, intelligat: ſicq; Patres noſtros Idolorum cultores, deluſos, obcęcatosq; fuiſſe, ſe autem verum Chriſti cultum quodam diuino ſpiritu cognouiſſe: noſtros Epiſcopos, impoſtores, Antichriſtos, & ſceleratorum duces hactenùs extitiſſe: ſuos

Quorũ ſit Caluinus Receptaculum. verò Chriſti nuncios, Apoſtolos, & Doctores fore: ſe ſe Aſylum in proximis Gallię finibus conſtituiſſe, ac muniuiſſe, ad quod exules, damnati, aborigines, & omnium ordinum, gentiumq; perditi, ac deplorati greges ſuis finibus ablegati confugiant, & in quo tanquam in tutiſsimo portu placidè conquieſcant, ſignificat: & vt fictitiam ſuam doctrinam fictitio confir-

Miraculo ficto conatur Calu. maret miraculo, fide digni quidam narrant ex Burgundis (inquit

quit Lindanus) Caluinum pro concione publica quendam ſtipendiolo, vt ſe ſe mortuum ſimularet, conductum, voluiſſe quaſi in uitam reuocare: qui vbi ſe ſe in Feretro imponi fuiſſet paſſus, in templum perlatus, diuina vltione verè repertus eſt mortuus, fruſtrà Caluino inclamante (ſurge ſurge in Chriſti nomine, tibi dico ſurge) hacque de mariti iniuria vxorem fuiſſe apud Magiſtrum Geneuenſem grauiter conqueſtam, collectaq; informatione, rem fuiſſe veram deprehenſam, ſed in gratiam ſui Euangeliſtæ ſuppreſſam. Haud ita pridem in Polonia non longè à Cracouia Pago Biethzazè quiddam fuiſſe tentantum ſimile narrat D. Franciſcus Turrianus lib. 1. dogm. Charact. V. D. Nam concionator Caluiniſtę Euang. confirmandi gratia quendam Mattheum certo conduxit ſtipendio, qui ſe mortuũ ſimularet, & ad clamantis vocem ceu mortuus reſurgeret. at contrarium euenit. Vbi enim ille pſeudoeuangeliſta clamauit (ſurge Matthęe in nomine Chriſti, cuius Euangelium prædico) viuus factus eſt mortuus. Et vxor quę nuper finxerat lachrymas, nunc verè lachrymans in concionatorem illum, non paſtorem, ſed impoſtorem inuecta ſuo malo, nouo fidem habuit Euangelio. Quò factum eſt, vt Caluinus huiuſmodi fraudum inuentor, & exactor impiiſsimi Herodis morbo, hoc eſt, pediculari tandem miſerrimè, & ipſe obierit. Qui de eius fraudolenti vita, neniis, & impoſturis plura vult, legat Hoſium, & Claudium Sanctesium.

ſuum confirmare Euang.

Concionator quidã Caluiniſta ficto miraculo deluſus.

O Miraculum, de uiuo fieri mortuum.

CAMPANISTAE ſunt ex tertia Euangelicorum claſſe noſtri temporis Antiluteranorum, qui Luteri occaſione ab Eccleſia diſſentientes dogmata ſectantur Lutero contraria dicti à Io. Campano; De quo Hoſius, exorti ſunt demum, inquit, e ſchola Luteri Io. Camp. & Michael Seruetus, qui lib. aliquot de Trinit. erroribus plenos ediderunt, ex Arrio, & Macedonio in lucem reuocatis, fidem in Niceno, & Conſtantinop. traditam labefactare conando. Gab. Pr.

Io. Campanus ab orco reuocauit errores Arii, & Macedonii.

CAMPATES ſunt ſecta Donatiſtæ, Romæ quidem Montenſes quondam nuncupati, ſed à D. Hieronymo in Epiſt. con-

tra Luciſerianos ſic appellati, circumcellionibus, & Donatiſtis in Dogmate aſtipulantur, ideo cum eis damnantur.

CAMPENSES à Campe quod flexum ſignificat, nomen ſortiuntur; undè Ptolomęus Campas Ciliciæ partem facit eam, quæ inflexo litore deflectit ad Syriam. Hęretici ſunt (inquit Hieronymus) cum Tarcenſibus copulati, & cum Arrianis concurrentes nihil aliud ambiunt, quàm vt auctoritate noſtræ communionis tres hipoſtaſes cum antiquo ſenſu prędicent. vide D. Hierony. Epiſt. ad Damaſum.

Andreas Carelſt. primus omnium dimittens ſacerdotiũ, abrogat Miſſam, & eius ſacrificium.

CAROLSTADIUS vir inſanus, natione Germanus, primùm Archidiaconus Vuittenbergen. ſed poſt ex ſacerdote laicus factus, primus ex clero vxorem duxit apud Germanos, Luteri quaſi frater iuratus, ſed ei poſtea in dogmate ita aduerſarius, vt alter alteri factus ſit pluſquàm hęreticus, temp. Clementis 7. papę, & Caroli 5. Imp. an. D. 1524. Baſileæ cum Io. Oecolamp. & Zuinglio primus omnium ſcriptis libellis damnatum Berengarii errorē renouauit in cęna D. non diſtribui verum corpus, & ſang. Chriſti, cum eo iam iudicatus eſt G. P.

Marcella inuentrix, huius ſectæ ſecundum Aug. Carpocrates impurus voluptarius.

CARPOCRATIANI, ſeu Carpocratitæ à Carpocrate dicti ſunt, temp. Xiſti papę, & Adriani Imp. ann. D. 129. Qui (teſte Niceph. lib. 4. hiſt. c. 2.) ęqualis fuit Baſilidi, & Gnoſticorum auctor, & palàm artem magicam exercuit, quam Pater eius Simon clàm, & ſubdolè fuerat profeſſus. Gloriam aucupabatur per eos, quos conficiebat, amores, per ſomniorum viſiones, ac Dęmones aſſeſſores, docens omnem, eos oportere turpitudinem perpetrare, qui ad perfectionem ſacrorum ſuorum peruenire vellent, atque infandis fęditatibus omnibus ſatisfacere, quid mirum poſtea ſi Chriſtum ex puritate Virginea, non percipiens, ex ſemine Ioſeph dixit natum? &c. ex Nic.

CATAPHRIGIS hæreticis Phrigiæ prouincia nomen dedit, quòd ex ea eorum auctores Appelles, & Montanus, ipſiusq; Prophetiſſę Priſca, & Maximilla origine duxerint. Floruerunt autem temp. Soteri papę & Cõmodi Imp. an. D. 181. contra quos ſcripſit Appollinaris, Hieropolites, Melciades

papa,

papa Rhodon Aſianus, & Appollonius ſcriptor Eccleſiaſticus, vt Euſeb. Cęſ. lib. 5. cap. 15. 18. & lib. 7. cap. 19. teſtatur. Iſtorum hęr. damnantur cum Mont. Priſc. Maxim. & recenſentur lib. 2.

CATHARI, Nouatiani ſunt à Nouato Ro. Eccleſię preſbytero, temp. Stephani papę, & Galieni Imp. an. D. 256. emergentes, ſic appellati. i. ſanctuli, puri, vt pote qui ſe ſe dicerent ſine peccato eſſe. De quibus D. Tho. contra impugn. Relig. c. 6. D.Tho.de ait. Error Vigilantij, qui conſilium de paupertate euang. auſus Vigillan- eſt omnino deſtruere, per ſucceſsiones errantium vſque ad hos ſio. dierna tempora peruenit, qui & in hæreticis, qui Cathari nominantur, permanſit.

CATHARI ALII, ſiue Cathariſtę à Catharis diuerſi, & Nouatianis poſteriores ad Manichæorum familiam pertinẽt: Nam Aug. de hær. c. 46. in tres ſectas diſſectos ait Manichęos, in ſe ipſos, Macarios, & Cathariſtas, ideſt mundatores, quòd alimenta eſſe immunda aſſererent, ſemine humano admixto fa- horrenda rinam ad conficiendum panem pro Euchariſtia mundare di- purificatio centes, cum damn. Manichæis. emerſerunt autem ſub Felice papa, & Aureliano Imp. an. D. 279.

CAELESTIANI à Cęleſtio quodam Monacho dicti ſunt Pelagio contemporaneo, ſub Innocentio papa, & Archadio Imp. an. D. 405. qui tantum cum ſuo Magiſtro Pelagio lib. arbitrio tribuebat, vt diceret abſque gratia Chriſti hominem omnia Dei præcepta implere, & ſuis meritis vitam ęternam conſequi poſſe, quod D. Aug. lib. de perfectione iuſt. ſexdecim refellit argumentis. & tandem de fide cath. inquit, cum Cæleſtius, atque Pelagius in Epheſina ſynodo ſint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores?

CERDONIANI à Cerdone mago, & hæretico nuncupati ſunt, qui temp. Higini papę, & Antonij Imp. an. D. 144. viguit. De quo Irenęus Cerdon, inquit, à ſectatoribus Simonis, impietatis ſuę occaſionibus ſumptis Romam venit ſub Higino nouum locum Epiſcopalis ſucceſsionis ab Apoſtolis ſortito, ibiq; docuit eum, qui à lege, & Prophetis prædicatus eſt Deũ,

non

non eſſe patrem D.N.Ieſu Chriſti, hunc quippè noſci, illum eſſe ignotum: cui Marcion ſuccedens doctrinam eam adauxit ſine pudore, & verecundia blaſphemans. Iren. lib. 1. ad. hær.

CERINTHIANI à Cerintho homine hęretico, & peſſimis moribus aſſueto, dicti ſunt: qui fuit de ſtirpe Iudęorum (vt putatur) quòd Ioanni Euangel. fuerit coęuus, temp. Petri Apoſtoli, & Neronis Imp. an. D. 69. Ait ſiquidem Irenæus lib. 3. ad. hær. c. 3 veniſſe aliquando Ioannem Euang. in Balneum, & illic reperiſſe Cerinthum cum conſortio ſuorum ſedentem, inter quos Cerinthus acerrimè diſputans impudenter blaſphemus Chriſtum eſſe Deum negabat; propter quod ſurgens Ioannes monuit amicos, qui aſsidebant, vt vnà ſecum abirent, nam non velle Deum ampliùs ferre blaſphemias tàm impudentes: quo egreſſo illicò collapſa domus Cerinthum cum ſua cohorte extinxit. Cerinthum porrò (teſte Lindano) iudaizantem, Chiliaſtę reſuſcitarunt Anabaptiſtæ noſtri temporis, corporale Chriſti Regnum poſt reſurrectionem expectantes. Iren.

Cerinthus ob blaſphemias hæreticales ruina domus oppreſſus.

Cerinthiani moderni.

CHAZINZARII hæretici ſunt ex Armeniorum familia (cuius hæreſis radix extitit Iacobus ſyrus genere prorsùs obſcurus) exorti temp. Theodori papæ & Conſtantini 3. Heraclij filij Imp. ann. D. 640. ut refert Gabr. prat. eodem titu: Chazus verò (teſte Niceph. lib. 18. c. 54. hiſt.) crux à Chazinzaris dicitur, quòd ipſi crucem ſolam adorent, in hoc à Iacobitis, quibus primùm in omnibus conſentiebant, diſſentientes; quòd illi vnam in Chriſto, cum duę ſint, ponebant naturam, iſti duas (cum una ſit) ponebant perſonas. Et quod nequiſsimum eſt ob canis obitum, quo Sergius quidam à Dęmone agitato plurimùm aduentus ſui deſignatore, dicitur fuiſſe vſus, ieiunia, quę Arziburi à nomine canis illius nuncupati, obſeruauerunt, eorũ ſucceſſores ſuperſtitioſiſsimè obſeruabant Nicep.

Arziburi à cane ſic nuncupato dicti, in cuius gratiam ieiunabant.

CHILIASTAE Cerinthiani ſunt ſecta, eos cum Cerintho obſeruantes errores, à Chilè gręca appellatione dicti, quod mille latinè ſignificat: quòd mille annorum poſt mortuorum reſurrectionẽ fore dicant Chriſti regnum terrenum, ac ſanctos

Chiliaſtę græcè millenarii, latinè.

cum

rum eo epulaturos; emerſerunt autem temp. Xiſti papæ, & Adriani Imp. 130. Quorum author ſecundum Irenæum, fuit Papias Hierapolitanus Antiſtes. Niceph.

CHRISTOPHORVS Schaphlerus natione Germanus, ſecta Luteranus an. D. 1525. temp. Clementis 7 papæ, & Caroli 5. Imp. duodecim conſcripſit articulos de libertate Chriſtiana, inter quos nollebat tributa magiſtratui eſſe pendenda; ex qua doctrina ſpe libertatis acquirendę, maxima pars ruſticorum accenſa dicitur arma aduerſus legitimos Magiſtratus cępiſſe, ſed tandem vi, & armis principum veluti pecora trucidati pęnas temerarii ſui inſtituti dederunt. Gab. pr.

CIRCVITORES, alio nomine, circuncelliones, ſeu Scotopitæ dicti Aphricani natione, genus hominum (auctore Auguſt.) agreſte, & famoſiſsimę audaciç non ſolùm in alios immania facinora perpetrando, ſed nec ſibi eadem inſania, & feritate parcendo per mortes varias præcipitiorum, aquarum, ignium ſe ipſos necare ſtudebant, alios in furorem hunc ſeducentes, vt ſe ipſos occiderent: quod ſi facere renuiſſent, mortem eis procurabant, ſic Martyres ſe fieri dicentes. cum autem ad Donatiſtas eos pertinere dicat Aug. colligitur fuiſſe temp. Iulij papæ, & Conſtantij Imp. an. D. 349. Aug lib. de hęr. c. 69.

aliàs Circelliones.

Circuitorum crudelitas.

CLAVDIVS Taurinenſis Epiſcopus Anglus genere, Ioan. Vuicleffo eiuſdem, & nationis, & hereſis ferè coęuus, Dux, & Magiſter fuit eorum, qui crucem dominicam nullo modo adorandam eſſe dicunt: cum Vuicleffo colligitur extitiſſe temp. Innocentij 6. papæ, & Caroli 5. Imp. an. D. 1552. Gab. pr.

CLEOBIANI à Cleobio, qui inter primos hæreticos fratrum vnitatem ſcidit, dicti ſunt, ſub Domitio Nerone, & Petro Apoſt. an. D. 51. de quo Ignatius Ep ad Tral. fugite (inquit) ipſius nequiſsimi Diaboli nepotes, Theodotū, & Cleobolum, qui generant fructū mortiferum, de quo ſi quis guſtauerit, ęterna morte morietur. Vnde hi fuerunt primi ſeptem hęretici, inquit Euſ. l. 4. c. 8. Theobutes, Simon, Cleobius, Doſitheus, Gorthæus, Masbutæus, & Menander, de quibus ſuis locis.

Eccleſia an. 51. cœpit hæreſibus agitari, quæ ante dicebatur virgo doctrina falſa non corrupta.

33 Collu-

COLLVTHIANI à Colluthо Aegiptio, Arrianis fauente exorti ſunt temp. Syluestri papæ, & Conſtantini Imp. an. D. 315. Hic (auct. Aug. de hęr. c. 65.) dicebat, Deum non eſſe malorum factorem, qua de re vt hæreticus damnatur, cum conſtet ex ſacris litteris afflictionem à Deo inferri, & hanc vocari malum. At non durauit hęc hæreſis, ait Epiph. ſed ſtatim diſparuit.

Iſaiæ. 5. Amos. 3.

COLORBOSII à Colorboſo, Menandri, & Marci, hęreticorum, & magorum aſſectatore nuncupati, vixerunt ſub Higino papa, & Antonio Pio Imp. an. D. 152. hominum vitam, & generationem ex 7. ſideribus affirmantes &c. Aug. de hęr.

COLLYRIDIANI (auct. Epiph.) dicti, quòd ſtata quadam die anni Collyridem V. Mariæ offerrent, illam vltra decorum glorificantes. hoc enim ſacrificio eam vt Deum colebant. emerſit hęc hær. temp. Siricij papę, & Theodoſij Imp. Qui autem hoc doceant, mulieres ſunt, quod genus lubricum eſt, erroneum, ac intellectu humili preditum. Epiph.

Genus muliebre quã lubricum.

COMMVNIHABENTES ſunt ſecta Anabaptiſtę, qui (Auct. Staph) & vxores, & liberos, & omnia ſibi in Rep. communia eſſe dicebant, vt Plato in ſua Rep. inſtituit, & olim Nicolaitæ, & nupèr Monoſtatienſes Euangelici Prophetę, concupiſcit ſpiritus meus carnem tuam, inquiunt, veni itaque faciamus mirabilia. Staph.

Indulgentia carnis æffrenata.

CONCORDENSES, ſeu Cozocenſes hi ſunt, quos S. Antoninus 4. p. ſum. T. 11. c. 7. cum Albenſibus in multis erroribus conuenire, & in paucis diſcordare aſſerit.

Concordẽſes ſunt q ſupra dicũtur Albanenſes.

CONDORMIENTES ſecta Anabapt. iubent prę nimio ſui Euang. amore, viros, & fęminas iuuenes, & virgines vno conclaui viuere, & cubiculo dormire; ſic quondam in Burgundia, & Bohemia deinceps Grubenhiemeri, extinctis luminaribus dicebant ad omnes promiſcuè, Creſcite, & multiplicamini. Hęc Staph.

Grubenheimerli

CONONITAE à Conone Alexandriæ Epiſc. nominati, temp. Pelagij 2. papę, & Mauricij Imp. an. D. 584. viguerunt, qui (teſte Niceph.) tres Deos, aut tres Deitates omnino dicere

re tergiuerſantur. &c. vt in 2.lib.

CONTABABDITAE à loco quodam nomine hoc ſumpto, appellantur, primùm Seueritę à Seuero ipſorum ſectę duce, nuncupati, cum eo in Trinitate deficiunt. Niceph.

COPTI (auct. Bern. Lutz. ord. Pręd.) Chriſtiani quidem ſunt, ſed hæretici variis in locis, & circunfuſè Indiam incolentes; Vtuntur autem in ſuis Eccl. libro quodam fabuloſo, ſecreta Petri appellato, legentes in Miſsis ſuis Euang. Nicodemi. Vbi prudenter notat Capriolus diuerſarum ſectarum in India eſſe Chriſtianos, Coptos, Iſinos, Mandepolos, Abaſinos vulgari nomine Indianos nuncupatos. De quibus ſuis locis. **Legitur Euang. Nicodemi apud quoſdam Indianos.**

COSMIANI à Coſma hęretico dicti, Marcellianis aſſentientes in 2. ſynodo vniuerſ. Conſtantinop. damnati, anteſecularem ſubſiſtentiam, & diuinitatem Chriſti, & interminatum eius Regnum abolent. &c. De quibus Niceph. hiſt. lib. 9. c. 11.

CRESCONIVS Grãmaticus ex ſecta Donatiſtarum fuit, qui temp. Liberij papę, & Conſtantini Imp. Eccleſiam Dei maximè infeſtarunt an. D. 358. contra hunc, cum Donato filium patre minorem, & filio ſpiritum ſanctum impiè aſſerentem, libros 4. ſcripſit Aug.

CYNICI Philoſophi ſectatores Antiſthenis, ita dicti ſiue à Cynoſarge Gymnaſio in quo Antiſthenes primus hoc nouũ genus philoſophiæ introduxit: ſiue à canina mordacitate, qua in hominum vitas nullo diſcrimine inuehebantur: ſiue ab eò quòd canum more in propatulo coire non dubitarent, quemadmodum de Crate, & Hipparchia tradit Laertius, aſſerebant licere cuique commiſceri fęminis inſtar canum omni pudore ſublato. Valdenſes, & conſimiles hæretici hos imitari non erubuerunt, iuxta D. Petri Vaticinium, dominationem ſpernentes, & Maieſtatem blaſphemantes. Gab. pr. **Impudẽs, & effrena libido.**

BIBLIOTECA NAZ.

DADOES vnus ex Ma,ſiliorum ducibus fuit, qui temp. Liberij papæ, & Iouiniani Imp. an. D. 367. Dadoes, Sabbas, Adelphius, Hermas & Simeones ſomnio dediti, opus manuum reijcientes, ſomnia vocant prophetias, &c. De quibus. Niceph. hiſt. Eccl. lib. 11. c. 14.

Iſti nihil vel prodeſſe, vel obeſſe dicũt ſac. communionẽ.

DAEMONIACI ex factione Anabapt. ad tertiam noſtri temp. Euangelicorum claſſem pertinentes; ſic dicti, quòd Dæmones deciès per diem adorent, credentes cum Origeniſtis eos in fine ſeculi fore ſaluandos. Vide Lind. dial. 2. Dubit.

DAVIDICI, qui & Dauidgeorgiani, à Dauidgiorgio ex 3. claſſe Euangelicorum Antiluterani dicti ſunt. Dauidgeorgius autem Vitriarius Gandaui in Flandria, ann. 1501. matre Delphenſi, patre Georgio Amerſfordienſi Errone hiſtrionicã agente natus, temp. Clementis 7. papę, & Caroli 5. Imp ann. D. 1515. mulierculas aliquot peccatis onuſtas, vbi reperiſſet, ſe ſe tertium Dauidem, verumq; Meſsiam illis perſuadebat: quæ ſe putabant beatiſsimas, ſi relictis maritis ex promiſſo ipſius, quod nugabatur, ſemine conciperent: ac tandem poſt multas blaſphemias de vitriaria fornace, & hiſtrionum ſcęna in Euangelicorum Cloacam lapſus, ſe verum Meſsiam, Dei filium profiteri non erubuit. ò Luciferi ſuperbiam, ſe Helias, ſe Apoſtolos, ſe Euang. ſe Chriſtum iactitant hæretici, nec vllus eorum (ut aiunt) extitit, qui vel equum claudum ſanare potuerit. Lind. dubit. dial 2. & 3.

DAVID cognomento Dinantius, ſeu de Dinanto, temp. Innocentij 3. & Philippi Barbaroſſæ filij Imp. an. D. 1204. Deũ eſſe primam materiam aſſeruit; quem errorem D. Tho. contra Gent lib. 1. c. 17. & 1. p. q. 3. ar. 8 refellit dicens nullo modo fieri poſſe, Deum in compoſitionem alicuius rei venire. Huius autem libri (teſte Cęſario Dial. 5.) perpetuò damnati ſunt, & exuſti.

Trinitarii.

DEISTAE, qui & Trinitarij, ſeu Arriani noui ann. D. 1564.

1564. ex Luterana ſecta in Polonia exorti, an. 1566. in Galliā penetrantes apud Lugdunum execrandas diſſeminarunt hęreſes: quorum caput effertur quidam Gregorius Pauli Miniſter Gracouien. Ex putrida autem ambitione, veluti Scarabei ex Aſinis mortuis pullulantes ita vt Lutero vix minimam partem reuelationis, & deſtructionis Antichriſti relinquerint, ſibimetipſis Antichriſti extirpationem ab imis vſque fundamentis arrogarunt. At in hęreſi tradenda tàm intricati, obſcuri, & varij ſunt, vt etiam magna attentione abhibita diuinare vix queas, quidnam aſſeuerare conentur, tres habentes hypoſtaſes, non tres perſonas: Vnam naturam, non vnam eſſentiam: Vnum Deum, ſed tantùm Patrem, non filium, non ſpiritumſ. in Tabula quadam ipſorum monſtruoſa ex turri Babel conflata. &c. vt videre eſt apud Io. Vuigandum, qui contra eos ſcripſit. Deiſtæ quàm ſint confuſi in Trin.

DESIDERIVS Longobardus hęreſiarcha noſtri temporis (inquit D. Tho.) edidit quendam tractatum contra Cath. veritatem, in quo inter cętera condemnat ſtatum eorum, qui relictis omnibus egere volunt cum Chriſto, &c. ſuam autem hæreſim inſtituit, temp. Alexandri 4. papæ, Conradi 4. Imp. ann. D. 1250. *D.*Tho. con. imp. Relig. cap. *6.* D. Thom. cont. impug. Relig. cap. *6.* hunc deſtruit erro rem.

DEVTERIVS Epiſc. Arrianus vixit temp. Symmachi papę, & Anaſtaſij Imp. an. D. 493. Ab hoc baptiſmi forma præuaricata fuit, ſicut & noua ratio ab Eunomio Cizici Epiſcopo fuit tradita, non in Trinitatem (teſte Niceph.) ſed in Chriſti mortem illo docente eſſe baptizandum. Deuterio verò (ut ait Sigisbertus in ſua Chron.) in nomine Patris per filium in ſpiritu ſancto. Barbam quendam ſic baptizante, Baptizetur Barbas in no. P. per fil. in ſpir. ſ. aqua diſparuit, & Barbas inde profugiens miraculum promulgauit; Niceph. Præuaricator baptiſmi verborum. Niceph. lib. 11. c. 11. & l. 16 cap. 35.

DICARTITAE ſunt ex Manichęorū familia, de quibus C. de Hæret. & Manich. temp. Eutychiani papæ, & Taciti Imp. an. D. 279. cum Gnoſticis in vnum conuenientes aduerſus Dominum, dixerunt Animam hominis eſſe Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia. vide plura in Manichæis.

DIMOERITAE (auct. Epiph.) appellantur, qui duas quidem partes humanę naturę in Christo confitentur, Corpus. ſ. & Animam: tertiam verò partem: ſ. mentem in carne aduentus Christi negant: cuius hæreſis fertur primus author Apollinarius à Laodicea ſenex alioqui R. & B. papę Athanaſio dilectus. Quæ hęr. cum alijs ab eodem Athanaſio coacto Conc. damnata fuit. Epiph. lib. 3. con. hęr. To. 2.

Apollinarius.

DIMOPHILVS, vel Demophilus Conſtantinop. Epiſc. in Conc. Ariminen. an. 362. damnatus fuit, quòd Arrianorum dogma anathematizare noluiſſet. Viguit temp. Liberij papæ & Valentis Imp. an. D. 368. De quo plura Niceph. lib. 11. c. 15.

DIOSCORVS, à quo Dioſcoriani hęretici, Cyrillo in Epiſcopatu Alexandrino ſucceſsit, temp Leonis papę. & Theodoſij iun. Imp. an. D. 453. Hic cum conſorte ſuo Eutychete Conſtantinop. Abbate dicebat vnam eſſe Verbi Dei. & carnis naturam; quam hæreſim cum Flauianus Conſtantinop. Epiſc. damnaſſet cum Eutychete eius auctore, in ſynodo 2. Epheſina adhoc in dicta Eutychete abſoluto Flauianus damnatur nimirum, quia hęc 2. Epheſ. ſynodus nec ſummi Pontificis auctoritate fuit celebrata, nec ex Eccleſia Cath. factus eſt ad eam generalis concurſus, ſed ex ſolis hęreticis iubente Theodoſio iun. illùc conuenientibus. quare hęc ſynodus Prædatoria appellatur, & à Catho. omnibus execranda reijcitur. Vnde ſancti Patres 630. apud Chalcedonem congregati per legitimum Conc. Dioſcorum damnarunt, quòd Leonem papā auſus fuerit excōmunicare, ipſius, & Eutychetis hęreſibus ſub Anath. execratis diſt. 15. c. In tantum. et. c. canones. 24. q. 2. c. ſanè. & C. de hær. l. Quicunque. Niceph. lib. 14. c. 47.

Synodus Epheſ. 2. prædatoria appellatur.

Contra Dioſcorū ſcripſit Hilarius, & Theodoritus.

DIOTREPHES (vt ait ven. Beda in Epiſt. Can. commentarijs) Apoſtolorum temporibus hereſiarcha extitit, ſuperbus, & inſolens, malens noua docendo primatum vſurpare ſcientię, quam antiquis ſacræ Eccleſię, quæ Io. Apoſt. prædicabat, humiliter parere mandatis. Vndè ſcitè inſulſus, ſiue decor inſanus dicitur, vt perfidiam cordis etiam nomine ſignificet. Vixit

Interpretatur etiā à Ioue nutritus.

xit Petri Ap. & Neronis Imp.tẽp.an. D.70. non contentus lin- à Dioſ. Io
guę ſuę petulantia verbum Dei annunciantes deturbare, ſed uis. & Tre
etiam ne Peregrini fideles, quos Io. appellat fratres, hoſpicio pho nu-
ſuſciperentur, prohibebat. Gab.pr. trio.

DISCALCEATI ſunt (teſte Aug.) qui docent non licere homini calceamenta portare, nec ſancta loca, aut orationis intrare, niſi excalceato, quòd Moiſi dicatur. Solue calciamenta pedum, & quòd Eſaias ita iuſſus fuerit ambulare tribus annis: Ritum Saracenorum imitantes, qui Mahometum perfidũ adorantes nudis pedibus Meſquitas ſuas intrant, vt in Clem. Cedit quidem.de Iudæis;& Sarac.Damnantur iſti hęreſeos, nõ quòd calceamentis non vtantur, quod vtiq; macerando corpori, & libidini coercendæ ſalubre, & meritorium eſt, ſed quòd credant eis non licere vti.quod eſt ſuperſtitioſum: quod enim à Chriſto dictum fuit Apoſtolis neque peram, neque duas tunicas, neque calceamenta &c. non omnibus fuit vniuerſale præceptum. Gabr.pr.

Exod. 3.

Mat. 10.

DONATISTAE, ſiue Donatiani à Donato Caſenſio, qui contra Cęcilianum bellum mouit, primùm dicti ſunt, vel à Donato Carthag.Epiſcopo, temp. Liberij papę, & Conſtantij Imp.florente.an.D.358. Iſti capitis ſui ſomnium ſecuti, ſolam Chriſti Eccleſiam in Aphrica eſſe dicebant, nec alibi, niſi iſtic eſſe verum baptiſma, quorum Veſanię multi adhærentes non minus crudeli ferro, quàm verbo impio, magnam calamitatem Aphricanis Eccleſijs attulerunt, vt quos ratione non poterant, terrore, ac pęnis in ſuam pertraherent ſententiam: quod pernicioſiſsimum malum, non leui pugna tandem Auguſtinus profligauit, excidit, extinxit. Non deſunt his temporibus (inquit Lindanus) Suecefeldiani, qui cum Donatiſtis ſentiant ſacramenta malorum ſacerdotum eſſe nulla: Caluiniſtæ, qui cum eis doceant ſacrum chriſma eſſe conculcandum: atque pro huiuſmodi eorum perfidia appetant mortem, ut coronentur martyrio: Eodem quidem impetu ipſis quo & Donatiſtis nedum ab alijs occidi, ſed etiam per abrupta præcipitia, per

Donatiſtę moderni.

aquas,

Donatiſtę ſe ipſos occidentes non Martyrum ſed Judæ proditoris ſequaces ſunt.

aquas, per flammas occidere ſe ipſos, quotidianus ludus fuit. quemadmodum Iudas (Diabolo immittente) ſe ipſum ſuſpendit. Nihil enim ſimile habet conſtantia Martyrum, & pertinacia hęreticorum, quia mortis contemptum in illis pietas, in iſtis duritia cordis operatur Aug contra Donatiſtas.

DOROTHEVS temp Siricij papę, & Theodoſij Imp. an. D.395 apud Conſtantinopolim Arrianę Religionis præfectus fuit, pro Marino quodam Thraci ſubſtitutus: cum autem ad 120. vitæ ſuę annum perueniſſet miſerrimè obijt, eo tempore, quo Romę Nouatianorum Eccleſię eſſent clauſæ, ac Donaria, & earum ornamenta clauſa, an. quinto Imperij Theodoſij iuniotis, & tempore Innocentij Papę huius nom. 1. Gab pr.

Primi 7. hæretici Thebutes, Cleobuls, Doſithe⁹, Gorthęus, Masbathe us, Simō, Menāder.

DOSITHEVS, à quo Doſitheani hęretici, Iudæus genere, vnus fuit ex 7. primis corruptoribus fidei ſub Apoſt Petro, & Nerone Imp. an. D.52. ab Egeſippo inter primos pſeudochriſtos, pſeudoprophetas, & pſeudoapoſt. qui vnitatem Eccleſię diuiſerunt ſuis pernicioſis ſermonibus, & ſcriptis aduerſus Dominum, & Chriſtum eius, connumeratus, dicere audens in lege Domini ſolùm ſecundum carnem eſſe viuendum, nec Dei ſpiritum, nec Angelum eſſe credens, nec reſurrectionem ſperans, nec Iudicium futurum expectans. Philaſtrius.

DVLCINVS, à quo Dulciniſtę, temp. Clementis 5. papę, & Henrici 7. Imp. an. D.1309 veterum, & nouorum err. reintegrator, & inuentor fuit. Hic (auct Bernardo Lutz.) tàm effrenę libidinis extitit, vt ad ſex millia vtriuſque ſexus ſub charitatis ſpecie cohabitare docuerit, & Alpes incolentes in omnem luxuriam prolabere: adeò quidem, vt hac peſte per trium annorum ſpacio multos corrumpente, Clemens 5. coactus fuerit ord. pręd. Inquiſitores illùc mittere, qui miſsi accuratata diſquiſitione facta, vbi retuliſſent quę audierant, & viderant, aduerſus tantam impietatem cruciada indicta fuit, qua tandem Dulcinus cum vxore hæretica, ac maxima pars ſuę obſcęnæ perfidiæ capti, membratim conciſi, exuſti ſunt, & in cineres redacti. Verùm in Tridentinis montibus hac noſtra ętate varijs in locis

Dulcini Fœda libido charitatis prætextu.

eorum

corum reliquię, & Germaniæ, & Galliarum ſacramentariis eaſdem reintegritatibus, reuiguerunt, ut illud propheticum adimpleatur, cum meretricibus conuerſabantur, & cum effeminatis ſacrificabant. Vide Bernardum Lutzemb. ord. pręd. cat. hæreticorum.

DVRANDVS de Vualdach, temp. Paſchalis 2. papæ, & Henrici 5. Imp an. D. 1117 in partibus Aragonię cum alio ſibi fauente hęreſes quaſdam inſtituit, inter quas aſſerebat, matrimonium nihil eſſe aliud quàm occultum meretricium. ſed tandem D. Iacobo Rege Aragonum pręſente, eius hęreſes damnatę fuerunt per Epiſcopum Gerundenſem, & Arnoldum Burgenſem fidei Inquiſitorem, & illi velut impęnitentes ignibus traditi, & exuſti ſunt. Gab. pr.

EBIONITAE ab Ebione facundo viro orti ſunt, temp. Anacleti papę, & Titi Imp. ann. D. 80. contra quos, Deum eſſe Chriſtum denegantes, nouiſſimus omnium ſuũ ſcripſit Euangelium Ioannes Euang. rogatus ab Aſiæ Epiſcopis edicere natiuitatem, contra quos legalia cum Euangelio recipientes ad Gal. ſcribens Paulus ardenter inuehitur. De quibus inquit Irenæus fugite hominis Diabolici cultores Ebionitas, quos maledictos Hierem. aſſerit, dicens, Maledictus qui confidit in homine, & à Deo recedit cor eius. Hac tamen noſtra tempeſtate (inquit Lindanus) Ebionem ab orco reuocat Adã Paſtoris Anabapt. Chriſtum negans natura Deum.

Hiero. de Eccl. ſcriptoribus.

Ebionitæ moderni.

EIVLANTES ſunt ſecta Anabapt. putãtes (teſte Staph.) nihil eſſe deuotionis, quo perinde gratum ſit Deo, atque lachrymari, & eiulare perpetim. In Belgio ſuperiori horum ingens prouentus eſt. Staph.

ELCESAEI, vel Helcheſaitæ ab Helcheſaa Pſeudopropheta dicti ſunt; ex cuius genere duas mulieres tanquàm deas ab eis, Epiphanius perhibet adoratas, eosq; in vniuerſum Ebionitarum

nitarum dogma eſſe amplexatos, adeò quidem, vt (teſte Auguſtino) Sampſæos, & Elcheſæos Ebionitis copulet. Hi porrò ætate Origenis, à quo & eorum hæreſis conuicta eſt, ſunt exorti, Fabiani papę & Maximini Imp. temp. an. *D.* 239. *De* quorum hęr. ſuis locis.

Hic fuit binomius, Elimas dici voluit, quo Dei nũcius crederetur: & Bariheu. i. Ieſu filius. vnde corruptè legitur Bariehu. Beda. Quam ſeuiendũ in hæreticos. Cæcitas hæreticorũ pęna.

ELIMAS Iudęus genere, Maleficiis Simonis Magi imbutus, & magus, & pſeudopropheta fuit, temp Apoſt. Pauli, dum Sergium Paulum Cypri Inſulę proconſulem à vanitate gentilium ad veram Chriſti doctrinam auocare niteretur, per omnia Elimas ei reluctauit. Quare Paulus in eum ſpiritu fidei inſurgens dixit, ò plene omni dolo, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas? Ecce manus Domini ſuper te, & eris cęcus, & confeſtim cecidit in eum caligo, & tenebræ, ſicq; Paulus pro menſura delicti Elimam corporali cęcitate damnauit. diſt. 4. c. cum Beatus Paulus.

ELVIDIVS, vel per aſpirationem Heluidius, à quo Heluidiani hęretici (teſte Gennadio) Auxentij hæreſiarchę diſcipulus fuit, & Hieronymo coęuus temp. Syricij papæ, & Theodoſij Imp. an D 395. contra Mariæ virginitatem, quòd alium à Chriſto pepererit filium, & quòd Virginitas merito non excellat coniugium, ab ipſo Hieronymo validiſsimè confutatur.

Mos hæreticorum, q̃ contra eos ẽ, deſtruere ſcript.

ENCRATITARVM hęreſis (teſte Hieronymo) à Tatiano Iuſtini martyris diſcipulo exorta eſt, temp. Soteri papę, & M. Antonini Imp an. D. 178. Tatianus quidem dum cum Iuſtino erat, nihil protulit hęreſum, ſed eo martyrio defuncto, tumore nouæ ſcientię inflatus in hęreſes prorupit. Encratiani verò de more hæreticorum Ap. Paulum conuicijs proſcindentes, eius Epiſtolas, & Acta Apoſt. reijciunt, quòd hac doctrina ipſorum refellantur hęreſes. Gab. pr.

idem ſunt. Enthuſiaſtæ. Euchitæ, & Maſſaliani.

ENTHVSIASTARVM (vt ex hiſt. Trip lib. 7. c. 11. habetur) ea tempeſtate, qua ſyrus quidam & genere, & lingua Audęus nomine fuit dogmatum nouorum repertor, hęreſis ſuborta eſt, temp. *D*amaſi papæ, & Valentini Imp. an. *D.* 389. inquit Cyprianus. Εὐχίται.n. qui orantes appellant dicti ſunt

&

& E'νθουσιασαί. i.ſacrificatores, afflatu, ſeu diuini. Quorum peſtem Leo ius Meliten. Eccleſię, Amphilochius Lycaonen & Flauianus Antiochenus præſules viri ſanè ſanctitate, & doctrina probatiſsimi validiſsimè repreſſerunt, & lupos ab ouibus ſegregarnnt. Enthuſiaſtæ porrò moderni ſunt, qui tanquàm fanatici faciem mutant, geſtus habent horribiles, vt morbo laborantes comitiali, iacent mortui, corpore horribiliter tremiſcunt, veluti in Ecſtaſim rapti mira effutiunt de Inferno, de Aduentu Iudicij, tanquàm furioſi curſitant clamantes. (Dies Domini. Dies D.) eò tandem inſaniè deueniunt, vt zelo Diaboli nefanda fratrum, & matrum parricidia comittant. Lind.

An.1526. Schicherus vterinum fratrē in conſpectu parentū pro cumbentē capite truncauit, ait Bulingerus l. 2.

ERACLITAE, ab Eraclito quodam (auctore Iſidoro) exorti Monachos tantùm recipiebant, reliquos abominantes, coniugia, reſpuebant, & paruulos regna cœlorum conſequi nō credebant. De quibus. diſt. 24. q. 3. cap. Quidam.

Vel Heraclitæ, cum aſpiratione.

ESSEI ſectę ſunt Iudęorum, qui ob Tyrannidem Antiochi lacerato principatu, & deſtructo ſacerdotio in tres ſectas fuere diuiſi Phariſæorum, Saducęorum, & Eſſæorum ſub Ioanue Hyrcano Simonis filio, ante Chriſtum natum an. 125. Quod typus eſt modernorum hęreticorum, qui propterea quòd ſine principatu, & ſine ſacerdotio eſſe velint, reperiuntur ſecti in tot ſectas. Eſſęi porrò (ab Aſſa, quod operari ſignificat) operarij dicuntur, vitam monaſticam exercentes, delicioſas eſcas non ſumentes, operibus omnibus inter ſe communibus incumbunt. Quos per omnia ferè nunc imitantur Anabaptiſtæ. Gab pr.

Quo tempore ſectæ Iudæorū exortæ. Phariſ. ſaduc. & Eſſæorum. Eſſæi moderni.

EVDOXIVS prauę prorſùs contra nomen ſuum opinionis (vt refert Gab. pr.) Germaniciæ Vrbis Syrię primùm Epiſcopus fuit, deindè Antiochię, & indè poſtea Conſtinopolim eſt trauſlatus. Fuit autèm primò Aetianę, & ex indè Arrianę ſectę Valentis Principis (qui & ab eodem Eudoxio Arrianorum Epiſcopo baptizatus eſt, cum idem Imperator Orienti præeſſet) & Damaſi Summi Pontificis ætate an. D. 370. In quo Eudoxio, quod & in cæteris hęreticis euenit, eſt diligenter obſeruandum, aulica arte Antiocheno epiſcopatu conſecuto,

Ambitio cauſa hæreſum.

G morſu

morſu ambitionis eum fuiſſe hęreſi venenatum. vt videre eſt apud Niceph. lib 9. c. 36

EVNOMIVS, à quo Eunomiani hęretici, genere cappadox, corpore quidem, & anima leproſus, ſed artis dialecticæ callentiſsimus, diſcipulus vtique Arij fuit, ſed authorem ſuæ hęreſis Aetium ſyrum habuit, viguitq; temp Liberij papę, & Cōſtātij Imp an D. 358. in omnibus fidei inimiciſsimus, quò factum eſt, vt poſtea Theodotius Imperator quamuis non fuerit acer hæreticorum perſecutor, diuino tamen iudicio in Eudomium fuerit acerrimus. Alios enim de fide pro ſuo ſentire permittens, ſolum Eunomium exilio mulctauit, in quem adhuc ſæuiens Chalcedone captum, Halmyridem deſertum locum deportari iuſsit, qui Cęſaream Cappadocię tranſlatus odium inteſtinum contraxit, quòd libros contra Baſilium cōpoſuiſſet, ac tandem cum miſerrimè obiſſet, Eutropius Præpoſitus ſcripta eius publicè cremari fecit, & cadauer ſepulchro extractum Dacoris Tyanam proijci. Niceph lib. 13. c. 1.

Tyana Capadocię ciuitas ad radices Tauri montis.

EVSEBIVS Nicomodien. Ep. vir præclarus, ac in vtraq; diſciplina ſummè verſatus, & in imperiali Palatio plurimùm honoratus fuit: quòd Nicomediam, cuius ipſe erat Ep Diocletianus, & qui ante eum fuere principes, Imperatorum Domicilium conſtituiſſent; viguit autē temp. Syluestri papæ, & Conſtantini magni Imp an D. 315. Hic Arrianos, eorumq; ſectatores ab Alexandro Alexandrię epiſcopo vnà cum centum Epiſcopis tum Aegyptiis, tum vicinis libycis conuentu acto anathemate iugulatos recepit, & Nicęni Conc. veris ſubſcriptionibus deletis ſuas fraudulenter ſuppoſuit, vt filium non eſſe Patri conſubſtantialem, liberiùs doceret. Niceph. lib. 8. c. 7.

Fraus hæreticorum

EVSTATHIVS primùm Monachus, deindè Sebaſtien. Armeniæ Regionis, quę Sebaſt. Ponti appellatur, Ep. fuit, temp. Syluestri papę, & Conſtantini magni Imp. ann. D. 320. prohibens ſanctos, & venerari, & orari: quò ſic Diaboli ſuaſu, homines ſanctorum, qui in cęlis ſunt, defraudaret auxiliis, docensq; templa nullius eſſe momenti. Quare in Cęſarienſi

conuentu

conuentu ex authoratum eum cum ſuis inſtitutis Gangrenſis ſynodus anathemate iugulauit. At moderni hęretici eius hæreſes iam antiquitùs damnatas ab orco reuocarunt. Niceph.

Nõ pudet hæreticos modernos modò Ecclſiæ Ro. detrahẽt, damnatas reuocare hæreſes.

EVTYCHIANI, vel Eutychetæ, ſeu Eutychianiſtę ab Eutychetę. vel Eutychio Conſtantinopolitano Abb. temp. Leonis 1. & Theodoſij 2. Imp. an. D. 441. cum ſuis erroribus emerſerunt, de quibus ſuis locis. Quorum cauſa (teſte Alf. Caſt ad.) B. Gregorius qui ſummum Pontificatum poſtea obtinuit, coram Liberio 2. Imp Conſtinopolim legatus miſſus Eutychium in fide noſtræ reſurrectionis erraſſe conuicit, propter quòd ipſe Imperator lib de Reſurrect ab Eutychio editum comburi iuſsit, pluresq; contra eum conſcripſerunt, Beda, Boethius, Marcellus martyr, Proſper Aquitanus, qui omnes validiſsimè eius confutarunt hæreſes. Ac tandem in 4. ſynodo Chalcedon. ipſe Eutyches hęreſeos conuictus à ſexcentis triginta Patribus damnatus fuit. nihilominus eius dogmata falſiſsima ab orco in lucem reuocarunt, Menno, Adam, paſtoris, Gaſpar Suenckfeldius, docentes Chriſtum in vna perſona vnius eſſe naturæ; atque Zuingliani, naturarum mixtionem admittentes. ait Lindanus. Dubit. dial. 2. vide Alf. C. ad. hær. Tit. Reſur.

Moderniſ, vt à Ro. diſſentiãt Eccleſia antiquorũ ſuſcitant hæreſes.

FARELLISTAE ſunt ſecta Antiluterani à Guilhelmo Farello nuncupati. Qui (teſte Lindano) Geneuam cum viciniа ſuo infecit toxico præter ſacramentariſmum Samoſetani etiam renouans hęreſim. Hunc adeò ſediciosſum metuebant Baſileenſes, ut cum bis Monte Pellicardi profugiſſet, in exilium tranſmiſerint. Verùm captata per illum gloria, per diſcipulos Caluinum, Seruetum, Viretum, a iosq; famoſos Antichriſti martyres facilè diſparuit. Lind dub dial. 2.

Diſcipuli obſcurantes magiſtrum.

FAVSTVS natione Apher, ſecta Manichæus viguit temp Innocentii papę. & Archadij Imp. ann. D. 407. vir alioquì doctus, & qui multos in orthodoxã Eccleſiam ſcripſerit libros,

contra quos Auguſtinus multas habuit diſputationes, ac varios conſcripſit tractatus, ut tandem cum ſuo præceptore Manichęo, cuius errores ſequebatur, conuictus veniat eadem anathematis falce iugulatus. Vide Aug. contra Fauſtum Manich.

FOELIX Manichęus, quamuis (teſte Aug.) eſſet artium liberalium inſcius, & ineruditus, fuit tamen fortunato hæretico verſutior, qui in ciuitate Hipponenſi ſuos diſſeminans errores cum B. Auguſtino in Eccleſia, præſente Populo diſputationibus congreſſus ab eo conuictus eſt. Exortus eſt autem tēp. Innocentij papę, & Archadij Imp. an. D. 405. docens inter cęteros errores ſuum præceptorem Manichęum de promiſsione ſpirituſſ. Apoſtolum Chriſti fuiſſe. Vide Aug. inter cuius opera duo circunferuntur libri de actis cum hoc Fęlice.

FOELIX alius, à quo Fęliciana hęreſis dicta ſub Adriano papa, & Conſtantino 6. Imp. an. D. 783. viguit: quam hæreſim de tollendis imaginibus abrogatam fuiſſe habito Conc. Franconię ab Adriano papa narrat Platina in eiuſdem vita. Licèt non explicuerit à quo Fęlice ortum habuerit, cum tamen in vita Conſtantini papę cuiuſdam Fęlicis priùs meminerit Rauennatis Archiepiſcopi à Iuſtino Imp. in Pontum relegati, ei poteſt attribui. Ante quem etiam per centum annos, & eò ampliùs conſtat fuiſſe B. Gregorium papam, qui Epiſt. quadam Serenum Ep. Maſsilienſem repręhendit, quòd inconſiderato zelo Diuorum imagines fregerit, metuens ne à populo adorarentur. qua fronte igitur tàm audacter noſtri hęretici abſque vllo delectu inſurgere audent contra ſanctorum Imagines? Ponit inſuper Fęliciana hęreſis Chriſtum fil. Dei adoptiuum, & duas in eo hypoſtaſes. De qua re D. Tho. 3. p. q. 23. ar. 4.

Alf. C. ad. hær. titu. de Imag. hær. 1.

FOELICIANVS ſecta Arrianus D. Auguſtino coęuus ſub Synicio papa, & Theodoſio Cęſare, an. D. 395. Homouſion negauit: contra quem Auguſtinus diſputando eius argumenta decem, & octo capitibus refellit, vt videre eſt in 6. eius operum Tomo.

FLAVITAS Conſtantinopolitanus Ep. ſubreptitius, Ar-

rianus

rianus fuit ſub Simplicio papa, & Leone 2. Imp.an. D.476. ſed qualis fuerit Niceph.hiſt.Eccl.lib.16.cap.18.Sic deſcribit,cum Zeno Imp.charta pura in ſacro repoſita ieiunio, & oratione Deum ſupplicaret, vt per manum Angeli nomen eius aſcriberet, quem cęleſti calculo Conſtantinop. Eccleſiam hierarcham præfectum vellet. Flauitas vbi id cognouit auro templi cuſtodem corrupit, vt in charta pura nomen eius annotaret, eamq; rursùs, Imperatoris ſigillo obſignaret. Quo facto, atque comperto Flauitas tanquam Deo deſignatus magnifico ſaltu in Patriarchæthronum conſcendit. At piaculum id Dei prouidentia non diu latere paſſa illuſionem ſanè patefecit,cum enim infęlix ille non totos quatuor menſes in ſede tranſegiſſet, morte repentina ſublatus, ne dimidiam quidem partem muneris, quo epiſcopalem dignitatem redemerat, corradere potuit. Hæc ex Niceph.

Flauitas ſycophātica impoſtura epiſcopatum conſequitur.

Quò ducit Simoniaca ambitio.

FLAGELLANTES ſe ab actu proprio dicti aſſerentes hanc ſuam flagellationem potiorem eſſe ad delenda quęcunq; peccata quauis confeſsione ac etiam martyrio, rudes homines erant, cruces in veſtimentis deferebant, vrbes gregatim męſti ingrediebantur, liuentes ex crebis ictibus ſcapulas pręferentes, nihil petentes, oblata ſpontè ſumentes, hiſq; religioſis ſignis vitia tegentes, hęreſes ſuas diffundebant per Galliam, & Germaniam Gregorij 10.papæ, & Rodolphi Cæſaris temp.an. D.1273.qua hęreſi graui inualeſcente an.D.1313.ſub Imperio Ludouici Bauari Germani Cęſaris, & Pontificatu Io.22.Conc. Vienen. pro recuperanda Paleſtina, & contra Græcos de proceſsione Spirituſſ.celebratum eſt, ac tandem an 343. flagellantium hæreſis, ac ſecta damnata igne,& gladio extincta eſt.contra hos Io.Gerſon tractatu ſuo plura edidit.

Horum author non reperitur, niſi qui cæteris ſuper ſeminauit zizania.

FLORINVS, à quo Floriani, ſiue Carpocratiani, qui & milites quòd ex ordine militarium maxima eorum pars extiterit, nuncupātur, (teſte Euſebio lib.5. cap. 15.) Romę gradu presbyterij colapſus cum Blaſto ſocio criminis, plures de Eccleſia in ſuum baratrum deduxerunt aduerſus veritatem figmē

Florinus, & Blaſtus.

ta

ta machinates Soteri papę,& Commodi Imp.temp. an.D.182. Inter cętera eorum ſcælera, in Eccleſiis poſt occaſum ſolis lucernis extinctis cum mulierculis miſcebātur, Reſurrectionem, quam negabant, in nefando coitu collocantes. Vide Niceph. Eccl.hiſt. lib.4.cap.20.

FORTVNATVS, à quo Fortuniani de quibus C de hęr. & Manich.viguit Innocentij. & Archadij Imp tēp an.D.405. contra quem Auguſtinus diſputans malum in homine ortum fuiſſe ex libero ipſius voluntatis arbitrio contendebat: at fortunatus contrà mali naturā Deo coęternam eſſe volebat ſed ab Auguſtino conuictus confuſus abijt. Vide Aug. contra Fortunatum, & ſermo.5. ad fratres in Eremo.

FORTVNATIANVS (auct. Hieron. de Viris Illuſt.) natione Afer Aquileien. Ep. breui, ruſtico ſermone in Euang. commentarios ſcripſit, at in hoc deteſtabilis fuit, quòd Liberium papā pro fide in exilium pergentem, primus ſolicitauit, ac fregit, & ad ſubſcriptionem hęreſeos compulit; vixitque Siricij papæ, & Archadij Imp. temp an.D.400.Gabr.pr.

Regina cęli.i. Luna, aut cœli militia.i. oēs Stellę. ſecundum D. Hiero.

FORTVNATITAE dicuntur, qui apud Iudæos Fortunam, ſeu Reginam cœli (quam & cęleſtem vocant Aphricani) adorabant, ac ei ſacrificabant, quòd ei ſacrificantibus benè fuerit, male verò eam deſpectui habentibus Hier.44. Vbi per Reginam Cœli Hieronymus intelligi vult Lunam, quòd luna inferiora corpora regat, paruiſque monumentis mutationes faciat. vide Hierem cap.7. & 44.

FRATICELLI, ſeu fratres de paupere vita in Italia ſuborti, Benedicti 11. papæ,& Alberti 1.Cæſaris Germani tēp.an. D.1304. Anabaptiſtarum more in locis abditis hoc ipſi perpetrabantur ſcelus, vocatis, & de induſtria ſeductis ſpecioſioribus viduis, & virginibus circa noctis medium peractis laudibus alta voce commonebant binos videlicet clericum, & fœminam ſancto ſpiritu inuocato debere in copulam carnalem commiſceri. Infans verò exinde genitus in eorum ſpeluncam delatus per ſingulas manus toties tradebatur, quouſque animam

mam exhalaret, & in cuius manibus expirabat, is maximus Pontifex habebatur. De his extran Io.22. quæ incipit, Sancta Romana. quorum hær. damnatur à Bonifacio octauo, cuius author fuit quidam Italus Hermanus nomine de quo ſuo loco.

FVLGENTIVS Donatiſta factione temp. Siricij papæ, & Archadij Imp. an. D. 400 duo baptiſmata, & duo Princia aſfirmabat peccatoribus baptiſma nihil conferre aſſerens. De quo Aug. lib. quem aduerſus eum edidit.

GAINITAE à Gaino quodam dicti ſunt, qui Simplicij papæ & Zenonis Imp. temp. populi peruerſi electione vno die electus Ep. an. D. 476 cum Antimio Conſtantinop. Ep. in Eutychianam hæreſim lapſus multis pontificibus cauſa fuit exitij quam hæreſim ſic reprobat D. Tho. Quodlibet 4. q. 1. ar. 8. Gainitę (inquit) non ſolum à corruptione putrefactionis faciunt Chriſti corpus incorruptibile, quod catholicum eſt iuxta illud, non dabis ſanctum tuum videre corruptionem; Pſal. 15. ſed etiam à corruptione mortis ante reſurrectionem alienum, quod impium eſt: cum famem, ſitim clauorum fixuras, lateris aperitionem, ac mortem de eo Euangelium teſtetur. D. Thomas Aquinas. & Io Damaſcenus lib. 3. c. 18.

GAINAS (auct. Nicephoro) Barbarus genere fuit, ex Scythis, qui ad Iſtrum colunt, ortus ſub Innocentio papa, & Archadio Imp. an. D. 405. militaris copijs Præfectus, Chriſtianus quidem, ſed Arriana peſte infectus. Quomodo autem in Romanum Imperium hoſtiliter peruenerit, Arrianis fauens D. Io. Chryſoſtomo negotium faceſſerit, & tanquam è medio ſublatus miſerrimè interierit, apertiſsimè intueri licebit ex eiuſdem Niceph. hiſt. lib. 3. cap. 5. Hic porrò Gainas (inquit Gab. pr.) eius (quam an. 1562. per vniuerſam Galliam calamitatis, & perfidię per quoſdam perduelliones prætextu Religionis pertulimus) imaginem præſeferebat.

GALLA

GALLA non gente, ſed nomine appellata maga fuit, & hęretica Priſcilliani hęretici adiutrix, Siricij papę, & Valentiniani 3. Imp. temp. an D. 388. de qua Hieronymus ad Cteſiphontem aduerſus Pelagianos.

GALATAE, à candore corporis Galli, qui & Galatæ antiquitùs vocati, vndè & Galatia; ab Euangelio deficientes, legiş veteris opera cum eo miſcuerunt (teſte Hieron. Prol. 5. ad Gal.) cuius erroris Paulus arguit eos, vt inſenſatos, ad veritatem vocando. Gal. 3.

GAVDENTIVS Donatiſtarum Ep. an. D. 405. ſub Innocentio papa, & Archadio Imp. contra Auguſtinum duas ſcripſit Epiſtolas, quibus duobus libris reſpondet Auguſtinus ſuos impios confutans errores. Quare tribunus imperialium mandatorum executor tùm miſſus fuit, vt Gaudentium, aliosque Donatiſtas ſui ſimiles damnatos ferro, & igne è medio tolleret. Vide Aug.

GENSERICVS Vandalus Aphricę Rex, cum à Vandalis Aphrica occupata fuiſſet, in eaq; illi ad maximas vires peruenisſent, & ingens terrę, atque maris dominium ibidem ſibi ſubijciſſent, Regem ſe primus renunciauit deteſtanda Arij doctrina apprimè infectus, Cęleſtini papæ, & Theodoſij Iunioris Archadij filij Imp. temp. an. D. 427. At cum Genſericus Hipponem Regium obſediſſet (auct. Paolo diacono) obſidionis menſe tertio D. Auguſtinus eius ciuitatis Ep. Deum deprecatus, vt vel vrbem Hipponenſem ęrumna expugnationis liberaret, vel è viuorum ſe numero eximeret, ętatis 76. anno Clericatus 40. in Chriſto obdormiuit.

Exauditus eſt Auguſtinus ut in Domino obdormiret an. ætatis 76. eius ciuitate erũnis plena.

GEORGIVS ſecta Arrianus in locum Athanaſij Alexandrię Ep. per Conſtantium Imp. Arrianis fauentem, in exilium extruſi, ſubrogatus eſt, Liberij papę temp. an. D. 358. Qua tempeſtate (auct. Athanaſio) Georgius cum ſequacibus Arrianis Virgines in vincula conijciebat, Epiſcopos vinctos ducebat, Pupillorum, & Viduarum domus, & panes ſuſcipiebat, Chriſtianos ſubmergebat: Domus reſignabantur, & Clericorum

De calamitatibus Eccleſiæ Alexandr. dũ Athanaſio exule intruſus Georgius eſt.

rum fratres pro fratribus periclitabantur: & quod grauius eſt Rogo accenſo, & Virginibus ad ignem admotis aliſq; Catholiçis, vt ſe Arrianę fidei faterentur cogebat; ſed miſer mortuo Conſtancio, & pro eo ſuffecto Iuliano omnium clamore carceri includitur, extractus ferro necatur, eiusq corpus camelo imponitur contumelioſè medio foro circunducitur, raptatur, & quicquid à raptatione corporis relinquitur, igni comburitur. vide Niceph. hiſt. lib. 9 cap. 29.

GEORGIVS Laodicenſis Ep. cum Acacianis Arriana, Aetianaq; prauitate infectis in Conciliabolo Antiocheno, ibidem Euzoio Arrij olim familiariſsimo Eccleſias gubernante, & Imp. Conſtantio præſente, in fidei formula primùm Arimini, deindè Conſtantinopoli edita, ęqualitatis nomen (Homouſion) inducere, atque abolere conſtituit, ſub Liberij papę Pontificatu an. D. 357. At cum Arriani factis diſceptionibus cum Homouſianis authore ipſo Georgio per interrogationes eos vrgentibus ſatisfacere non potuiſſent, confirmata denuò, quã Conſtantinopoli ediderant, formula, conciliabulum ſuum ſoluerunt. vide Niceph. l. 9. c. 49.

GEORGIANI ſunt, quos Iberes appellantur à Coſmographis, Gens barbara, & qui (auct. Pio 2. in ſua Coſmogr.) Armenico cultu vtuntur, ſcytharumq; more viuunt, ſed ſub Syluestro papa, & Conſtantino Imp. verbi Dei fœdera, & fidem futuri Regni ſuſceperunt an. D. 325. ſic appellati à D. Georgio, quem velut præcipuum patronum in præliis ſuis contra Paganos venerantur, qui primus apud eos Dogma fidei diſſeminauit, ſed temporum lapſu à falſis Prophetis ſeducti in hæreſim Armenorum, ac Græcorum corruerunt. Quare licèt Chriſtum colant procul tamen illum ab Apoſtolica ſede veritatis magiſtra, colunt, barbaris circunfuſi gentibus non omnem Euangelij puritatem ſeruantes, Gręcorum errores ſequendo. Quomodo verò Iberes, ſiue Georgiani Armeniæ populi fuerint per mulierem captiuam ad Chriſtianiſmum perducti, vide Ruffinum, & ſazom. Eccl. hiſt. lib. 2. c. 6. & ſeq.

Georgiani à D. Georgio nuncupati.

H *GEOR-*

GEORGIVS Dauid. vide ſupra. Dauidici.

GILBERTVS Porrectanus Pictauen. Ep. ſex vltimorum Prædicamentorum author, & ſacrarum literarum palęſtra plurimùm exercitatus, de S. Trinitatis vnitate, & diuinitatis ſimplicitate non ſimpliciter, vt ſentit Eccleſia ſentiebat, nec fideliter ſcribebat, ſed diſcipulis paucis abſconditos proponębat, aſſerens relationes in diuinis non eſſe Perſonis, ſed à foris exiſtere; ſuper quod ſcandalo inualeſcente, Lutetiæ primò, deindè Rhenis ab Eugenio papa Concilio coacto, à D. Bernardo Claraualleſi biduana diſputatione habita conuictus fuit, quare cum errores ſuos retractauerit, non perſonę, ſed hæreſum ratione inter hæreticos, Gabrielem Prateolum ſequendo, hic à ſcriptus fuit.

D.Th.1 p. q.39. ar 6. doctè refellit hanc hæreſim.

GNOSTICORVM hæreſis tam ſuperbo titulo Populo ſe venditabat ab exacta omnium ſcientia, vt Gnoſtici. i. ſcientes ſint nuncupati. à τὸ γνῶσις, exorti (teſte Hieron.) Xiſti papę, & Adriani Imp. temp. an. D. 129. Horum authorem fuiſſe Carpocratem aſſerit Irenæus aduerſus hęr. c. 24. cui magis crediderim, quàm aliis aliter ſentientibus, quòd vicinior temporibus, quibus emerſerunt Gnoſtici, extiterit. vide Irenęum.

GORTHEVS vnius fuit ex 7. hæreticis, qui (teſte Euſebio lib. 4 c. 18) primi Eccleſiam adhuc Virginem vanis corruperunt doctrinis ſub Petro Ap. & Domitiano Nerone Imp. an. D. 53. Hi pro ſe quiſq; proprias induxerunt opiniones: à quibus Pſeudoprophetæ, Pſeudochriſti, Pſeudoapoſtoli emanarunt de quibus ſuis locis.

GOTTHI Teutones ſunt ex Gothlandiæ Inſula, qui Liuonię, & Lituaniæ partem occuparunt; quantum negotij faceſſerint Romanis, ſatis vulgatum eſt: hi (auct. Socrate hiſt. eccl. lib. 4 c. 33. & 36.) à Valente Imperatore Arriano poſtulantes ſacerdotes, à quibus religione Chriſtiana inſtituerentur, contagione Arriana infecti ſunt, an. D. 378. Duce Eudoxio Conſtantinop. Ep. qui Imperatori ſuggeſſit, vt ei Gotthi communicarent, cum paulo antè doctrinę ſanę radiis imbuti apoſtolicis

licis

licis dogmatibus paſcerentur. Ex his multi D. Gregorii papæ opera ad fidem Cath. rediere, ann. D. 591. ſub Mauritio Imp. ex Gabr. pr.

GRAECI in primitiua Eccleſia celebres in fide, præclaras ciuitates, inſignes Eccleſias, famoſos doctores multo tempore ſub eccleſiaſtica obedientia poſſederunt: poſtea verò ſupercilioſi, atque arrogantes in s. Eccleſiam Ro. ac ſacroſancta Concilia exiſtentes doctrinis varijs & peregrinis abducti toties à fide defecerunt, vt quatuor decies ad Eccleſię corpus redeuntes, totidem vicibus ab ea ſe præſciderint, inquit Hoſius, lib. de vtriuſq. ſp. com. Grauitas Græcorũ in Eccle. exiſtentium. Leuitas ab ea recedentium.

GVIDO de Lacha in Epiſcopatu Brixien. ea ſanctitate videbatur præditus, vt alter Io. Baptiſta haberetur, qui vita defunctus vt beatus ſepulturę traditur; ſed poſtea per teſtes idoneos peracto examine ab Inquiſitore repertus hæreticus, exhumitur, & oſſa igni appoſita Dæmones in aerē attollentes ſuper ignem ſuſpenſa tenent, ita vt veluti miraculo cõmotus Populus Epiſcopum cum ſuis necandũ exclamaret, qui ſanctum Dei inuidia moti exurere præſumpſerint. Quare Epiſcopus prudentum ſuaſu Miſſam B. V. celebrans pro detegenda veritate dum corpus Dominicum ſurſùm eleuat, dæmones in aere ſic exclamare audiuntur, ò Guido, te hucuſq; quantum potuimus defendimus at amplius nequimus quia maior nobis adeſt, mox oſſa in ignem cadentia combuſta ſunt. Ex quo diaboli dolus perpenditur, qui hæreticum etiam defunctum tuetur, quò animas decipiat. Hoc reperiſſe refert in hiſt. ſui ordinis Bernardus Lutz, ord Præd in Cat hęr. Hypocriſis quid efficiat. Euchariſtiæ efficacia.

GVILHELMVS Cornelius natione Brabantinus Antuerpię præbendæ beneficium paupertatis prętextu reliquit totus luxuriæ deditus, adeò vt meliorem eſſe publicam meretricem quolibet caſto ſibi aliquid retinente aſtrueret, ac ſola paupertate omnia peccata deleri; Pauperis tamen non miſereberis in Iudicio, inquit Dominus. Exod. 23. Pauper igitur quis erit, & reus. Quare annis quatuor elapſis conuicta huius hęreſis ma-

Guilhermi diu in hypocriſi conuerſati exitus.

litia per R. Nicolaum Cameracen. Ep. ipſius Guilhermi iam defuncti cadauer, ceu ſtirps inutilis (quemadmodum Iſaias de Nabuchdonoſore loquitur) de ſepulchro proiectum in cineres redactum eſt. Bernard. Luzt. cat. hęret.

GVILHELMVS de S. Amore mendicantium Monachorum acerbiſsimus hoſtis, ſuas hęreſes inſtituit, ac promulgauit ſub Alexandro 4. à quo damnatus eſt per Bull. quę incipit, Rom. Pontifex Conradi 4. Germanis Cæſaris, temp ann. D. 1250. Gabr. pr.

Acta Inq. contra cõtumacẽ.

HAMSTEDII ab Adriano Hamſtedio ſpectant ad tertiam Euangeliorum claſſem, qui luteri occaſione ab Eccleſia diſſentientes dogmata ſectantur lutero contraria. Hic in Selandia, & indè profugus in Anglia, ſententia Edmundi Londinen. Epiſcopi ab officio ſuſpenſus, & ad publicè die Dominico reuocandum compulſus, ac poſt contumaciam excommunicatus, in exilium deiectus eſt. ſentit autem cuiq; liberum eſſe, infantes ſine baptiſmo ſeruare ad aliquot annos &c. vt in lib. 2. Lindanus dub. dial. 2.

HARMONIVS filius Bardeſſanæ Syri, magni illius Ephraimi ambo diſcipuli cum eſſent, facundia maximè pręſtantes ſana excidere fidei doctrina, Pij papę, & Antonini Imp. ann. D. 163. Harmonius ad paternam hæreſim delapſus animę generationem, ac corporis interitum fato, ac ſyderibus tribuendo futuramq; reſurrectionem negando ea Lyricis modulis multos ex Syris demulſit; qua re D. Ephraim cognita eiuſdem modulis carmina Eccleſiaſticę ſententię conſona ſyris adhoc vſq; tempus canenda dedit: à quibus ardore ęmulationis poſteriores Eccleſię cantores modulorum formulas mutuati, magis ac magis auxerunt, ac propagarunt Niceph. Eccl. l. 9. c. 16.

Vnde Eccl. cantores modulorum formulas sũt mutuati.

HELIOGNOSTICI, qui (auct. Philaſtrio) & Deuictiatici dicuntur apud Iudęos Idolatrę, Perſarum, & Meſſegetarum

rum gentilium more, à quibus etiam hoc didicerunt, ſolem colebant, quòd illum ſolùm omnia ſcire, cunctaque vitę neceſſaria miniſtrare crederent, & non Dei miniſtrum, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. Quare præcipit Dominus Moiſi, cum fuerit nunciatum filios Iſmael adoraſſe Solem, Lunam, audiensq; diligenter inquiſieris, & verum eſſe repereris, educes virum, & mulierem, qui rem ſceleratiſsimam perpetrarunt ad portã ciuitatis, & lapidibus obruentur. Deut. 7. Eccl. 24. Matth. 5.

HELVIDIANI ab Heluidio hęretico, Mariam Chriſtum peperiſſe Virginem aſſerebant, at poſt cum marito congreſſam fratres Domini protuliſſe, contra id Ezechielis Vaticinium, Dixit Dominus ad me, Porta hæc clauſa erit, non aperietur, vir non tranſiet per eam, quia D. Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam. Ezech. 44.

HEMEROBAPTISTAE apud Iudęos hæretici, ſe & ſua veſtimenta quotidie abluebant, vt auct. eſt Crinitus; Vndè & tale acceperunt cognomen ſentiebant. n. aliter non poſſe viuere hominem, niſi ſingulis diebus ſe ſic abluendo ab omni culpa ſanctificaretur. Vnde Egeſippus teſtatur varias quoque ſectas in circunciſione fuiſſe, aduerſus tribum Iuda, & Chriſtum ipſum Eſſęorum, Gallilęorum Hemerobaptiſtarum, Maſbothæorum, Samaritanorum, Saducęorum, & Phariſęorum. Variæ vel apud Iudęos ſectę

HENRICIANI ab Henrico genere Franco, patria Toloſano fuere temp. Honorij 2. papæ, & Lotharij 2. Cæſ. an. D. 1128. de quo D. Bernardus Epiſt. in ordine 148 ad Ildefonſum ſic ait: Baſilicæ ſunt ſine Plebibus, Plebes ſine ſacerdotibus, & Chriſtiani ſine Chriſto: Eccleſiæ ſinagogę reputantur, Sanctuarium Dei ſanctum eſſe negatur, ſacra non ſacramenta cenſentur, Dies feſtiui feſtiuis ſolennis fruſtrantur; moriuntur homines in peccatis non ſacra communione muniti: Chriſtianorum paruulis Chriſti intercluditur vita, dum Baptiſmi negatur gratia: ad vocem vnius hæretici (ſ. Henrici) ſiluerunt omnes Propheticę, & Apoſtolicę voces: Homo apoſtata eſt, qui relicto Religionis habitu (nam monachus extitit) ad ſpurcitias

citias carnis,& ſeculi, tanquam canis ad ſuum vomitum eſt reuerſus. Hęc D. Bernardus.

HERACLEONITAE ab Heracleone quodam ſecundi Henrici diſcipulo dicti ſunt qui Valentini Cerdonis, & Marcionis, & iccircò Baſilidis eorum Ducis, hęreſim complexus emerſit Pij papę, & Antonini Imp. temp. an. D. 154 vnum ponens Principium, quem Dominum appellabat, ex quo natum aliud, ex quibus generat onem multorum principiorum fore aſſeruit cum ſuis itidem delirans magiſtris. ex Gabr. pr.

HERMAS, ſiue Hermias vnus fuit ex Meſſalianorum hæreticorum Ducibus, qui Syricij papę, & Valentis, & Valentiniani Imp. temp mundum irrepſerunt an. D. 388. videlicet Dadoes, Sabbas, Adelphius, Hermas, & Simeones, qui cacodęmone afflati, ſpiritusſ. pręſentiam eſſe opinantes, ab Eccleſiaſtica communione ſe ſe pręſciderunt, nihil prorsùs diuinam eſcam prodeſſe dicentes, ait Niceph. Eccl. hiſt. lib. 2. c. 14.

Duces Meſſalianorum.

HERMANVS Riſſuich Batauus natione, cum in multos errores, ac hæreſes lapſus, indeq; admonitus, ac tandem pœnitentia motus palinodiam cecinisſet à Magiſtratu miſericordiam conſecutus ad perpetuos carceres damnatus eſt, Alexandri 6. papę, & Maximiliani Imp. temp. an D. 1499. At cum poſtea è carceribus egreſſus, in priorem dementiam relapſus, multa longè peiora effutiſſet, dicens ſe quidem Chriſtianum natum, ſed à Chriſtianiſmo deſciuiſſe, quòd Chriſtianos omnes amentiſsimos diiudicaret, curiæ ſeculari traditus viuus exuſtus eſt. ex Bernard Lutzemb catal. hæret.

Hæretic⁹ pœnitens damnatur ad perpetuos carceres.

HERMANVS Italus auctor Fraticellorum hęreſis, de quibus ſuprà, apud ferrariam iam annis 20 ſepultus pro diuo colebatur, cuius corpus exhumari fecit, & in cineres redigi Bonifacius octauus ſub Adolfo Cęſare Germano an. D. 1297. diligenti, & accurrata ſuper hac re habita prius inquiſitione. Quo in loco annotandum, vt in diuerſis Epiſt. ſcribit Auguſtinus, hęreticos poſt mortem etiam anathematizandos eſſe, quamuis hac de re in vita ſua accuſati non fuerint. Talem.n. inquit Aug.

Hæretici poſt mortem etiā anathematizādi. D. Aug.

Eccle-

Eccleſiaſticam traditionem non ſolum S.Ro. Eccleſia aduerſus Epiſcopos, ſed & Epiſcopi aduerſus alios ſeruarunt. Vide Gab. pr. De ſectis hæret.

HERMOGENIANI ab Hermogene Afro Sabellij aſſecla, alio nomine Patropaſsiani, & Praxiani à Praxea quodam appellati, omnes diuerſa ab Eccleſia cath. Sentientes ab eadem abiecti ſunt, Stephani papę & Galieni Cęſ. temp. an. D. 260. De quibus Euſeb. lib. 7. c. 4. & 5. & Hilarius 6. de Trin. Horum hæreſes vide in patropaſſ. & Sabellio.

HERODIANI ab Herode Rege Iudęorum nuncupati, Herodem ipſum percuſſum ab Angelo, vt Chriſtum, ſperantes expectabant. De quibus Matth 22 Mar. 3. & 12. Herodes verò cum Act. 12. à Populo vt Deus acclamaretur, confeſtim ab Angelo percuſſus, quòd honorem Deo non daret, à vermibus conſumptus interiit. Ex Philaſtrio. Herodis mors horrenda.

HERON apoſtata Thebarum apud Aegyptios creatus Ep. caſu quodam ad gręcam ſuperſtitionem à Chriſtianiſmo defecit temp. Iuliani Imp. itidem apoſtatę, & Liberij papę, an. D. 365. quem ſubitò putrida inuaſit ęgritudo, quę totum eius corpus depaſta abominationem eum omnibus reddidit: quare deſperatis omnibus in viam proiectus à nullo prorsùs miſerationem conſecutus (Chriſtiani namque perindè atque piacu lum eum ſunt omnino auerſati: Gręci verò quòd tantùm ſe eorum fraudi ſubieciſſet agnouerunt) acerbiſsimè, ac miſerrimè vita exceſsit. Niceph hiſt Eccl. lib 10. c. 29.

HISHVSII ſecta Semiluterani ad ſecundam Euangelicorum noſtri temporis claſſem pertinentes, qui nimirum Luteri placitis ſua quędam noua Euangelij prętextu aſſuunt, dicuntur à Tilmanno Heshuſio, quem Caluinus Seruetianum infamat, Boquinus Arrianum, Vuilhelmus Cleinuuirzius verò præter peculatum plurimus de fidei capitibus accuſat. Vide Lindan. dub. dial. 2. Hæretici ſibi inuicé aduerſantur.

HIERARCHITAE ab Hierarcha hæretico appellati ſunt qui Eutychiani papę, & Taciti Imp temp an. D. 279. floruit,

de

de quibus D. Aug. de hęreſ. c. 47. & Hilarius lib. 6. de Trin.

HIERONYMVS de Braga Hæreſiarcha origine Bohemus in concilio Conſtantien. quod ſub Io. 23. P. Et Sigiſmondo Cęſ. Germano habitum eſt an. D. 1414 damnatus, poſt Io. Huſſ. combuſtum, in vinculis detentus cum reſipiſcere nollet, & ipſe viuus exuſtus eſt an. D. 1416. vt refert Aeneas ſyluius de orig Bohem cap. 13.

HILARIVS ſecta Arrianus, D. Auguſtino contemporaneus ſub Siricio P. & Theodoſio Archadio Imp. an. D 400. cantibus ſacris Eccleſię detrahendo (vt idem Aug lib. 2. Retr. c. 11. refert) ea potiſsimùm irridebat, quæ inter Miſſarum ſolemnia ante, & poſt oblationem corporis Chriſti concinuntur, quòd in illis Chriſti, quem deprimebat vt Arrij dogmatis aſſertor, laudes celebrari audiret. Vnde Ambroſius lib. 5. epiſt. videntes, inquit Arriani Pueros Chriſti gloriam concinentes, quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem, irrident ętatulam fidei plenam, dicentes, Ecce quid clamant? ſed reſpondet Chriſtus, ſi hi tacuerint, lapides clamabunt, hoc eſt, fortiores clamabunt, clamabunt & Iuuenes, clamabunt, & maturiores, clamabunt & ſenes. Hæc D. Ambroſ.

Quomodo lapides clamabunt.

HONORICVS quartus Vandalorum Rex, quem alii Honorium appellant Zenonis Principis temp. in Libya occidentali regnauit ann. D. 476. ſub Symplicio papa, Arriana hęreſi maximè infectus, ideoq; Catholicorum perſecutor acerrimus 334. Epiſcopos orthodoxos Aphricę in exilium relegauit hęreticorum ſuaſu, & inductione, vt author eſt Diaconus hiſtoricus. At huius Honorichi, & Vandalorum hiſtoriam ad viuum deſcriptam vide apud Nicephorum caliſtum. 17 cap. 11.

HVGONISTAE ex tertia claſſe Euangelicorum noſtrę tempeſtatis ſunt Antiluterani, vt qui Luteri occaſione ab Eccleſiæ doctrina diſſentientes, dogma ſectentur Lutero contraria, at Caluini nomen per Galliam obſcurantes, incertum eſt an ab Hugone quodam ludi magiſtello Pariſienſi, an ab Hugone Caneto ex comite Pariſienſi Francorum Rege dicantur. Porrò

Hugo-

Hugoniſtæ nunc paſsim noui vocitantur ſacramentarij, quòd noua quadam ſtropha ſacramenti veritatem eludere conentur; verbis enim præſentiam corporis,& ſanguinis Chriſti confirmant, ſed re ipſa negant. Lind.dub dial. 2.

HVSSITAE à Io. Huſſ genere Bohemo dicti ſunt: qui impiam Vualdenſium, & Vuicleffitarum ſectam amplexatus, tanta dementia in eorum doctrina profecit, vt velut viperinum exitiale genimen Matris ſuę Eccleſię viſcera corrodere nunquã ceſſarit, donec in Conc. Conſtantien. damnatus ſub Gregorio 11.papa, & Vuenceslao Cęſ Germano an D.1377 viuus exuſtus eſt. Vide Aeneam Syluium de Orig. Bohemo cap.37. Io. Huſſ Bohemus

HVTITAE ſecta Antiluterani à quodam Io. Huto dicti ſeſe corporaliter populum Iſraeliticum iactitantes, Cananeorum exciſores omnia volebant abligurienda, quòd dies Domini breui inſtaret; vndè ad ſummam inopiam ſunt redacti fruſtrà illum diem intempeſtiuè expectantes. Lind.dub.dial.2.

HYMENAEVS Apoſtolorum temp. in fide naufragium fecit, ætate Domitij Neronis, & Petri Apoſt.an.D. 56 factuſq; apoſtata, & hæreticus multos à veritate ſectanda auertit; quẽ Paulus Ap 1.Tim. 2.tradidit Satanę. Hic (ait Lind.dub.dial.2.) aſſeruit carnis reſurrectionem iam eſſe factam, aliamq; non expectandam: ſic ſanè quondàm Antuerpię ſtolidus ille Loiſtarum paterculus: idem Libertini in Gallijs docent. Lind. Hymenęi hæreſi ſectatores.

IACOBELLVS Miſnenſis Patria, moribus non minùs, quàm literis clarus apud Bragam totius Regni Bohemorum vrbem primariam docendi munere functus, cum ei Petrus quidam Dreſenſis Vualdenſium peſte corruptus, erratum grauiter ab Eccleſia perſuaſiſſet, quòd ea ſub una tantùm ſpecie laicos communicaret, adeò fuit commotus, vt populum publicè admoneret, ne deinceps communionem calicis, ſine quo ſaluari nemo poteſt, quoquo pacto dimitteret, Alexãdri 5.

papæ, & Ruperti Cæſ. Germani temp. an. D. 1410. Huic autem morbo ingraueſcenti Io. 23. papæ inualidiſsima adhibuit remedia. vide Aeneam Syluium de Orig. Bohemorum cap. 35.

IACOBITAE à Iacobo genere ſyro, qui temp. Pelagij 2. papę, & Maurici Imp. an. 584. emerſerunt primùm à Mattheo Apoſt. ad fidem Chriſti conuerſos ſe eſſe iactabant, at poſtea inimico ſuperſeminante zizania, in hęreſim prolapſi docuerunt, non eſſe neceſſarium ſacerdoti confiteri peccata, ſed ſoli Deo; Quos etiam pluriès anathemati traditos moderni ſecuti ſunt hæretici. vide plura apud Bernard. Lutzemburg. & Niceph. hiſt. Eccl. lib. 8. c. 45.

IACOBVS Præpoſiti ord. Eremitarum s. Auguſtini, Flandernatione, & ſecta Luteranus, cum apud Antuerpiam variiſq; in locis Luteri dogmata loco Euangelij diſſeminaſſet, tandem depræhenſus, & ad Palinodiam decantandam damnatus in maiori Eccleſia Bruxulen. coram ingenti hominum multitudine ſacra Imperiali Maieſtate cum ſua curia illic reſidente, ſolemnem fecit ſuorum Dogmatum reuocationem an. D. 1523. ſub Clemente 7. papa, & Carolo 5. Cęſare Germano, non ſuos tantùm, ſed & Luteri errores, ac ipſum Luterum reprobando; at poſtea relapſus in eundem, miſer offendit lapidem; quare fratribus eius conuentus, quos ille ſeduxerat, vinculis, & cuſtodiis mancipatis, conuentus ipſe mandato Adriani 6. papæ, apud Antuerpiam funditùs deletus ſolo adæquatus fuit. Formam reuocationis cum ſuis erroribus vide apud Bernard. à Lutzemb. catal. hęret.

Abiuratio ſolennis.

IACOBVS iuſtus inter Begardos (de quibus ſuprà) Primicerius, & anteſignagnus temp. Io. 22. papę, & Ludouici Cęſ. Germani an. D. 1314. cum aſſeclis dicebat pro Begardorum hęreſibus condemnatos tàm per ſum. Pontificē Ro. quàm alibi per fidei Inquiſitores beatos fore, ut Chriſti martyres, ſed horum hæreſibus per R. F. Nicolaum Roſellium Pręd. ord. Inquiſitorem damnatis, ipſe Iacobus ſeptis murorum incluſus miſeram vitam finiuit. vide Bernard. à Lutzemb. catal. hæret.

IBAS

IBAS Ediſſenus Epiſcopus, & hæreticus temp. Symplicij papę, & Zenonis Imp. an. D. 476. in ſynodo 5. Conſtantinop. Patrum 165. cum Theodoro, & Anthemio eiuſdem factionis, hęreſis damnatus eſt: quòd epiſtola ſua ad Marim Perſam ſcripta, Mariam V. non Theotocon, ſed Chriſtotocon appellandam diceret. de qua re Niceph Eccl. hiſt. lib. 17. cap. 27.

ICONOCLASTAE, ſeu Iconomachi Imaginum demolitores appellantur: quæ hæreſis primùm cępta eſt an. D. 719. temp. Gregorij 2. papę, & Leonis 3. Imp. qui & Iconomachus. i. Imaginum impugnator appellatus eſt, quòd Imagines, & ſtatuas Sanctorum è templis auferri, & incendi mandarit. At contra hanc hæreſim 7. Synodus Nicęna à 350. Epiſcopis celebrata fuit: quę huiuſmodi Iconoclaſtas tanquàm nothos, & à fidelium nobilitate alienos inſolubilibus anathematis vinculis conſtringendos iudicauit. Hæc ex Gabr. pr. cętera vide apud Photium, & Niceph lib. 6. c. 16.

Imaginū hæreſis quando cœpta.

Sententia ſynodi cōtra Iconoclaſtas.

IDOLOLATRAE hęretici dicuntur, quòd dogmata ab Eccleſię definitione aliena, velut Deos quoſdam nouos, recenteſq́; quos Patres eorum non coluerunt, ſequantur. Vnde Vincentius lirenen. per Prophetam intelligendo hęreticum, cap. Deut. 13. (Si ſurrexerit in medio tui Prophetes, & prędixerit ſignum, atque portentum, & euenerit, dixeritq́;, eamus, & ſequamur Deos alienos, non audies verba prophetę illius, quia tentat vos Deus vt palam fiat, vtrum diligatis eum.) per Deos alienos, extraneos errores vult ſignificare, nouos quoſdam, & inauditos: quos ſpargi aliquando patitur Deus, vt conſtantiam noſtram probet in diligendo ſe adhęrendo ſanæ doctrinę. Hæc Liren.

ILLIRICANI ſunt ſecta Luterani à Matthia Illirico homine Sclauo appellati, cuius dogmata contra Melanchthonem, & Vuittembergenſes ſectantur de Seruo arbitrio, quòd opera bona non ſint neceſſaria ad ſalutem: &c. vide lind. dub dial. 2.

Luterus cōtra Melāctonem

INDIANI, qui & Abaſini ad Presbyterum Ioannem, quem vulgò dicunt, ſpectant, per D. Thomam Apoſt. ad Chri

ſti fidem conuerſi, ſed ab erroribus non prorsùs alieni, Paruulos circuncidentes in frontibus calamo ferreo in modum Crucis adurunt: atque in fermento, & ſub vtraque ſpecie communicant. Ex Gabr. prat.

INSABBATATI ſunt ex factione Vualdenſium ſic adpellati, quòd inter eos perfectiores ſignum quoddam in ſuperiori parte ſotularis, quem Sabbatem appellant, deferre ſolent, emerſerunt autem temp. Alexandri 3. papę, & Friderici Imp an.D. 1160. Hi portò iuramentum, judicium, ac orationem omnem citra Dominicam reſpuentes, carnes omni die ſine delectu comedunt libidini prorsùs dediti. ex Gab. pr.

INTERIMISTAE ad ſecundam claſſem Euangelicorū noſtri temporis ſpectant. Nam teſte Hoſio lib. 1. de hær. Poſt illam admirabilem victoriam, qua Deus pro miniſtro ſuo Cæſare cauſam ſuam agente pugnauit, ſtatim luterana ſecta in tres diſecta eſt. Nam alij Interimiſtę facti ſunt, alij Adiaphoriſtę, de quibus ſuprà. Interimiſtę porrò duplices, vni ex permiſſu Cęſareę Maieſtatis, qui nulla in re alia ſe Luteranos profitebantur, pręter quàm quòd neque calicis vſum à laicis intermitti, neque vxores à ſacerdotibus relinqui volebant: quos interim Cæſar vſque ad Oecum. Conc tolerandos eſſe cenſuit. Alteri Interimiſtę Lipſenſes Theologi fuere, qui hoc INTERIM Auguſtanum an. 1548. confectum corrigendo, nouum INTERIM ſibi conſcripſerunt, quo plus aliquid de Luteri doctrina, quàm fuerat ab illo Cęſareo permiſſum, reſeruarent. Hęc ex Hoſio.

INTERIM Cęſareum.

INVISIBILES ex Rigidorum confeſsioniſtarum ſeculi noſtri ſecta, docent nullam Eccleſiam eſſe viſibilem, ſiquidem Deus ſolus (aiunt) norit, qui ſint ipſius: ita Luterus, & Melanchthon initiò, vt eſt in Apologia Auguſtanę confeſsionis: at hunc errorem licèt ipſi tacitò tractarint, eum nihilominùs retinent Illyricani, Suencfeldiani, Oſiandrini, & Anabaptiſtę. Hęc Staphilus.

IOACHIMVS Cœnobij, quod eſt in Calabria, Abbas indeq;

indeq; oriundus ord. S. Benedicti Monachus ſub Cæleſtino 3. papa, & Henrico 6. Imp an. D. 1195. multa leui ſanè ingenio edidit, prognoſtica in eis miſcendo, quę aliter, quàm ipſe prædixerat, in poſterum euenerunt. Nam (vt cętera omittam) Fridericum Imp. hoſtem Eccleſię futurum, cum vigilando ſomnians prædixiſſet: omnes hiſtoriæ eum ad mortem vſque in pace, & tranquillitate Eccleſiæ permanſiſſe tradunt. Porò de ipſius erroribus circa tres hominis ſtatus vide Guid. Carmelita, & circa Trinitatem Bern Lutzē cuius libellus damnatur Conc. Lateran. 2 rel. ext. de ſum. Trin.

Leuitatis eſt prono ſticari.

IOAN. de Leriden primò Sartor profeſsione, deindè plurium hęreticorum ex Zuingliana, & Caluiniana ſecta prodeuntium factione, Anabaptiſtarum Rex conſtitutus an. D. 1534. Pauli 3. papæ, & Caroli 5. Imp. temp. cum ipſis Anabaptiſtis adeò agreſtem, & Beluinam vitam duxit, tantamq; turpitudinem exercuit, vt cunctas ordinationes humanas, virtutem, honeſtatem, & diſciplinam omnem ſuſtulerit, ac prorsùs aboleuerit: quare diuina vltione ipſe Rex, & eius conſiliarij opera Epiſcopi ciuitatis Monaſterij (quam in Vueſtphalia vt arcem Sion, & nouam Hieruſalem ſibi parauerant) & Lantgrauij Heſſiæ auxilio capti, & ignitis forcibus lacerati è turri in caueis ferreis, alijs in exemplum, & terrorem ſuſpenſi ſunt an. 1536. Ex Gab. pr.

IO. Oecolampadius ſacramentariorum Dux, eorum' videlicèt, qui hac noſtra tempeſtate Luteri occaſione ab Eccleſiæ doctrina diſſentientes dogmata ſectantur Lutero contraria, an. D. 1525. Clementis 7. papę, & Caroli 5. Imp. temp. primus omnium cum Zuinglio damnatum Berengarij errorem Baſileæ renouauit. Qui (teſte Lindano dub. dial. 2.) vt ſuum nomen varijs de gręco tranſlationibus audacia ſacrilega mutilatis contaminauit. ita eum à magiſtris ſuis inter ſe diſcordibus diſſentientem, alij ſacramentorum duces facilè obſcurarunt. Nam Eraſmus Rot. Epiſt. ad Goclenium eum affectarę tyrannidis accuſat: Luterus lib. de Miſſa priuata eum ad vxoris latus depre-

Quāta hęreticorum inter ſe cōfuſio.

depre-

depręhenſum mortunm ſub vitæ finem deſperaſſe diffamat: alij ſuis ipſius, ſuorumque manibus clàm eſſe peremptum, animamq; effudiſſe ſcribunt. ex Gabr. pr.

IOAN. Spangebergus ex Luteranorum familia emerſit temp. Pauli 3. papę, & Caroli 5. Imp an. D. 1536. cuius lib. Margaritam Theologię inſcriptum recenſet Gab. pr. de ſect. hęret. erroribus contra opera, merita, ac Iuſtificationem refertum.

IO. Vuicleffus, à quo Vuicleffitę, natione Anglus, profeſſione ſacerdos, & artium magiſter, ingenio quidem acri, ac eloquentia non mediocri, ſed Eccleſię infeſtus varia dogmata impietate plena ſparſit de iure tùm diuino, tùm humano, de Eccleſia, de Monachis, de cęremonijs, de decimis, de obedientia, ac aliis, Clementis 6. papę, & Caroli 4. Cęſ. Germani temp. an. D. 1352. contra quem, ac ſuos aſſeclas poſtmodùm validiſsimè ſcripſit Thomas Valden. an. 1410. at ipſo Io. Vuicleff. Gen. Conc Conſtantienſi, vt hæretico impęnitente condemnato, eius oſſa exhumata extra Eccleſiam eſſe proiicienda decretum eſt. De hoc Io. Nider inform. lib. 3.

IO. de Rocſeſana aſſertor erroris Ioan. Vuicl. & Huſsi fuit, temp. Martini 5. papæ, & Sigiſmundi Imp. an. D. 1430. De quo Aeneas Syluius de Orig. Bohem. eſt (inquit) oppidum Pragenſis Eccleſiæ, cui Rocſeſana nomen eſt: ex quo puer obſcuri parentibus, ſenſuq; tenuiſsimo natus Io. nomine Bragam venit: mendicatuq; victum quęritans Grammaticam, & Dialecticam didicit Iacobelli auditor: Presbyter ordinatus verbum Dei Pragenſibus prędicare cępit pſeudo eorum Apoſtolus factus, ad tantamq; dementiam redactus, vt viros Religioſos, ac Monachos Dæmones appellando, aſſereret, eos in hoc quotidie incumbere, vt nos à veritate abducant. Aeneas ſyl.

IO. de Ziſcha Huſsitarum Capitaneus nobili genere natus, ſed prauo ingenio, emerſit Io. 23. papæ, & Sigiſmundi Imp. tēp. an. D. 1411. Qui in Regis Aula à pueritia educatus altero oculo in pugna orbatus fuit, vt cęcorum exercitus cæcum ducem ſequeretur, vt rei probauit euentus: nam Angelum de cęlo miſ-

ſum

ſum in hoc homine Bohemi cęci primò loqui arbitrantes poſtmodùm eum veneno Huſsitarum adeò infectum inuenerunt, vt in Dei Eccleſiam venenatus, Crucifixi imagines vbicunque reperiret, perfringeret: propter quod peſte tactus animam infęlicem exhalauit. Ex Gabr pr. ſect. hęret.

I O. Roatius nobili loco natus, at mente peſsima, Io. 23. papæ, & Sigiſmundi Imp. temp an. D. 1412. non longè à montibus Cuthnis intra ſyluas caſtellum ædificauit Sicariorum omnium receptaculum, montem Sion id appellando aſſerens ex eo veritatem prodituram, quæ gentem Boheticam libertate donaret. At Sigiſmundus Imp. caſtello obſidione capto Roatium cum latronibus complicibus ſuſpendio ad furcas vitam finire iuſsit, in quarum ſublimiori Roatius apenſus eſt. ex Aenea Syluio de orig. Bohem c. 12. Commen tum diabo licum.

I O. Vueſtphalus, ſeu de Vueſtphalia ſuperiore, natione Germanus, profeſsione doctor Theologus, ac diuerſis in locis concionator inſignis, Luteri hęreſi infectus multos edidit libros, qui ob varias hæreſes in eis repertas ex Inquiſitorum hęreticæ prauitatis ſententia Moguntiæ exuſti ſunt, temp. Clementis 7. & Caroli 5. Imp. an. D. 1533. cætera cum ſuis erroribus vide apud Bernardum de Lutzemb. Catal. hæret.

I O. de Poliaco Theologus Pariſien. varias diſſeminauit hæreſes circa audientiam confeſsionis ſacramẽtalis temp. Io. 22. papę, & Ludouici Bauari Cęſ. Germani an. D. 1323. qui ab eodem papa in extrau. Vas elect. cum ſuis erroribus damnatus fuit. Ex Gabr. pt.

I O. Philoponus genere Alexandrinus, profeſsione Philoſophus, quamuis ſtylo non admodum laudatus, argumentationibus tamen admirandus fuit in Platonis, & Ariſtotelis doctrina maximè verſatus. Quare cum Monophyſitarum, & Tritheitarum hęreſum dux eſſet temp. Sabiniani papę, & Phocę Imp. an. D. 1004. impio Sergio Conſtantinopolitanæ tùm Eccleſiæ hierarchæ, vt pręfatam hęreſim conſtitueret, ab eo monitus, librum acutiſsimum compoſuit, qui διαιτητής, hoc eſt arbiter,

ſiue

Leontius Monach. & Gregorius Piſides Philoponi refutatores.

ſiue de vnione inſcriptus decem capitulis omnem eam hæreſim contexit contra vnam Trinitatis diuinę eſſentiam, duas in Chriſto naturas, ac alia catholicè aſſerta: quę Leontius monachus libro triginta capitum contra eum conſcripto validè tuẽdo, hęreſim illam prorsùs euertit: atque admirandus ille Diaconus ac referendarius Georgius Piſides abſurditatem illius refutauit.ex Niceph.ſuę hiſt.lib.18.c.46.

IOVINIANVS, à quo Iouinianiſtę hæretici, Rom.Vrbis monachus extitit; at monachatu reiecto multos errores in Eccleſiam inuexit D. Hieronymi temp. qui eum deuicit ſub Siricio papa, & Theodoſio 2. Cęſ an D.395.cętera apud dictum Hieron.& Aug. ad quod vult Deum,cap. 82. & D.Tho.contra detrah. Relig cap. 6.habentur.

ISINI, vt ſuprà in Coptis diximus, hæretici ſunt Indiam incolentes, ſectam quidem per ſe habent, ſed maiori ex parte in Aegipto ſub ditione Soldani degentes, infantes ſuos ferro ignito caracterizant. ex Gab.pr.

IVDAS Iſcariotes hæreticorum omnium Euangelicæ legis, & à fide Chriſtiana defectorum primus (D.Hieronymo teſte) ea infidelitate, qua Dominum tradidit, putabat ſigna,quę viderat facere Saluatorem, non maieſtate diuina, ſed magicis artibus facta. A' quo Iudaiſtarum hęreſis exorta eſt (auct. Philaſt.) aſſerentium Iudam bonum feciſſe opus. cum Saluatorem tradidit, quòd ſciret Chriſtum ſic ſalutem hominibus allaturum, Iſcariotiſtę porrò nunc ſunt (ait Staph. de Luter. inter ſe Conc.) qui negant à Iuda Iſcariotæ verum corpus D. in cœna fuiſſe acceptum.

IVDAEI licèt hęretici propriè non ſint, quòd eorum Tit. diſtinguatur ab eo, qui de hæreticis eſt, attamen eorum infidelitas à D.Tho 22. quęſt. 9. artic 6. etiam hęreſis dicitur, quòd Chriſtianę fidei in figura ſuſceptę omnino renitatur: Quò fit, vt D.Aug.ſerm. aduerſus quinque hęreſes, Iudæos inter hęreticos ponat. vnde Egeſippus varias in circuncisione inter filios Iſrael aduerſus Tribum Iuda, & Chriſtum ipſum enumerat ſectas,

ctas, Heſſęorum, Galileorum, Hemerobaptiſtarum, Maſbotheorum, & Phariſęorum. Hinc ſum. Pontifex Iudęos punit, tàm ſi contra legem peccent in moralibus, quæ immutabilia perſeuerant, quàm ſi contra legem ſuam hæreſes inſtituant. Quare & Gregorius 9. & Innocentius 3 librum, quem Iudęi contra Chriſtum ediderant, Talmud inſcriptum, ob id exuri mandarunt, quòd hæreſibus eſſet aſperſus. Quæ quales ſint ex Lindano dubit. dial. 2. eò magis hìc nos referre libuit, quò ipſe argutiùs in eis recenſendis Iudaiſmum per Euangelicos noſtri temporis inuectum Euangelij titulo ſic probat. Blaterant Iudęi.

Sectæ hæreticorum Iudæorũ. Papa in quo Iudęos puniat Talmud cur exuſtum.

1 Non eſſe in ſancta Trinitate perſonas tres: idem Seruetus.
2 Ieſum Nazarenum non eſſe verum Meſsiam: idem Dauidgeorgius.
3 Chriſtum non eſſe perſonam aliam à Patre: idem Illyricus.
4 Chriſtum non eſſe natura Deum: idem Suencfeldius.
5 Vſuras eſſe licitas: idem Bucerus, & Molinęus.
6 Matrimonium ſecundum Moſaicas leges in affinitatibus obſeruandum: idem Melancton in locis com. ſeruare docuit contra Eccleſiæ canones.
7 Matrimonium ob adulterium diſſoluendum: ſic Euangelici: vnde quidam intra Semiannum tres Geneuę duxit vxorem, quòd duas probarat adulteras, iudice Caluino.
8 Leges iudiciales, & forenſes ſecundum Moiſen ſeruandas: idem Carolſtadius.
9 A canone ſcripturarum lib. Machab. reijciendos: & duos poſteriores Eſdrę recipiendos: ita contendit Bulingerus contra Cath. Eccleſiæ decreta.
10 Cum Aquila Iudęo illud Eſaię 7. ſic peruertit Oecolampadius. Ecce Iuuencula concipiet, ne Marię Virginitatem ex hoc confiteatur: ita Caluinus teſtimonia de perſonarum Trinitate, & Chriſti diuinitate in s. ſcript, ſanè intellecta cum Iudęis extenuat.
11 Statim à reſipiſcentia, aiunt Iudæi, remiſſum peccatum

Iudaiſmus per Euangelicos inuectus Euangelii Titulo.

K abſque

abſque vlla ſacramenti confeſsione, & pęnitentia : idem paſſim docent Euangelici.

12 Ad Chriſti mentionem non inflectunt Genua Iudæi execrantes Ieſu, & Mariæ nomen : ita Euangelici venerationis, & reuerentię cęremonias pro Chriſto ac eius ſanctis abhorrent, & per Friſiam nomen Ieſu, quod Chriſtiani vel admirantes vel imprecantes magnificant: illi præpoſterè ſua ſuperſtitione corrumpunt : nec ſalutati, in Dei nomine reſalutant : ſed mutatis Chriſtianis ſalutandi formulis, in Dei, & Ieſu nomine vſitatis, illi reddunt bona dies, habeo gratiam, pro Deus rependat : taceo maledicta, quę pluſquàm iudaica in Virginem Matrem, miſeri euomunt Anabaptiſtæ.

13 Crucis ſignum vt anathema fugiunt Iudæi; ita Euangelici figuram crucis vbique abolent, adeò vt Luterus Feſtum crucis anathemate damnarit.

14 Imagines Iudęi non ferunt: ita nec Zuingliani, nec Caluiniani, nec tota Geneuę ſinagoga more Turcico vllam prorsùs habet imaginem.

15 Sabbatizant Iudęi : ita docuit Carolſtadius nullum feſtum præter ſabbatum colendum.

20 Meſsiam non veniſſe aiunt Iudęi : ſic & Bucerus ſub mortem, Ieſum Nazarenum dixit non eſſe illum, quem Deus promiſit Patribus.

21 Cum Iudæis Euangelicorum etiam aliqui circuncìſionem carnis obſeruant.

22 Non deſunt tandem, qui etiam manna in cœna Domini ſe ſe edere affirment, ne quid à Iudæis varient. Hæc breuiter ex Lindano.

IVLIANVS Halicarnaſſeus multarum hæreſum author fuit an. D. 604. ſub Sabiniano papa. & Phoca Imp. quo tempore, cum quiſque quod ſibi videretur, fidei inſertum vellet, plurima ſectorum, & hæreticorum turba exorta eſt, Tritheitarum, Agnoetarum, Theopaſchitarum, Iacobitarum, Armeniorum, Seueritarum, & Aphthartodocitarum initio ab ipſo

Iuliano

Iuliano ſumpto, qui D. corpus quidem creatum, ſed à conce-ptione incorruptibile eſſe voluit. Porrò eos, qui eis aduerſan-tur, Phantaſiaſtas, & Manichæos vocant; & è contrà illi hos Phthartolatras, & Scenolatras nominant. ex Niceph. hiſt. Ec-cle lib. 18. cap. 25.

IVLIANVS Ep. Capuanus (auct. Gennadio) vir acer in-genio, & in diuinis ſcripturis eruditus Pelagij hæretica dog-mata mordicùs tuebatur Auguſtini tempore, qui contra eum acerrimus impugnator exiſtens, reliquosq; Pelagianos Hypo-gnoſticon volumen ſex librorum conſcripſit. Hic tempore fa-mis, & anguſtię facultates ſuas egentibus erogabat, vt hac ſua ficta miſeratione ſuæ hæreſis ſocios efficeret. Vixit autem Inno centii papę, & Archadij Imp. temp. an. D. 405. Gennadius.

IVLIANVS Apoſtata Conſtantij Imp. nepos, frater Gal li, an. D. 357. Monachus factus, & Sanctioris Religionis ma-ximus ſimulator, cum à Pueritia ſceleratiſsimus eſſet, & in ar-te magica inſtructus, ob varietatem opinionum, quibus alij deſperabant, alij à Religione Chriſtiana ad Idola deſciſcebāt, apoſtatauit, adeò vt religionem abiurando, etiam Chriſtum ip ſum pernegarit, & ſacrificijs nefandis; dęmonumq́. inuoca-tionibus deteſtandis, ac victimarum ſanguine impuro ſacrum lauacrum abluerit, atque ſe ipſum à myſteriis Eccleſię ex autho ratum omnino excluſerit. Quo factum eſt, vt diuina vindicta à Mercurio illo magno percuſſus vitam ſacrilegam finierit. Proh dolor qua porrò impudentia hac noſtra tempeſtate hære-tici tali monſtro fauentes liberalia ſtudia cum eo interdicere, & Chriſtianos libros irridere audent: contra quem tàm dili-genter ſcripſit Cyrillus, & tam audacter reſpondit Nazianze-nus: quin ipſemet Iulianus cum ex inflicto vulnere animam ageret, manum ſanguine plenam ad cœlum proieciſſe dicitur, atque exclamaſſe, (viciſti tandem Galilęe) Chriſtum ſignifi-cans, quem Galilæum appellabat. Vide Ruf. hiſt. Eccl. lib. 10. cap. 38. 39. & Niceph. lib. 10 cap. 32.

Quàm pernicioſa libera opinionū varietas.

Iulianus liberalia ſtudia, & lib Chriſtianos prohibuit.

IVSTIFICATORII hęretici ſunt ex Luteranorum ſe-

ѻa, qui modò opera noſtra excludant, totum iuſtificationis opus in Chriſtum reiiciendo variè non curant inter ſe de iuſtificatione ſentire: nam (vt inquit Oſiander) vbi locum aliquem in ſcripturis legerint, quo iuſtitiæ fiat mentio, ſtatim nouam ex eo ad libitum fabricantur iuſtificationem. Vt, legit aliquis: credidit Abraah, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam: ſtatim ex vno loco duo colligit iuſtificationis genera, alterum, ex verbo (credidit) vt aſſerat fidem eſſe noſtram iuſtitiam: alterum, ex verbo (reputatum) vt velit Deum iuſtitiam quam nobis imputare nos pro iuſtis habere, etiam ſi non ſimus: Hinc de vno, eodemq; Iuſtificationis dogmate Melanctonis diſcipulorumq; eius quatuordecim enumerãtur opiniones, & confeſſioniſtarum triginta: Quin Iuſtificatorij ipſi Oſiandro ſe opponentes à Duce Pruſsię an. D. 1551. ſuper iuſtificationis modo interrogati, ſinguli Eccleſiarum ſuarum nomine ita reſponderunt, vt plus eſſet ipſis inter ſe, quàm cum Oſiandro mutuæ diſſenſionis: Priuatam enim quiſque iuſtitię definitionem obtrudebat, omnes contrariam, nullus Catholicam.

LAMPERIANI à quò denominentur nuſquã reperi, authores fuerunt (inquit Alf. C. 1 ad. hær.) illius hæreſis, qua Vuicleffitę, & Luterani vota omnia aſpernũt, aſſerentes omnia liberè & citra coactionem facienda. ex eo quod dicitur, voluntariè ſacrificabo tibi:
pſ. 53. non percipientes, non niſi voluntariè quidẽ fieri votum, ſed factum omninò obſeruandum. Luterus autem poſtquàm apoſtatauit à Monachatu, Monachorum uotum deſtruere voluit, ne vllum extaret apoſtaſię ſuę teſtimonium. Lamperiani porrò, vt colligit Gabr. pr. fuerunt temp. Innocentij 6. papæ, & Caroli 4. imp. ann. D. 1352. ſe ſe Apoſtolicos, & ad Apoſtolorum ordinem pertinere iactantes.

Leo 3. & 4 Imper. *LEO* Tertius Iſaurus, ſiue Conon cognominatus imperium inuaſit, abſtulitq; à Theodoſio imp. ſub Gregorio 2. pa-

pa,

pa, an. D. 719. iconomachus appellatus, quòd imagines, ac ſtatuas ſanctorum è templis auferri, ac incendi mandarit; cuius hæreſi adhęſit, & Leo 4. Imp. at eo defuncto, vxor eius Irene dicta Concilium in Nicena vrbe ſecundum, quod ſeptimū habebatur, congregari fecit, in quo à 350. Epiſcopis eodem cō uenientibus definitum eſt, vt qui ſacras imagines delendas dicerent, perpetuo anathemate notarentur. Ex Gabr. pr. contra imag. Irene Imperatrix pro imag.

LIBERI hęretici ſecta Antiluterani ex Anabaptiſtarum ordine, libertatem dicunt cum quis ab obedientia Principum, cenſibus, & redditibus ſe ſe eximit eò perfectionis ſe ſe peruenire ſimulantes, vt non ſolùm Deo ſimiles, ſed etiam ſe ipſos deificatos, iactitent. Ex Lind. dub. dial. 2.

LIBERTINVS, à libertate, quam prędicant Euangelicam, dicti, ex catabaptiſtarum origine (teſte Petro Vireto l. 2. de Miniſterio Verbi) Chriſtum Satanam vitium virtutem, & Virtutem vitium exiſtimant: & quod peſsimum eſt Libertinorum Genus (auct. Bulingero lib. 2. contra Anabapt.) Deo peccatum aſcribunt. De his Lind.

LICINIVS Imperator ex Dacia oriundus, priùs quidem dogmatis Chriſtiani ſectator, at poſt ad paganiſmum conuerſus ſub Milciade papa, an. D 312. Chriſtianos (quorum magnus Conſtantinus, qui ei ſororem ſuam Conſtantiam in matrimonium dederat, ingens erat amator) ingratus occultè occidebat, literis adeò infeſtus, vt virus ac peſtem publicam eas appellaret, illarum tam expers, vt ne decretis quidem ſubſcribere poſſet. ſed tandem ab ipſo Conſtantino ob id deiectus deſperatione in ſe ipſum ferrum pertrahens ſibi vitæ finem, & Tyrannydi, ac Idololatrię bellicum motum creauit quare vt memoria eius quoque damnaretur, ſtatuę, & quæcunque ipſius imagines in muris poſitę atque inſertę, euerſę, erutæ. & abolitę ſunt. ex Gabr. pr. Memoria hæreticorum damnanda.

LOISTAE ex numero ſunt noſtri temp. Euangeliorum à quodam Eligio Antuerpienſi dicti, qui omnia ſimulans, & diſsimulans in templis verſabatur, ſacerdoti ſacrificanti deſeruiens, Eligii Loiſtæ hypocriſis, & diſsimulatio.

uiens, teſſeram calicis ſacri veſtibus inotatam, in erroris priſtini pœnitentiam circunferebat: ſed habitum, non animum mutans Deum, hominesq; ridebat, impium Lucianum, atque Doletum Gallum paraſangis ſuperans. Hæc Lind dub. dial. 2.

Hæretico rũ eſt nõ eſſe in ſua eorũ perſi diavnitos.

LOLLARDI ex Anglia, & Vuicleffitarum ſecta, quamquam eos in omni non ſequantur errore, quod eſt hæreticorum peculiare, vnitatem opinionis non tenere, emerſerunt temp. Innocentij 6. papę, & Caroli 4. Imp. an. D. 1360. aſſerentes quoſcunque Eccleſię exorciſmos benedictiones, & conſecrationes potiùs Necromantię, quàm Chriſtianę pietatis opus eſſe. ex Gabr. pr.

LVCIFERIANI à Lucifero Carcalitano in Sardinia Epiſcopo nominati, qui ſola ambitione motus ſuam hæreſim Populo obtruſit, Liberij papę, & Conſtantij Imp. tempore an. D. 365. dicebant inter cætera animam hominis de carnis ſubſtantia eſſe propagatam. vide Aug. lib de hæreſ. c. 8.

LVCAS Stemberger an. D. 1561. ſub Pio 4. papa, & Ferdinando Imp. in Olomucenſi Morauiæ oppido emerſus, Euangelicum ſe Eccleſiaſten, & Luteri, ac Melanchonis diſcipulum profeſſus doctrinam hanc ceu purum Dei verbum publicitùs tradidit (videlicèt) ſanctiſsimam non eſſe in diuinis Trinitatem, optans vt Dęmones eam abducant, & aſportent, neſcire ſe inquiens, an fœmina, vel mas ſit, perſuaſum autem ſe habere, Trinitatem illam quandam fœminam eſſe, quæ tres maritos habuerit. de hoc alijsq; abſurdiſsimis eius erroribus, Author eſt Staphilus de Luteranorum inter ſe concordia.

LVCIANVS, à quo Lucianiſtę Marcionis diſcipulus, Valentini, Cerdonis, & Baſilidis hęreſim ſecutus ſub Pio papa, & Antonino Pio Imp. an. D. 156. vetus teſtamentum reiecit aliis erroribus infectus, vt videre eſt apud D. Hilarium lib. 6. de Trinit. & Irenęum lib. 3. cap 3.

LVCIVS Alexandriæ Eccleſiæ obtruſus potiùs, quàm legitima electione ſuffectus Epiſcopus prauitatis Arrianę ſectator acerrimus, Damaſi papæ, & Valentiniani Imp. itidem hæreſeos

ſeos

ſeos aſſertoris, temp. an. D. 378. dicebat filium non noſſe ſuam ſubſtãtiam ſed propter nos factum, vt nos per eũ, tanquam per inſtrumentum crearet Deus, adeò quidem vt nequaquam ſubſtitiſſet, niſi nos Deus feciſſet hic impiiſsimus Antonium monachum celeberrimum, venerabilem Macarium, eruditum Iſidorum, cęterosq; piiſsimos, ac ſanctiſsimos viros ſpeluncis ſuis eiiciens in Inſulam ab impiiſsimis inhabitatam deſtinauit: aliaq; horrenda in ſacras Virgines patrauit, pro ſacris ſcelera proferens, pro honeſtis luxuriam pro pietate impietatem, pro continentia fornicationem, adulterium, & maſculorum concubitum. vide Theodoritum Trip. hiſtor. lib. 7. cap. 48. & Ruffinum. L. teſtan dũ ſcelus.

LVDOICVS Alemani, natione Italus, ſecta Zuinglianus an. 1566. apud Lugdunum famam ſibi ex impugnatione Caluinianę doctrinę, & eiuſdem pręſtigiarum detectione, quò purum Zuinglianiſmum ſtatueret, comparauit, has aſſertiones contra Caluinianam ſectam pro Zuingliana adducendo. quàm bellè ab altero etiã hęretico impugnatur Caluin⁹.

1 In ſacramento cœnę nulla nobis datur ad edendum, vel bibendum ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti.
2 Neque per fidem, ſeu (vt vocant) incompræhenſibili modo.
3 Quia hoc totum imaginarium eſt, & repugnat Dei Verbo.
4 Hanc manducationem corporis, & ſanguinis Chriſti ſpiritualem tantùm eſſe contendimus.
5 Ad quam pij veram fidem, ac pœnitentiam afferre debent, gratiarumq; actionem beneficiorum, quę accepimus à Deo per Chriſtum.
6 Chriſtus licèt à ſuis fidelibus non ſit abſens, tamen illus ſubſtantiale corpus conſtanter affirmamus non eſſe præſens in hac cęna. Hęc ex Claudio Sancteſio in examine Doctrinę Caluinianæ, & Bezanę libuit referre, vt Caluinus ille, quem vnicum nuſquam lapſum, cęteros verò omnes aberraſſe, quem Apoſtolos non ſolùm ęquaſſe, ſed etiam ſuperaſſe in intelligentia cęnę iactitant Bezanitæ, vel ex alterius hęretici detegatur teſtimonio, toto cœlo, ac terra in Dominica cęna ipſe

grauiter

grauiter errando abſurdiſsima protuliſſe.

LVTERVS, à quo luterani, natione Germanus, patria Islebienſis, Saxonię vrbe incubo Dæmone natus, qui eius matrem balnei publici ſeruulam oppreſsit: poſt iuris ſtudium vbi fuiſſet ictu fulminis in agro proſtratus, adeòq; ſodalis interitu perterrefactus, D. Auguſtini Religionem ingreſſus eſt, an. D. 1504. in qua annos iam decem profeſſus Romam cauſarum patronus mittitur. Vnde non voti compos reuerſus, ann. D. 1512. Doctor ſacræ Theologiæ Erfordię creatus magnas in catholica Eccleſia turbas dare cępit. Nouas ſiquidem quæſtiones non tam ingenij confidentia, aut doctrinæ pręſtantia, quàm contentionis ſtudio, rixandiq; libidine iam in ſophiſmatibus exercitatus ſpargere aggrediabatur, themata de libero arbitrio, de operum meritis de Indulgentijs, de Pęnitentia, de Iuſtificatione, ac aliis, valuis affigens: quibus grauem atque exitialem Germaniis iam cępit mouere tragędiam: idq; anno D. 1514. Ad hæc cum Leo decimus templi Romæ abſoluendi, iam D. Petro à Iulio ſecundo inchoati, aut Turcici belli cauſa, indulgentias elargitas Archiepiſcopo Maguntino per Germaniam diſtribuendas crediditſet, quas auguſtiniani commendatas ſolebant populo proponere: Archiepiſcopus ipſe tunc temporis ad Dominicanos eas tranſtulit inuulgandas. Quare Luterus quæſtum ad ſe redire ſolitum, aliò cum ſui dolore ac detrimento videns tranſlatum, ſtuduit optatam illam prædam impediendo ſaltem imminuere, contra indulgentias dudum à ſe laudatas inter concionandũ ſe acriter inuehendo, an. D. 1516. Verùm cum ea lucri ſpe eſſet fruſtratus aſſertionibus ad valuas affixis, at literis miſſorijs indulgentias non modò, vt antea fraudis accuſabat, ſed & prorsùs earum vim atque efficaciam infringere ſtudebat Propter quod anno D. 1516. R D. Ioan. Eccius Lipſię ad publicam diſputationem Carolſtadium Luteri propugnatorem prouocat, cum quo de ſummi Pontificis primatu, de Purgatorio ac indulgentiis (contra quæ omnia iam Luterus vt canis rabię inflammatus mordicùs latrarat) validiſ-

ab Indulgẽtiis ſuorum errorum ſuam ſibi auſpicatur ruinam.

ſimè

ſimè diſputat. At fatigato per dies ſeptem Carolſtadio, iamq; exauſto ſucceſsit Luterus totus furens, vt Eccium exagitatum (ſi poſſet) viuum abſorberet. Quare ante diſputationem Luteri vultum videntes iracundum, cùm eum admonerent, vt nihil per iram, ſed omnia modeſtè ageret, ne ſcandalo fieret auditoribus: ille ira victus latitans venenum euomuit: Non propter Deum (inquiens) hæc res cępta eſt, neque propter Deum finietur. Quemadmodum & epiſt. ad Argentinenſes ait, ſe non Chriſti amore, ſed papę odio inflammatum ob interceptum quęſtum ex indulgētijs ſperatum haſce orbi mouiſſe tragedias, & libro ſuo contra Regem Anglię in Papam exagerans in hæc prorupit verba: Papatus hoſtis ero viuens, exuſtus bis ero hoſtis, facite porci Tomiſtæ quod poteſtis Luterum habebitis Vrſum in via, Leenam in ſemita. At interim libellos furibundi Luteri per Saxoniam Louanienſes, deindè Colonienſes Theologi publicè damnatos exurunt, an. D.1520. & Romæ bulla Leonis decimi 17. Calendas Iulij eiuſdem anni in Germaniam allata, ipſius errores ac libri anathematizantur. Qua de re cùm aliter vindicare ſe non poſſet iracundus Luterus, ius canonicum. i. ſanctiſsimas gubernandę Eccleſię Apoſtolorum, patrum, Conciliorum, & Chriſti regulas, rogo iniecit exurēdum. Sicq; pontificijs rebus cùm nocere non poſſet, maledicis verbis & conuicijs quod potuit, nocuit. In cuius Eccleſiæ contemptum excuculatus monialem duxit vxorem Catherinam de Bore ſacrilegam, & Chriſti adultera, an. D.1525. vt diabolicis nuptijs ſuauiaret monacus monacam, ſaltaret, potitaret, ſtrenuè cuticulam curaret, ventris, & inguinis mancipium. Ad hęc per excōmunicationem iā Satanæ traditus, diabolum ſibi elegit magiſtrum, cum quo fatetur in libello de angulari miſſa ſe mutuum habuiſſe coloquium: vbi Diabolus (inquit ille) nocte à ſomno eum excitans, ad ſcribendum contra ſacroſanctum altaris ſacrificium eundem ex ſuo zelo perſuaſit, argumenta contra miſſam validiora proponens, quàm quæ ipſe refellere poſſet. Inſuper Luterus libello ſuo, quem de miſſa priuata edi-

à ſuo patre Augustino degeneràs qui hæreticorū acerrim⁹ hoſtis fuit, filius degener ſummus hæreſiarcha euadit.

dit Diaboli magiſtri ſui vocem depingit tam robuſtam ac hor ridè ſonantem, vt habita cum eo collatione nocturna animę audientium ita reddantur anxiæ, vt in momento è corpore cogantur migrare: quod ſibi etiam propè accidiſſe ſcribit: & tandem ſub vitæ finem re ipſa euenit, vt ipſe ebrius, ac hilaris mane in lecto Diaboli opera repertus ſit mortuus. Cęterum vt etiam apertè liqueat quàm vanus fuerit hic propheta, vnum illud iactatum eius oraculum prodit, quod de Romano Pontifice extruxit, videlicèt.

Peſtis eram viuus, moriens tua mors ero Papa.

Longè aliter ſiquidem euenit: Nam cum iam annos multos ſit ipſe mortuus, adeò Luteri iſtius morte Romana Eccleſia non eſt euerſa, vt deficientibus turmatim ad Zuingliana caſtra Luteri diſcipulis, ipſius Eccleſiæ res ſint longè confirmatiores: ita vt ſi ſuos in diſcipulos Luterus ſic ſuam conuertat prophetiam.

Peſtis eram viuus, moriens mors tua ero Saxo.

Veriſsimè tunc ſe Balaam nouum prophetaſſe dixerit. Nulli enim illemet aut peſtis atrocior, aut mors acerbior fuit, quàm illis quos à Catholicę Eccleſię vnitate abſtractos in ſuos peſtiferos errores, & venenatas hęreſes pertraxit. Si quis tandem fructum ipſius doctrinę colligere cupit, legat Gaſparum Querhamer quendam ciuem Hallenſem, qui ea dogmatum inconſtantia fatetur Luterum fuiſſe à Diabolo vexatum, vt ex ſuis ſcriptis excerpſerit triginta ſex loca ſuper vno duntaxat de cõmunione articulo inter ſe pugnantia; & Hieronymum Emſerum in ſua præfatione annotationum in nouum Luteri teſtamentum, vbi Luterus (inquit) omnes ferè libros, ſingulaque Biblię capita falſauit, ac penè mille quadringentos errores hęreticos mendaciaq; occultauit atque imiſcuit. ſed de his in ſecundo libro noſtri operis ordine alphabetico recenſuimus Hęc ſummatim ex Gabriel Prateolo, longè plura apud eundem, & ipſius hiſtoriam à Ioanne Coclæo fideliter conſcriptam ab anno 1517. vſque ad annum 15[illegible]7. ad poſteros enarratam, ac Pariſijs impreſſam 15[illegible]5. Videto.

LVTERO

LVTEROPAPISTAE ſunt, qui Papam cum Lutero ſequi ſe poſſe putant: ſic Vueſtphalus, & coniurati Luterum ſectati (in quit Io. à Laſco) Ro. Pontificis excommunicationem, qua ſacramentarios ſuis eijciunt ſynagogis, imitantur: ſic Vuittenbergenſes, & Lipſenſes doctores docent licitum eſſe ſuſcipere doctrinam Ro. Pontificis (narrat Heshuſius) & omiſſa confeſſione parendum impio magiſtratui: ſic Luteranorum quidam (inquit Illyricus querella de Luteranorum apoſtoſia) ceſſerunt Ro Pontifici, eum eſſe œcumenicum, eiq; iuriſdictionem Paradiſi, hoc eſt, Eccleſię eſſe reſtituendam, ceſsio facta eſt, ait in art. de lib. arb. in gratiam Papiſtarum, quòd principaliter fide iuſtificamur: ceſsio facta eſt, quòd opera ſunt ad ſalutem, ſiue iuſtificationem neceſſaria: ceſsio facta eſt, quòd ceremonię Ro Pontificis ſunt recipiendę, tantùm vt Crux auertatur. Vndè verè ſemicatholici appellantur, quòd hæc profeſsio ad ſalutem non plùs ipſis proſit, quàm Iudęis vnum eundemque Deum colentibus veri Dei cognitio, atque cultus Iudaicus. Lindanus. Hi ab utraq; parte audiút malè à neutra pro ſuis agnoſcútur, vt tepidi ab omnium ore ęuomuntur.

LVTEROSIANDRIANI, ſiue Brentiani à Io Brentio ſunt, qui Luterum Oſiandro conciliare ſtudent. Brentius.n. epiſt. ad Ducem Vuittembergenſem, an. 1552. docet cum Lutero contra Oſiandrum, hominem in hac vita imputatiuè haberi iuſtum: & poſt hanc vitam cum Oſiandro contra Luterum aſfirmat hominem oportere eadem iuſtitia, qua Deus eſſentialiter iuſtus eſt, iuſtum re ipſa fieri. Gab. pr.

LVTEROZVINGLIANI ſunt, qui Lutero cum Zuinglio, hoc eſt albo cum nigro ſe conuenire poſſe ſibi perſuadent. Huius ſententię accuſatur paſsim Melancton rectè cothurnus Germanicus dictus, qui à ſuo Helia Lutero tantopere veri Euangelij nomine prædicato, ad Zuinglium pridèm hęreſis à ſe notatum deſciuerit, in iudicio ſuo de cęna D. ad Com. Palat. ann. 1558. Lindanus.

LVTEROCALVINIANI ſunt, qui ſimulant bellè Luteranis cum Caluinianis ſe conuenire in re ſacramentaria, conanturq;

hominibus perſuadere inter eos eſſe tantùm verborum differentiam, non de re certamen. Staphilus.

MACEDONIANI à Macedonio Ep Conſtantinop. à quo Macedoniana hæreſis, dicti ſunt, qui Liberij papæ, & Conſtantij Imper. temp.ann. D. 359. ſuam herẹſim inſtituit de ſpiritu ſ. quòd Patre, & filio minor creatura eſſet, vndè ſui Pneumatomachi. i. Spirituſſ. impugnatores dicuntur. Quare Macedonius Epiſcopatu priuatus in loco vili, cui nomen clauſtra, miſerrimè degens, peſsimè vitam tranſegit. Porrò Macedonianiſmum Concilio Conſtantinopol. 2. à Patribus 180. damnatum, ac per multos annos ſepultum in lucem reuocarunt hoc noſtro ſeculo Farellus Galius Caluini magiſter, (teſte Lindano) & Io. Campanus, atque ex Hiſpanis Michael Seruetus, ait Hoſius lib. 1. de hẹr. noſtri temp. vide Aug. de hær. c. 52. & Ruff hiſt. Eccl. c. 25.

πνεῦμα Spiritus μάχομαι pugno.

MACARIVS Antiochenus Ep. temp. Pelagij papẹ, & Iuſtiniani Imp. an. D. 559. author primus eius hæreſis, quẹ vnam tantùm voluntatem, & operationem. ſ diuinam in Chriſto contendit, Conc. Conſtantinop. 6 damnatus fuit ſub Agathone papa, & Conſtantino 4. Imp. an. D. 710. cum eius complicibus qui Monothelitæ dicuntur ab vna voluntate, quam Chriſto tribuunt ex Gabr. pr.

μόνος vnus θέλησις voluntas.

MAHOMETES Arabs mercator viliſsimus, princeps latronum, prænuncius ſatanẹ, præcurſor Antichriſti, complementum, totius falſitatis, ac hẹreſum, exortus Honorij papa, Heraclij Imp. Dagoberti Francorum Regis, & Siſebodi Hiſpaniarum, temporibus, an. D. 630. arabicè idem ſignificat, quod furor latinè: quo furore in Arabia apud Agarenos, & Saracenos prophetam ſe venditauit, & regem, hac quidem occaſione: cum Agareni in ingreſſu Arabiæ habitantes prædationi, ac militiæ dediti fuiſſent, & renunciatum eſſet per Prẹfectos Cæſareos

An. Mundi 4590. Romæ 1382. Chriſti 630.

reos non expectandam amplius eſſe ſpem ſtipendiorum, ſeditiones mouerunt aduerſus Ro. Duces; cuius occaſione furor ac potentia Mahometis creſcere cępit. Nam cum videret diſsipatam Eccleſiæ concordiam per varias hęreſes, maximeq; impio dogmate Arrij, oportunitatē nactus prætermiſsis ſummis fidei de Chriſto capitibus, plauſibilem humanę naturę inſtituit Religionis formulam pro ſuauiſsimo cuiuſque captu facillimam, ac ſtatim legem pęna capiti ſanxit, ne quis de ſua ſecta diſputare audeat; quam amplexi ſunt gentes, Iudæi, Arriani, & Chriſtianæ religionis Apoſtatæ. erat ſiquidem hęc perfidia probabilis omnibus: ideò homines diſpari genere, diſsimili lingua, aliis alio more viuentes, vix credibile eſt quàm facilè coaluerint, & creuerint potentia ad reſiſtendum Romanis. Ablandiebatur. n. callidus ille in omnibus omnium appetitui ſublimioribus prætermiſsis, Quare,

1 Cum Sabellio Trinitatem negat.

2 Cum Arrio Chriſtum creaturam eſſe contendebat. Mahom. hæreſes.

3 Cum Carpocrate Chriſtū prophetam ſanctū pronunciabat.

4 Cum Cerdone Deum non potuiſſe gignere filium, quòd vxore careret, aſſerebat.

5 Cum Manichęis Chriſtum fuiſſe crucifixum, negabat.

6 Cum Donatiſtis cuncta Eccleſiæ myſteria, quę à Chriſti paſſione ſuam vim, & efficaciam obtinent, inficiabatur.

7 Cum Origeniſtis Dęmones ſub finem mundi fore ſaluandos, tenebat.

8 Cum Antrhopomorphitis, qui Deum corporalem aſſerunt, communicabat.

9 Cum Cerintho extremam fœlicitatem, vel ſummum bonū in corporeis voluptatibus ſtatuebat.

10 Cum Ebionitis circuncisionem admittebat.

11 Cum Tatianis, ſuis vini uſum prohibebat: & ita de aliis huius impij erroribus. Vnde Gabriel Barelatanus ord. præd. Mahometem ſcribit ſuis permittere aſſeclis, quod Aſinis, & Porcis magis conuenit, quàm humana ratione viētibus:

quod

quod etiam eiuſdem ſectę emulator Auicenna comprobat in 9. Ariſt. Metaph. ita vt hæreſum omnium venenum, quod Diabolus in alijs ſparſim diſſeminauit, in Mahometem comprehenſum euòmuerit. At nos pauca inter multa ſubiungamus, quæ Lutero, aliisq; Euangelicis pſeudoprophetis cum Mahomete pſeudopropheta ſunt communia.

In quibus communicant Euangelici cũ Mahom.

1 Mahometes vt ſibi authoritatem in his quę moliebatur, conciliaret, ſe quidem legem, & Euangelium tenere aiebat, ſed vtrunque teſtamentum mutilauit, ſe ſpiritum ſ. habere iactitans: ita Luterus legem, ac Euangelium profitens Biblia corrupit, ſe tertium Eliam, & Chriſti Euangeliſtam proferens.

2 Mahom. ne quem ferret iudicem ſuæ abominandę doctrinę, voluit ſecundum ſua ſcripta, quæ ex vtroque teſtamento deprauata detorſerat, eſſe iudicandum: Hoc itidem ſupercilium in Euangelicis agnoſcas, qui nullum alium, quàm ſuę ſectæ ferunt eorum doctrinæ iudicem, veteres S. Patres à vero declinaſſe, & Generalia concilia erraſſe dicentes.

3 Mahom. vt ſuę Populo, quas feciſſet, placerent fabulæ, Quadrageſimam Apoſtolica traditione toto orbe ante Paſcha obſeruatiſsimam, vnius lunę quæ quouis tempore obueniret, curſu tranſmutauit: Luterus verò ſuam Euangelicis prędicans libertatem, libera voluit eſſe non modò totius anni ieiunia, ſed & quadrageſ. ipſam, omniumq; ciborum vſum quouis tempore liberum, ne vllam ferret hic Apoſtolorum, aut conciliorum legem.

4 Mahom. dies feſtos innouat, diem Dominicum in diem Veneris commutando: ab Euangelicis verò feſti ſancti dies maxima ex parte ſunt abrogati, nec vllum feſtum, præter ſabbatum Caroliſtadius docuit celebrandum.

5 Mahom. ſacras deleuit imagines, quò Iudęos ſibi reconciliaret; Euangelici verò omnes omnium Diuorum etiam Chriſti crucifixi abolent imagines.

6 Mahom. vt omnia innouaret Marię, omniumq; Chriſti martyrum

tyrum cultum abrogauit: & Euangelici ſanctos omnes colendos, aut oratione inuocandos eſſe negant.

7 Mahometani ſuos pro ſanctis colunt, eorum habent memorias, & loca religioſa quæ peregrinationis ergò frequentiſſimi viſitant: ita Euangelici ſuorum Chriſti-maſtigum colligunt martyrologia Ioſsius, Caluinus, Adrianus, Hamſtedius atque Foxus: colitur Diario ſanctorum Luteri aſcriptus Io. Huſsius Pragenſis: colunt Zuingliani martyrem ſuum Zuinglium, Anabaptiſtę Muntzerum, & Leidenſes Ioannem Sartorem, atque Luteri effigies ſancti Martini elogio decoratur.

8 Mahom Baptiſmum ceu inutilem contempſit: & Caluinus, Suuencfeldius, aliją; Euangelici docent baptiſmum non eſſe neceſſarium.

9 Apud Mahom. diuortium faciunt improbi mores, & infecunditas: ita apud Euangelicos ſimilia reperire eſt exempla. Oecolampadius eandem ob cauſam priore deſerta alteram duxit, ea licèt publicè occlamante illum ſuum eſſe maritum.

10 Polygamiam ſuis prædicauit Mahometes: eandem ſuis cõmendauit Bucerus: quin Hetzerus inter Anabaptiſtas tredecim duxit vxores.

11 Nolunt Mahometani Chriſtum in Cruce obiiſſe mortem, ſic & Euangelicorum quidam opinatione tantùm eum cruci affixum fuiſſe dicunt.

12 Et ne quid deſideretur in Euangelicis Mahometicum; vt illius Alcoranum mox peperit ſectas ſeptuaginta, ita & ſeptuaginta, & amplius recenſentur in hoc opere Euangelicorum ſectę: quę etiam magis impiæ Mahometanis ipſis ex ſequentibus clarè videntur.

13 Mahometes, quò ſuis piam in ſpeciem comendaret vitam, negabat aliena cuiquàm prodeſſe opera: Luterani verò non modo aliena, ſed & noſtra propria (vt fiant) faciũt peccata. *Impietate dogma tum Euangelici vincunt Mahometẽ.*

14 Mahometes Euchariſtiam non aboleuit, ſed in Deum authorem retulit, licèt. n. eam eſſe neget in recordationem mor-

tis

tis Chriſti, quem non mortuum blaterabat, in ea tamen tantam vim eſſe ait cap. 4. Alcorani, vt in fide, ac bonis operibus confirmentur, quotquot de ea guſtant: At Euangelici nihil aliud, quàm panem piſtorium nos accipere volunt: ſi Auerroys nos impios dicat, quòd Deum noſtrum edimus, Carolſtadius nos appellat Deicidas, quòd Deũ occidamus, quid? An non canibus s Euchariſtiam obiectã in Anglia Io. Foxius refert? An non pedibus conculcatam Tornaci, anno 1556. meminit Gabriel Prateolus? & etiã Pariſiis an. 1561.

15 Mahom. licèt ordines ſacros ſuſtulerit, non tamen in eam prorupit inſaniam, vt cum Lutero in ſua captiuitate Babilonica diceret, eos è Diabolo prodiiſſe. Vterque initiationem reiicit, ſed ille certi generis homines religioſos, qui concionentur, aut de iure ex Alcorano reſpondeant, Mupthios, Cadios, & Talimeannos ſacrorum curam habere voluit: Luterus verò nec fœminas ab Euangelij miniſterio, immo nec à peccatorum abſolutione ſubmouit, nedum viliſsimos cerdones, pelliarios Veſpillones Lemnes. Quid? ne carnifices quidem Caluiniſtę ſuo miniſterio cenſent indignos.

16 Tandem ſi vtrorumq; impietatem conſideres in auferendo hominibus libero arbitrio, multo inſaniorem pertinaciam in Luteranis, atque Euangelicis reperies, quàm in Mahometanis. Hæc ex Gabr. pr. cætera vide apud Ricoldum de confutatione legis Mahom. Io. de Turrecr. tract. contra Mahom. Georgium Hungarum lib. de ritibus Turcarum, & Bernardum Lutzemburgum, viros omnes Religioſos, ac doctos ordinis Prædicatorum.

MAIORINVS Donatiſta à Donato Chriſtianam plebem deridente apud Carthaginem ordinatus Ep. ſub Liberio papa, & Conſtantio Imp an. D. 358. cum ſuo authore Donato Filium Patre minorem, & filio ſpiritum ſ. impiè aſſerebat, catholicosq; rebaptizabat. de quo, & contra quem Auguſt. de hæreſ. ad Quoduultdeum, & Hieron. in Chron.

MAIORANI, ſiue Maioriſtæ ſecta Luterani à Georgio Maiore

Maiore dicti, cum eo à Lutero è ſtercore erecto (vt ait ſtoltzius) horrendum in eius patria pepererunt monſtrum, neminem aſſerentes, etiam infantem, ſaluari poſſe abſque bonis operibus præcedentibus. Iſti lipſiæ regnant, & Vuittembergæ: quibus ſeſe apponunt Ienenſes, & Manſueldenſes. teſte Staphilo.

MANICHAEI (teſte Hieronymo) à Manete natione Perſa dicti ſunt, qui Fęlicis papę, & Aureliani Imp. temp. an. D. 273. tam latè primùm apud Arabas, deindè in Aphrica virus ſuum ſparſit, ut per an. 200. ſopiri nequierit. hic (teſte Euſeb. lib. 7. cap. 28.) ſecundum nomen ſuum inſaniens, & inſtinctu Dęmonis agitatus inuiſam, & execrabilem hominibus hęreſim docuit tàm acer ingenio, vt inſanię, vel Dæmonis plenus videretur. Nunc Chriſti ſe gerere formam conabatur oſtendere: nunc ipſum Paracletum ſe eſſe prędicabat: quod vt faciliùs hominibus perſuaderet, inſtar Chriſti duodecim diſcipulos elegit, quos ad prędicanda ſua dogmata miſit. At ipſe tandem à Rege Perſarum viuus fuit excoriatus, ait Suid. Manichæi autem diſcipuli in Gręcia geminata littera (n) Mannichęum, quaſi manna fundentem, pro Manichęo. i. inſano appellarunt (teſte Aug.) quò rudiores verbi lenocinio ad ſe pertraherent. De quorum erroribus lib. 2. huius operibus, contra quos ſcripſerunt Hieronymus, Auguſtinus, Titus Roſtræ, & Diodorus metropolis Ciliciæ Epiſcopi, Gregorius Laodicenſis, Euſebius, & pręcipuè Io. de Turrecremata ord. Præd. Iuſſu Pij 2. ſummi Pont. tractatum collegit quinquaginta veritatum contra quinquaginta errores Manichęorum.

De Manich. & Manete ſimul.

Manetis Hæreſiarchę, mors peſſima. Fraus hæreticorũ ad capiendos ſimplices.

MANSFELDENSES ſecta Luterani ad primam noſtri temporis Euangelicorum claſſem ſpectantes confeſsionem ſectantur comitum Mansfeldenſium Iuniorum, qua non paucas Luteranorum damnarunt ſectas, inter alias verò Adiaphoriſtas aſſertores bonorum operum, & defenſores liberi arbitrij Lind. dub. dial. 2.

MANIFESTARII ſectam Anabaptiſtæ ſic dicti à varia ſuæ perfidiæ profeſsione, aſſerentes impium eſſe, ſi cùm ro-

gentur, quod ſunt, negent eſſe Anabaptiſtas. In Pruſsia hoc ſectę genus frequens eſt. Staph.

MANVSIMPOSITORII ex rigidorum confeſsioniſtarum familia laicalem impoſitionem manuum volunt eſſe ſacramentum. Graſſatur hęc ſecta in Saxonia, Pomerania & in ciuitatibus maritimis. vide Illiricum contra Iuſtum Menium.

MARATHONIVS priùs Eccleſię Conſtantinop. Diaconus à Macedonio Ep. Conſtantinop. Arriano, cuius ſectæ erat, in ſacrorum Antiſtitem Nicomedienſis Eccleſiæ creatus eſt, quòd eum ſciret rebus ſuis exequendis maximè idoneum: nam licèt eius vita probaretur à pluribus, in his tamen affligendis, qui conſubſtantialem Patri Filium profiterentur nimiùm erat induſtrius. extitit autem Liberij papę & Conſtantij Imp. temp an. D. 360. Spiritumſ. eſſe Trinitatis Perſonam, ſed expertem honoris, ac dignitatis, famulum, & adminiſtrum, Angelicisq; ordinibus pauló prętantiorem cum Macedonio eſſe docens. Qui Macedonius in 2. ſynod Conſtantin. condemnatus fuit. ref. diſt. 15. cap canones. & 1. q. 1. eos. Porrò de Marathonio vide Niceph. hiſt. Eccl. lib. 9. c. 42.

MARCELLVS à quo Marcelliani Ancyrę Gallatię vrbis. Ep. Iulij papæ & Conſtantij Imp temp. ann. D. 340. aduerſus Aſterium quendam Capadocem cum ſcripſiſſet, contrarietatis menſuram adeò exceſsit, vt cũ Paulo Samoſateno Ieſum Chriſtum purum hominem dicere præſumpſerit. de quo Niceph. lib. 8. cap. 52.

MARCION à quo Marcioniſtę, vel Marcionitæ hęretici, Ponticus natione ex ciuitate ſinope, primò in doctrina Philoſophorum, maximè Stoicorum eruditus, deindè ad fidem Chriſti conuerſus, Valentini, Cerdonis & Baſilidis dogma ſecutus multa ex philoſophica doctrina catholicę religioni inſerere conatus eſt. Romamq; veniens complures ibi ſeduxit, Pij papę, & Antonini pij Imp. temp. an. D. 155. qui ob id à Polycarpo (qui poſtea Martyrio vitam finiuit) inuentus, primogenitus Satanæ nominatus fuit: & cum Euangelia, vbi de Chriſto

Deo

Deo verò pronunciaſſent, detruncaret, Epiſtolas Pauli peruer-
teret, & legem veterem vt à principio malo emanatem prorsùs
reijceret, ab Euangeliſta Ioanne, ac presbyteris Epheſinis de-
uictus, atque fugatus, Romam aufugit. De quo Iren. lib. 1. ad-
uer. hęr. c. 29. & 4. c. 57. Tertul. de hæreſ. & Euſęb 4 lib. Eccl hiſt.

MARCVS, à quo Marcitæ hęretici, Valentini hęreſiarchę
diſcipulus, & Heraclionis ſucceſſor Pij papę, & Antonini Pij
Imp. temp. an D. 155. de Baſilidis Gnoſtici ſtirpe deſcendens
primùm in Gallias venit, & eas partes, per quas Rhodanus, &
Garumna fluunt, ſua doctrina maculauit, maximèq; nobiles
fœminas magicis artibus ſeduxit, quędam illis in occulto my-
ſteria repromittens. Is errorum magiſtri ſui non contentus (te-
ſte Philaſtrio) nouæ dementiæ, & ipſe inuentor haberi voluit,
aſſerens, vigintiquatuor literas eſſe, quę omnium rerum perfe-
ctionem habent propter quod (ait) Chriſtus inquit, Ego ſum
Alpha, & Omega. Chriſtum quoque in poſtremo tempore ad
Ieſum deſcenſurum in ſimilitudine columbę, eundemq; colum-
bam eſſe, quæ deſcendit (inquit) ad duodecim Aeonas id. Apo-
ſtolos. Vide Euſeb. hiſt Eccl. lib. 4. cap 11.

MARINVS natione Thrax Arrianæ hęreſis aſſertor maxi
mus fuit, Siricij papę, & Theodoſij Imp. temp. ann D. 395. qui
(teſte Niceph. Eccl. hiſt. lib. 12. cap. 30.) tempore, quo Euno-
miorum, Macedonianorum, & Nouatianorum hęreſes in mul
tas ſunt diuiſę, & ſecta ab altera diſſecta, Theodoſij Senioris ni
mirum ętate, à Thracia Conſtantinopolim vocatus, quem mul
ti ſequebantur, pro quęſtione ea decidenda, an priuſquam fi-
lius fuerit, Pater tùm Pater vocari potuerit, cenſuit priùs Pa-
trem, quàm filius fuerit, vtique fuiſſe Patrem. Qui autem eius
fuerunt partium, & Pſathyriani à quodam Pſathyropoli (hoc
eſt Placentarum venditore eam opinionem mordicus defen-
dente, & Gotthiani à Selina Gotthorum Epiſcopo, qui gen-
tem Gotthicam in eandem induxit perfidiam, ſunt vocati. de
quibus eorumq; hereſibus vide Panarium opus ab Epiphanio
Cypri Salamine vrbis Epiſcopo editũ. Apud nos verò in 2. lib.

MARIS Ep. Chalcedonenſis vnus Epiſcoporum fuit, qui Arrij impium dogma ſequuti ſunt poſt habito 318. Patrum in Nicęna Synodo de fide decreto ſub Syluestro papa, & Conſtantino Magno Imp. an. D. 328. Dicebat autem is cum Arrio, fuiſſe aliquando, cùm non eſſet, filiũ, & eum non fuiſſe, priuſquàm genitus eſſet, & ex non exiſtentibus factum, ſed creatum, & mutationi alterationiq; obnoxium. De quo ſanè id memoratu dignum cenſeo, quod de eo teſtatur Niceph. ſuę hiſt. lib. 10. cap. 20. quòd cum vt mentis, ita & oculorum lumine Maris eſſet in ætate decrepita orbatus manu à puero Conſtantinopolim deduci ſe fecit, & Imperatorem Iulianum Apoſtatam mira libertate ſuę apoſtaſię taxauit, impium eum, contemptorem Dei, & deſertorem ignominioſè appellans. Ad quę cum aliud Imperator per iram non reſpondiſſet, quàm quòd cęcitatem ſeni exprobrans verbis tantùm vſus eſſet: Gratias (inquit ille) ago Saluatori meo, qui vt viſum amitterem, pro eò atque nunc res habent, curarit, ne impuriſsimum vultum tuum ad impietatem declinantem conſpicerem. Ex Niceph. lib. 10. c. 20.

Maris Chalc. ep. mira in Iulianũ Apoſta. reprehendendũ libertas. Scitumq; reſpõſum.

MARONITAE ab hæretico quodam nomine Maron cum Eutychetæ, Dioſcoro, & Acephalis vnam duntaxàt in Chriſto fuiſſe voluntatem & operationem aſſerentes, per quingentorum annorum ſpacium à conſortio fidelium fuerunt excluſi. Tandem diuina inſpiratione reſipiſcentes hęreſi abiurata ad vnitatem fidei ſunt reuerſi per manus Emerici Patriarchę Antiocheni, Eccleſiæ Ro. obedientia exhibita. Vnde eorum Patriarcha Gen. interfuit Concilio Romæ celebrato ſub Innocentio 3. papa, & Philippo Barbaroſſa Cæſare Germano. ann. D. 1215. Vtuntur autem iſti Chaldaica lingua, vel Saracenica. Ex Bernardo Lutzemb. cat. hæret.

MARSILIVS Paduanus vir fuit quidem toti Eccleſiæ, & cũctis Eccleſiaſticis odioſè infenſus Paſchalis 2. papę, & Henrici 5. Cæſaris Germani temp. an. D. 1117. nollens viros Eccleſiaſticos vllas penitùs poſsidere poſſeſsiones; vllum eſſe inter ſimplices presbyteros, ac Epiſcopum diſcrimen; vllumq; Chriſti

ſti eſſe vicarium. Vide Alf.C.aduerſus hær. lib.6 & Alpharum lib. 1.de planctu Eccleſiæ art.68.

MARTYRIANI à Petro Martyre Antiluterano ad eam nimirum claſſem noſtri temporis Euangelicorum pertinentes, qui Luteri occaſione ab Eccleſia diſſentientes dogmata ſectantur Lutero contraria. Vnde cum Zuingliani Chriſtum ad Diſcipulos poſt Reſurrectionem ingredientem inducant per rimam: Caluinus verò illi fores integras aperiat, ne tenellum Chriſti corpus præſſuram patiatur: hi ſapientiores inter cęteros per feneſtram eum introducunt; vt verum ſit Euangelium, Ieſum Chriſtum ianuis clauſis ad ſuos introiſſe. Lind. à veritate deuii i varia incidunt mendacia.

MASBOTHEVS, à quo Masboteni hęretici, vnus fuit e ſeptem illis hæreticis, qui cum Eccleſia adhuc virgo eſſet, illam inanibus corruperunt doctrinis ſub Petro Apoſt.& Domitio Nerone ann. D. 55. Vnde is primus eam deprauare cępit, quòd in petitione Epiſcopatus repulſam ſuſtuliſſet. Auctore Egeſippo. Masbot. Thebutes Simon Clebius Doſithe9 Gortheus Plebeius.

MASSILIANI, vel Meſsiliani emerſerunt Damaſi papæ, & Valentis Imp. an.D.380. modò Euchitę.i.Orantes: modò Enthuſiaſtæ.i. ſacrificatores appellati. nam cuiuſdã Dęmonis operationem expectantes (auct.Theodorito lib.4.cap.11.) Spiritusſ. operationem arbitrantur: volentes autem celare hũc ſuum languorem etiam conuicti impudenter negant, & alios hæc ſapientes, quę ipſi animo retinent, prorsùs abdicant: quorum hæreſis Principes fuerunt Dadoes, Sabbas, & Adelphius. Nunc etiam (inquit Lind. dub. dial. 2. Luterus, Caluinus, & Suencfeldius cum Thaſſilianis, baptiſmum docent adeò inefficacem, vt peccatum Originis verè maneat, neque animus peccati labe expietur, aut cor expurgetur. ex Gab.pr.

MATHEMATICI inter hæreticos aſcribuntur à Philaſtrio lib.de hęreſ. illos vaniſsimos, totiusq; erroris, ac ſceleris aſſertores appellando, quòd duodecim Zodiaci ſigna naſci homines aſſerant. Quæ audientes (inquit) interdum indocti quamplurimi, lege Dei dimiſſa, eorundem Mathematicorum inſeruire Mathematici totius err. ac ſceleris aſſertores.

Ro. 1. Col. 2. inſeruire non dubitant vanitatibus, ex quo completur Apoſt. ſententia, coluerunt, & ſeruierunt Creaturæ potiùsquàm Creatori: & iterum, videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam ſecundum elementa mundi huius, & non ſecundum Chriſtum: quoniam in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergò ignorant quòd Zodia iſta duodecim, quæ ab illis dicuntur, diuerſa ſunt Climata, diuerſæq; regiones in orbe terrarum à Deo diſpoſitę, vt inhabitentur: locorumq́;, ac temporum diuerſa temperamenta ſtatuta, vt calidum, frigidum, ſiccum, & humidum, velut quatuor Mundi Angulis, è quibus ceu pleni qualitatę fontes exuberant, flatu reſpirantes in inuicem virtute illis inſita, mixtioneq́; exiſtente ſalubri. Rurſùm cùm diffunditur eorum vbique mixtio, amęna temperies ſalutis indè cunctis habitantibus ſubminiſtratur: atque ita diuina potentia (mortalibus vita dulci, & proſpera conceſſa à Domino, & impartita) non ignoratur. Hæc Philaſtrius. Non abs re itaque Aug. 2 de doctrina Chriſt. & Euſebius de præparatione Euangelica Mathematicas diſciplinas, inquiunt, nihil ad ſalutem pertinere, ſed magis in errorem mittere, & à Deo auocare. Vnde prohibentur etiam Romanorum gentilium legibus C. de Maleficis, & Mathematicis.

Signa cœleſtia quid efficiant.

Math. diſciplinæ prohibitæ

MAXIMINVS Arrian. Ep. Innocentij papę, & Archadij Cæſ temp. an. D. 405. aſſerebat patrem potuiſſe gignere, non filium, ideò eo eſſe potentiorem, contra quem tribus doctiſsimis libris inſurgit Aug. Abſit (inquit, vt ideò potentior ſit Pater filio, vt putas Maximinę, quia creatorem genuit pater, filius autem non: neque enim non potuit, ſed non oportuit. Immoderata enim eſſet generatio diuina, ſi genitus filius nepotem gigneret Patri: quia & ipſe nepos niſi Auo ſuo pronepotem gigneret ſecundum veſtram mirabilem ſapientiam impotens diceretur, nec impleretur generationis ſeries, ſi ſemper alter ex altero naſceretur: nec eam perficeret vllus, ſi non ſufficeret vnus omnipotens. Hæc Auguſtini ſufficiant.

Maximilla, & Priſca.

MAXIMILLA, & Priſca Prophetiſſæ fuerunt Montani hære-

hęreſiarchę Eleutherii papæ,& Commodi Cęſ.temp.an.D.182. qui cum ſe Paracletum nominaret, has duas mulierculas oneratas peccatis, & ſibi matrimonio, hęreſiq; ſociatas tanquam ex Parachti inſpiratione editas paſsim iactitabat. Hanc autem mortem obiiſſe Montanum, & Maximillam teſtatur Niceph. Eccl.hiſt.lib.4 cap. 23. ex Apollinari Hierapolita in hunc modum. A'ſpiritu veſano vterque agitatus ſe ipſos ſeorſum ſuſpenderunt, eodemq; modo ad inſtar Iudæ proditoris vitam finierunt. vide plura apud eundem: & Euſebium lib. 5. Eccl. hiſt.c.15.vſque ad 19. Montani, & Maximillæ mors inſtar Iudę.

MELCHISEDECHIANI ſic hęretici appellantur,quòd Melchiſedech ſacerdotem non hominem purum, ſed quandam Dei virtutem arbitrentur Chriſto maiorem: niſi enim Chriſtus fuiſſet (aiunt) in ſecunda quadam inſtitutione poſitus, nō vtique illius ordine opus habuiſſet, vt diceretur ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech; quem etiam dicunt fuiſſe ſine Patre, ſine Matre, ſine proſapia ex Ep. ad hæb. id probare volentes, teſte Auguſtino lib.de hęreſ ex quo colligitur lib de quęſt. noui, & vet. Teſtam. ei aſcriptum non eſſe Aug. quòd q. 109. multis argumentis, & quidem ineptis nitatur probare Melchiſedech non fuiſſe hominem purum,ſed quandam Dei virtutem s.ſpiritumſ.neque hoc in lib retractationum vnquam recantauit, imò nec ipſius libri meminit. Porrò hęreſis huius Auctorem non recenlet Aug, ſed Epiphanius lib.80.hæreſ. ait Hieracem quendam doctrina inſignem eam docuiſſe, licet non dicat, inueniſſe, & Melchiſedechianos Forſitan auulſos fuiſſe à Theodotianis; emerſerunt igitur temp. Fabiani papę, & Maximini Imp. qui ſeuero ſucceſsit an. D. 240. Lib. de q. no.& vet. Teſt. non eſſe Aug.

MELANCTONICI à Philippo Melanctone natione Germano,patria Brettano,Confeſsioniſtarum patre nuncupati (qui quamuis plurium artium multiplici ratione eruditus, multos tamen hac noſtra ętate in Eccleſiam inuexit, & ſecutus eſt errores, Luteri doctrina infectus) ſecta ſunt Semiluterani ad ſecundam huius temporis Euangelicorum claſſem pertinentes,

ut

vt qui Luteri doctrinam profeſsi, illam poſtea deſerentes Philippo Melanct. Paulò diuerſa alicubi docenti adhæſerint: iiſq; potiſsimùm, qui ipſius de libero arbitrio, aliiſq; dogmatibus à Luteri corruptela repurgatis ſententiam ſequuntur, exorti ſunt ſub Clemente 7. papa, & Carolo 5. Imp an. D. 1530. aucto re Gabr. pr. At Melancton adeò in ſuis dogmatibus variauit, vt vix intelligatur cuius fuerit ſententię. Vndè illum (teſte Lindano) accuſat Illyricus, quòd doceat hominem poſſe ad gratiam Dei recipiendam ſe pręparare ex viribus puris naturalibus, cum longè aliter antè docuerit, ita vt ex olim Manichęo nunc factus ſit Pelagianus, quare eum cothurnum meritò appellant, non modò quòd Pelagianiſmum renouet, aut oppugnatum pridem iam aſſerat cum Catholicis liberum arbitrium; ſed quòd olim ex profeſſo Zuinglianorum hoſtis, nunc factis, & ſcriptis pro Zuinglio pugnet, imò euertat Luterum, adeoq; Euangelicam illam confeſsionem Auguſtanam ſua manu deſcriptam, atque in comitijs Auguſtanis Carolo 5. Imp. exhibitam, & apologia illa mendaciorum ſcaturigine tunc quidem propugnatam, ſed poſtea varijs modis ab ipſo immutatam, deprauatam, atque adulteratam: quod falſi crimen ſuo Magiſtro Melanctoni Mathias Flaccus, non dubitat impingere libello ſupplicatorio, pro ſynodo in Saxonia congreganda: Rurſùs primò aſſeruit Melancton cum præceptore ſuo Lutero nullum eſſe in Euangelio præceptum: ſecundò affirmauit vnā eſſe Dei legem quę nihil niſi præcepta continet: tertiò negauit Euangelium eſſe legem iuxta veram, & propriam legis rationem. Tandem verba eius fuerunt. Nouum teſtamentū non eſt aliud niſi bonorum omnium promiſsio citra legem: Item tam pęnitere, quàm vitijs inſordeſcere tribuit nobis dicens: Qui non agunt pęnitentiam, ſed vitijs indulgent, non retinent fidem: at poſtea hęc omnia adeò refert in Deum, vt ſit (inquit ille) ita proprium Dei opus Iudæ perditio, ſicut Pauli vocatio. Hæc Melancton in his duobus libellis, quos etiam nùm adoleſcens ſcripſit: quorum alterum de locis communi-

Melanct. quàm varius.

To. 3. operum Melanctonis continetur confeſſio fidei, & Apologia confeſsionis exhibita Cæſari.

bus

bus non ſolùm immortalite, ſed canone quoque eccleſiaſtico dignum reputauit Luterus: ita vt vel eruditiſsima Eraſmi ſcripta ei comparata ſibi ſorduerint, ac viluerint. Alterum verò de Annotationibus non dubitat doctiſsimis Thomæ Aq. commentariis anteferre, atque Origenis, & Hieronymi ſcripta ſi ei cōparentur nugas eſſe: Verùm vtrunque libellum multotiès variauit ipſe Melancton, ac tandem multis in locis erroris condemnauit, ſapienter etiam locutus eſt Melancton, vt cum de Carolſtadio protulit, quòd ſicut Luterus papę, ſic ille viciſsim odio Luteri, non pietate controuerſiam de cœna D. mouerit: ſubiungens, meo certè iudicio magna eſt temeritas dogmata facere non conſulta eccleſia veteri: ſed inſipienter ſe poſtea geſſit, dum ea inconſulta quaterdecies de iuſtificatione ſententiā variauit; inſipientiſsimè tandem, dum Vuittembergenſibus ſcholaſticis, vt combuſtis humaniorum literarum libris ſibi quiſque mechanicum opificium aſſumeret conſulendo, in piſtrinum ad pinſendi artē meditandam ſe contulit. Hæc Hoſius. Stoliditas Melanctonis.

MELCHIORITAE ſunt ſecta Antiluterani ad tertiam Euang. claſſem ſpectantes (teſte Lindano) à Melchiore Hofmano dicti, qui tanta fuit confidentia, vt Argentinenſes concionatores ad diſputationem prouócarit an. D. 1532 ſuper his ar.

1 Chriſtum non aſſumpſiſſe ex virgine carnem, ſed Deum carnem ex ſe eſſe factum, vt vna ſit in Chriſto natura.

2 Accepta gratia voluntarie peccantem, nunquam in gratiam recipi

3 Salutem eſſe in noſtris viribus collocatam.

MELETIANI à Meletio nuncupati, emerſerunt Euſebij papæ, & Conſtantij chlori, & Valerij Max. Imp. tēp. an. D. 311. Qui Meletius (auct. Socr. hiſt. Trip. lib. 1. cap. 18.) Epiſcopus vnius ciuitatis Aegyptiorum depoſitus, præcipuè quia in perſecutione fide negata ſacrificauerat, damnatus fuit multos habens ſequaces, & hæreſiarcha eorum factus, qui hactenùs ab eo in Aegypto Meletiani vocantur: ſuperueniente verò quæſtione Arriana vnà cum ſuis Arriū defendit, & (teſte Niceph.)

ipſius hæreſis Arrianę propagandæ cauſa, temerè ſibi manus imponendę auctoritatem rapit: At poſtea in ſe reuerſus Nicęnam fidem aduerſus Arrium intulit, & conſubſtantiale prædicauit. fertur nouum Diaconum Arrianum ad eum ob id acceſsiſſe, cauaq; manu eidem os obſtruxiſſe, ſed illum manu magis, quàm voce fidei ſententiam indicaſſe. tres apertè digitos extendentem, eiſq; rursùm leuiter contractis, vnum tantùm directè erigentem. Qua re omnibus per imaginem exhibuit, quæ ſentiens dicere non potuit. Vbi verò Diaconus ore relicto manum compreſsit, tùm ore libero voce grandi, omnibus Nicęnam fidem commendauit, apertè, qui aliter ſentirent, eos à recta fide aberrare teſtatus Niceph hiſt. Eccl. lib. 9 c 48.

Meletius nutu, & voce trinitatem conſubſt. prædicat, cū antea fauiſſet Arrianis.

MENANDRIANI à Menandro Mago Simonis diſcipulo genere, vt ille Samaritano, & in vico comparatenſi orto, dicti ſunt. Qui Lini papę, & Veſpaſiani Imp. temp. viguit an. D. 80. Hic cum ſuo Magiſtro aſſerebat, totum hunc mundum ab Angelis factum. Quod forſitan ex officina Ariſt. prodiit. Ariſt. n. & ſi mundum negauerit creatum, quę tamen in his inferioribus fiunt ab intelligentijs fieri dixit; quia quæ à Deo immediatè fiunt, neceſſariò (inquit) fieri neceſſe eſt Ex quo errore hauſiſſe videntur Menandriani mundum ab Angelis factū, alijs erroribus à Menandro infectos. Qui non minus, quàm Simon Dęmoniorum furore afflatus, permultos Antiochiæ viuens magica arte ſeduxit, ſectatoribus ſuis nunquam eos morituros promittens. Vide Niceph. lib 3 cap 12.

Mens Ariſto. de creatione.

MAENAS Eccleſię Alexandr. diaconus priùs Catholicus, ſed Arrianę factioni adhęrens cum Arrio, & aliis ſuis popularibus ab Eccleſia proſcriptus eſt ſacro ordine mutatus, Syl ueſtri papę, & Conſtantini Magni Imp. temp ann D. 3 5. De quo Alexander Epiſt. ad Cath. de Arrianis inquit. In Eccleſia ſurrexerunt nunc viri iniqui, & Chriſti inimici defectionem docentes quam rectè quiſquàm præcurſorem Antichriſti exiſtimarit & deſertores quidem ſunt Arrius Achilas, Aithales, Carponas, alter Arrius, Sarmates, Euzoius, Lucius, Iulius, Me

nas

nas, Helladius, Caius, & cum eis Secundus, & Theonas aliquando Epiſcopi dicti. Quos omnes, eorumq́; ſectatores cum inter cęteros errores, de quibus lib.2. Verbum Dei, vt Diabolum, mutari aſſeruerint (inquit Alexander) nos cum Aegyptijs, & vicinis libycis centum numero Epiſcopis, conuentu acto, anathemate iugulauimus. Hæc Alexander Alexandriæ Ep. apud Niceph lib.8.cap.8.

MENOPHANTVS Epheſinus Ep. vnus eorum fuit, qui Nicęnis decretis obluctantes Arrij laudarunt opinionem, Syluestri papę, & Conſtantini Magni Imp. temp. an. D. 316. erant autem Euſebius Nicomedię, Theognis Nicęę, Maris Chalcedonis, Theonas Marmaricę, ſecundus Ptolemaidis, Menophantus Epheſi, Patrophilus Scythopolis Narciſſus Neroniadis (quę ſecundæ Ciliciæ ciuitas eſt, nunc Irenopolis vocata) Epiſcopi dicentes Omouſion. i. conſubſtantiale eſſe, quod ex aliquo ſit per participationem, ut ex maſſa aurea ramenta duo: aut per germinationem, vt ex radicibus ſurculus: aut per fluxum, ut paterni liberi: & quia nullo horum modorum ex Patre filius eſt, ideò Omouſion Concilij Nic. reiecerunt: quare omnes excommunicationis anathemati ſynodus ſubiecit, & ne quis eorum Alexandriam ingredi auderet, ſanciuit. Ac rursùm Menophantus in Concilio Sardicenſi condemnatus dignitate Epiſcopali priuatus fuit. ex Niceph. lib. 8. cap. 17. & 9. c. 12.

Epiſcopi 8. qui per peram omouſiō in Cōc Nic. intelligentes, abiecerunt.

MENNONITAE ſecta Anabaptiſtæ à Mennone Simonis Phriſio Anabaptiſtarum duce dicti, non contenti Baptiſma violaſſe, etiam Chriſtum negant ex virginis carne, aut humana ſubſtantia natum: & quamuis ſe ipſos iactent Apoſtolos, Helias, Henochos, nullus tamen eorum extitit, qui vel equum claudum ſanare potuerit. Qui Mennon ipſe (qui varios ſnæ perfidię reliquit miniſtros Hallandiam, Friſiam, & Ebdenſem contaminantes, iactitans eos à Deo miſſos vi Euangelij ſui multa feciſſe miracula) mirum cur ſe tot per annos claudicantem ſanare nequierit. ex Lindano dub. dial. 2.

METAMORPHISTAE ſunt ex ſacramentariorum no

N 2 ſtri

ſtri ſeculi factione, aſſeuerantes Chriſti corpus, poſtquam aſcendit in cęlum, Deum eſſe factum, dicentes tale corpus eſſe in cœna D. quod iam ſit eſſentia Deus, non caro humanæ naturæ conſubſtantialis. Hęc Staphilus.

METANGISMONITAE (teſte Aug. de hæreſ. c. 58) idem ſignificant, quod inuaſanres; quòd ſic filium in Patre eſſe dicerent, ſicut vas paruum in maiore, ita filium patre minorem facientes: quorum principem ſubticet Aug. videntur autem ætate Artemonis, & Theodoti hęreticorum emeruiſſe ſub Vrbano papa, & Heliogabali Imp. an. D. 221. Gab pr.

Remphã nitæ. *MOLOCHITAE*, & Remphamnitę ab Idololatria, quam Moloch, & Rempham ammonitarum Idolo exhibebant quondàm Iudęi appellantur, eidem Idolo filios, & filias ſuas initiantes. De quibus Amos cap. 5. nunquid ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto 40. annis domus Iſrael, & portaſtis tabernaculum Moloch veſtro, & imaginem idolorum veſtrorum, ſidus Dei veſtri Rempham &c. vide Leuit. 18. 20. 3. Reg. 11. Hierem. 32. Act. 7.

MONASTERIENSES ſecta Antiluterani Ioannem Bocheldi ſartorem Lerdenſem, atque ſordidum inſtitorem regem Monaſterij (quod oppidum eſt Vueſpalię) per ſeditionem factum, ſectati in ſua cœna omittunt illa D. verba, hoc eſt corpus meum, quorum loco dicunt. accipe, edę memento Domini, vti Eraſmus Alberus lib. 2. contra Carolſtadium, ait. Hic autem Io. ſartor pro ſua libidine plures duxiſſet vxores an. 1534. aliquas earum poſtea occidi fecit.

MONOPHOSITAE à monos, quod eſt vnus, & phyſis natura, appellati ſunt, quòd vnam verbi, & carnis naturam poſt ineffabilem in Chriſto vnionem doceant, qui & Monothelitę pariter dicuntur ab vna voluntate, Gnaphęum, Seuerum, Antiochenum, Dioſcorum, Gainum, Iacobum, & Io. Philopponum auctores primarios habentes; qui ex duabus naturis ratiocinabantur duas voluntates, & ex his duas neceſſariò inferri in Chriſto perſonas; alioquin in vnam coeunt naturam

in

in Chriſto Deus, & homo; vt in homine alia eſt quidem animę natura, & alia corporis ſi quælibet per ſe conſideretur: ſed cum illæ coierint, vnam ſolam efficiunt in homine naturam: At Gregorius magnus Theologus ſapientiſsimè, ſimul & ſubtiliſsimè hoc diluit, dicens, vnaqueque pars corporis noſtri pars aliud quiddam, quàm elementa eſt, ex quibus componitur: verùm in diuina vnione non aliud quiddam poſt duarum naturarum concurſum factum eſt ſed idem ipſum eſt, Chriſtus, Deus, & homo. Vndè Conc. Calced. 630. Patrum ſic definitur: Nos accepimus, & credimus quòd quemadmodum illę duæ naturæ, quæ in eandem ſubſtantiam D. noſtri diſtinctè, & minimè confusè coierunt; ita quoque per ſe manſerunt, vtraq; habens ſuos proprios effectus, emerſerunt autem hi Hormiſdę papę, & Anaſtaſij Imp. temp. ann. D. 517. De his Niceph. hiſt. Eccl. lib. 18. cap. 45. & 46.

MONTANISTAE à Montano Phryge natione in vico cui nomen Ardaba orto dicti ſunt (à quo etiam Cataphryges, cum ex Phrygia eſſet) ſpiritum ſ. ſibi, non Apoſtolis, inſuſum prędicantes: emerſit autem Soteri papę & Commodi imp. temp. an. D. 181. multos in ſuam pertrahens hęreſim, adeoq; & mulierculas Priſcam, & Maximillam vt relictis viris ſuis eũ ſequerentur, eius inſpiratione ſpiritum ſ. ſe habere credentes. De quo Apollonius ait. Hic ille eſt, qui matrimonia dirimere docuit. hic, qui ieiunia legibus latis ſanxit: hic, qui Pepuzam, & Tynium parua Phrygię oppida, vbi vndequaque ad ſe pertraxiſſet homines, Hieruſalem nominauit: hic, qui æruſcatores, & pecuniarum exactores inſtituit: qui ſub prætextu oblationis, auaritiæ ſordes, & munerum emunctiones arte quadam inuenit: qui ſalaria verbum eius prædicantibus enũmerauit, vt per ventris curam doctrina eius inualeſceret, atque confirmaretur. Hęc de Montano Apollonius. Mõtanus inuentor ſordis auaritiæ, ac munerum

MOISES falſus (qui ob ſuam perfidiam, & impoſturam inter hæreticos non immeritò connumeratur) in Creta fuit quidam Iudæus Cęleſtini papę, & Theodoſij Iunioris Imp. temp.

an.

ann. D. 435. Qui cum per fraudem, & dolum vita peracta ſe Moiſem ſimulaſſet à Deo in Cretam miſſum, vt eius loci Iudæos per mare perindè, atque olim Iſraelitas, perduceret: vt opes, quas haberent, omnes aſpernarentur, hortatus eſt, ſe illos per mare non aliter, quàm in arida in terram promiſsionis ducturum policitus. Itaque eos in ſummum quendam ſcopulum in pelagus excurrentem duxit, atque coniicere ſe ipſos in mare veluti natantes iuſsit: idq; ex illis quidã, ſtatim vt imperatum eſt, fecerunt, neque deinceps apparuerunt: quidam in pręcipitio ſaxis illiſi interierunt, & vniuerſi vel in vndis, vel in ſaxis perijſſent, niſi Dei prouidentia piſcatores Chriſtiani affuiſſent, eosq; induſtria extrahentes ſeruaſſent: qui dementia capti ſe ſentientes, alios quò minùs ſe in fluctus proicerent, prohibuerunt: ac fraudem ſine iudicio ſuſceptæ fidei, & crudelitatis deprehendentes, tandem Pſeudomoiſen comprehendere voluerunt, at confeſtìm ille diſparuit magnam præbens ſuſpitionem, perniciosum dęmonem ſub humana ſpecie gentem eam in exitium perduxiſſe. Proindè multi Iudęorum ſuperſtitioni nuncio remiſſo in Creta Chriſtianam religionem conſtanter ſuſceperunt. Ex Niceph lib. 14 cap. 40. vide Socratem hiſt. Eccl. lib. 7. cap. 38.

MVNTZERICI, ſeu Munzeriani à Thoma Muntzero, ſeu Monetario Anabaptiſtarum patre dicti, ſecta Antiluterani, emerſerunt Clementis 7. & Caroli 5. Imp. temp. an. D. 1524. Hic verò Thomas (teſte Lindano) totum orbem gladio Gedeonis ſibi diuinitùs tradito compellendum ad nouum regnũ Chriſto inſtituendum, iactabat ſpiritum ſibi reuelaſſe. Vnde cęleſtes propheatas, atque Enthuſiaſtas, Muntzericos inſectatus appellabat Luterus. Porrò Muntzerus ipſe (teſte Staphilo de Luter. inter ſe concordia) cùm de captiuit. Babil. apud Lut. legiſſet, nullam eſſe ſpẽ remedij niſi omnibus legibus humanis extinctis, populus in libertate regnaret, codicem confecit: quo ſuos coniuratos inſtruxit ad caſtigandos Chriſtianos principes, magiſtratumq; inſtituendum; adeò quidem vt mouerit

per

per totam Germaniam ruſticos contra principes: propter quod prælis paſsim commiſsis perierunt vltra centum millia ruſticorum. Vide hiſtoriam Sleidani.

MVNDANITAE (teſte Philaſtrio) ſunt hi, qui mundum non mutari, ſed in eodem ſtatu ſemper manſurum aſſerunt etiam poſt communem, & generalem omnium noſtrum reſurrectionem, cum tamen Deus omnipotens dicat, ego facio nouum cęlum, & nouam terram Eſ. 65. & ſi deſtruxerit vniuerſa (inquit Iob 12.) quis ei dicet quid feciſti? in hoc tamen eſt eminens Dei maieſtas, & potentia quòd omnia tranſibunt, & mutabuntur Pſal. 101. non ad nihilum, ſed ad maiorem gloriam tranſeundo, creatura.n. vanitati ſubiecta eſt in ſpe futurę gloriæ, & dignitatis. Ro. 8.

MVSORITAE erant apud Iudæos idololatræ ſorices colentes, ducta huius abominationis origine ab Allophilorum ſacerdotibus, à quibus Philiſtinorum Satrapes (arca teſtamenti capta, ob idq; ira Dei ſorices terra producente, qui eorum regionem demoliebantur) perſuaſi pro delicto iuxta numerum prouinciarum quinque mures aureos Deo Iſrael obtulerunt, vt ab eis diuina plaga deſineret: hinc mures poſtea maximo in honore quidam Iudæorum habuerunt, atque coluerunt. Ex Philaſtrio. vide cap. 6. primi Regum.

MVSCARONITAE à Muſca, & Accaron ciuitate, in qua muſca colebatur, dictione compoſita, dicti ſunt. Horum Deus Belzebub (qui à Phariſæis princeps Dęmoniorum dicitur) Deus Muſcarum nuncupatur, à fędo ac ſpurco eum colentium ſacrificio. Ad quem conſulendum de ſua infirmitate miſit Rex Ochozias (nam per cancellos cęnaculi corruerat, ac maximè corporis languore tenebatur.) Vndè Elias Thesbytes ab Angelo monitus in occurſum eius nunciorum obuians dixit. Nunquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron? Quare hęc dicit D. de lecto, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. mortuusq; eſt, & regnauit Ioram frater eius pro eo, quia filium

non

non habebat. 4.Reg. 1.Mat 12.Luc. 11.Mar. 13.

Muſculi ſecta ſectā dilectā is ſit Theoſpaſchita.

MVSCVLANI ſunt, qui Andreę Muſculi dogma ſequuntur ſecta Luterani: qui in Andream Oſiandrum, & Franciſcū Stancarium Mantuanum eiuſdem cum eo ſectæ viros, inuectus docebat Chriſtum eſſe non modò ſecundum vtranque naturā iuſtificatorem, ſed etiam diuinam eius naturam in cruce & paſſam, & mortuam. In cuius blaſphemiæ confirmationem libellum edidit nomine Luteri idem affirmantis, vt ex lib. Luteri de Concilijs confirmatur. Hæc Lind dub dial. 2.

NARCISSVS Neroniadis Cilicię, quam nunc Ieronopolim vocant, Epiſcopus Arrianę perfidię patronus fuit acerrimus, & iniquorum conſiliorum miniſter, Iulij papæ. & Conſtantij Imp temp an. D. 344. qui non immeritò Epiſcopatu priuatus ne Chriſtiani quidem nomine honoraretur in Sardicenſi Concilio patres ſtatuerunt. de quo ſuprà. Menophantus & Trip. hiſt. lib. 4. cap. 4

NAZARAEI (teſte Aug de hęreſ) à Nazaret Galileę vico, in quo Chriſtus conceptus, & à quo Nazaręus dictus eſt, nomen ſortiuntur, filium quidem Dei illum confitentes, ſed qui aſſerant legem veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruanda vnà cum noua quæ tamen (inquit Aug) Chriſtiani apoſtolica traditione non carnaliter. ſed ſpiritualiter intelligere didicerunt: emerſerunt autem Xiſti papę & Adriani Imp tēp. an. D 133 Hi (teſte Epiphanio) patres recipiunt, qui in quinque lib Moiſis habentur vſque ad Moiſen. Adam, Seth, Enoch, Mathuſalem, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, Leui, Aaron, & Ieſum Naue: ſed ipſos quinque lib. non recipiunt: Moiſen confitentur quòd legem à Deo acceperit, non autem eam quæ circunfertur ſed aliam: dicunt. n. hos lib. fictos eſſe & commentitios & nihil horum à patribus obſeruatum eſſe. Porò Nazaræi (inquit Philaſtrius) crines etiam nutrientes capi-

tis,

cis, omnemq; virtutem iuſtitię in eo putantes conſiſtere, quaſi à Sampſone hoc ſibi pręſumentes indici, quòd Nazaræi vocarentur; à quo poſtea Pagani fortes viros ex illius figura metientes, Hercules nuncuparunt. Philaſtrius.

NEPOS Ep. cuiuſdam vrbis Aegypti, vixit ſub Fęlice papa, & Claudio 2. Imp an. D. 270. Hic (teſte Euſeb. lib. 7. c. 24.) iudaico intellectu de futuris promiſsionibus ſentiebat, easque epicureo more corporaliter exhibens docebat mille annis in libidine, & voluptate corporali in hac vita ſanctos cum Chriſto regnaturos, ſui dogmatis probamenta deducens. ex Verbis Apoc. 20 perperàm intellectis. ait ſiquidem Io. Vidi animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & qui non adorauerunt beſtiam, &c. regnauerunt cum Chriſto mille annis. Hæc eſt reſurrectio prima. ex quo liquet Ioannem de cęleſti regno intelligere, quod animæ decollatorum. i. Martyrum, qui non adorauerunt beſtiam. i. diabolum in Idolis Gentilium, nunc poſsident in cęlo, expectantes gęnerale iudicium, vt cum corporibus reſurgentes in perpetuum regnent: & hęc erit reſurrectio ſecunda. ideo beatus (inquit) & ſanctus, qui partem habet in reſurrectione prima his. ſ. mille annis, quia in ſecunda etiam perpetuum habebit. Quòd autem millenarius numerus pro vniuerſitate in ſacris literis capiatur ex Pſal. 104. conuicitur. vbi dicitur, memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui, verbi, quod mandauit in mille generationes. i. in omnes: & Eccleſiaſtici. cap. 16. Melior eſt vnus timens Deum, quàm mille filij impij. i. omnes. quare per mille annos, vniuerſum id tempus intellexit, quo iuſtorum animæ reſurrectione prima in cęlo exiſtentium, ſecundam in fine mundi cum corporibus expectant. Dionyſius autem Alexandrinus apud Arſinonem oppidum de huius Neporis dogmate diſſeruit, hæreſimq; eam refellit. vide Niceph. lib. 6. cap. 21.

NESTORIVS (à quo Neſtoriani, & Neſtoriana hæreſis.) Epiſcopus Conſtantinopolitanus fuit, vir quantumuis natura eloquens, in ſcripturis tamen, & veterum lectione, quos pręſe

O

ſe fortiter contemnebat, minùs exercitatus, Pelagianam hæreſim ſequutus eſt, florens Cęleſtini papæ, & Theodoſij Iunioris Imp. temp. an. D. 427. At contra Neſtorium, Apollinarem, & Photinum, veluti tres rapidos canes aduerſus catholicam fidem latrantes, Vicentium Lirenenſem adducamus lib. illo verè aureo, quem aduerſus prophanas omnium hæreſeon nouationes ſcripſit. In Deo (inquit) vna ſubſtantia, ſed tres perſonæ: in Chriſto duę ſubſtantiæ, ſed vna perſona: in Trinitate alius atque alius, non aliud, atque aliud: quia, ſcilicèt, alia eſt perſona Patris, alia filij, alia ſpirituſſancti; non alia, & alia, ſed vna, eademque natura. In Saluatore aliud, atque aliud, non alius, atque alius: quia, videlicèt, altera ſubſtantia diuinitatis, altera humanitatis: ſed tamen deitas, & humanitas non alter, & alter: ſed vnus idemq; Chriſtus, vnus idemque filius Dei: & vnius, eiuſdemq; Chriſti, & filij Dei vna eademq; perſona: non ergo alter Chriſtus Deus, alter homo, non alter increatus, alter creatus, non alter impaſsibilis, alter paſsibilis, non alter ęqualis patri, alter minor patre, non alter ex Patre, alter ex Matre: ſed vnus idemq; Chriſtus Deus, & homo, idem ex Patre ante ſecula genitus, idem in ſeculo ex Matre generatus, perfectus Deus, perfectus homo: in Deo ſumma diuinitas, in homine plena humanitas, quippè, quę animam ſimul habeat, & carnem: ſed carnem veram, noſtram, maternam: animam intellectu præditam, mente, ac ratione pollentem. Eſt ergo in Chriſto Verbum, Anima, Caro: ſed hoc totum vnus eſt Chriſtus, vnus filius Dei & vnus Saluator, ac redemptor noſter. Quę cum ita ſint, ſanctiſsima Maria Virgo veriſsimè, ac beatiſsimè eſt Theotocos confitenda; ſed non vt impia hęreſis ſuſpicatur, ſola appellatione dicenda, quę eum pepererit hominem, qui poſtea factus eſt Deus, ſicut dicimus Presbyteri, aut Epiſcopi matrem, non iam presbyterum, aut Epiſcopum pariendo, ſed eum generando hominem, qui poſtea presbyter, vel Epiſcopus factus eſt; ſed in Marię ſacrato vtero ſacroſanctum illud miſterium perpetratum eſt: quod propter ſingularem

Declaratio expreſſa Trinitatis, diuinitatis humanitatis ac pſonæ Chriſti.

M. virgo quomodo Theotocos.

rem quandam, atque vnicam perſonę vnitatem, ſicut Verbum in carne caro, ita homo in Deo Deus eſt.

Anathema igitur Photino non recipienti plenitudinem Trinitatis, & Chriſtum hominem tantummodò ſolitarium prædicanti.

Anathema Apollinari aſſerenti in Chriſto conuerſæ diuitatis corruptionē, & auferenti perfectę humanitatis proprietatē.

Anathema Neſtorio neganti ex virgine Deum natum, quæ Chriſtocos, non Theotocos ſit dicenda, duos aſſerenti Chriſtos & exploſa Trinitatis fide, quaternitatem nobis introducenti. Hæc hucuſque ex Lirenenſi ex curſu dicta ſint.

Sed Neſtorianiſmum (inquit Lind.dub.dial.2.) tertio Cōc. Epheſino à ducentis Patribus refutatum hoc noſtro ſeculo renouare cępit Luterus in commentariis ad hæbreos (Bucero interprete) diſertè negans Chriſtum eſſe hominem omnipotentem, non omnia aduertiſſe, nec cogitaſſe: ſanè vt Neſtorium eſt Chriſtum negare hominem, & Deum; ita & negare Chriſtum eſſe hominem omnipotentem: apertiùs etiam reuocant Antimariani, qui beatam Virginem Chriſti Matrem (ait Hoſius) non ſuſtinent audire Dei genitricem. Neſtorij vitam vide apud Niceph. hiſt. Eccl. lib. 14. cap. 31. qui refert linguam, quam impius Neſtorius in tot voluerat blaſphemias, ante peſsimam ipſius mortem à vermibus fuiſſe corroſam.

NEVTRALES ſacramentarii ſunt, qui docent, quòd neque vna ſpecies, neque vtraque ſit neceſſaria, ſed ſolam fidem ſufficere. Item quòd ſi Concilium ſtatueret ſub vtraque ſpecie communicandum: tùm contrà, aut ſub vna ſpecie debeant laici communicare, aut etiam vtranque reijcere. Luterus in lib. de formula Miſſæ, & communis praxis Luteranorum: quò ſit, vt quamplurimi intra decem annos non accedant, alij etiam nunquam. Hæc Gabr.pr.

NICOLAVS Galecus ex Bohemia oriundus Presbyter, & artium Baccalaureus vnus eorum extitit, qui legatus à Bohemia ad Concilium Baſilienſe miſſus fuit, Eugenij 4. papæ, &

Sigiſmundi Cæſaris Germani Imp.tem an.D. 1434. coactum: fuerat. n. in Conſtantien. ſynodo ſtatutum, vt poſt annos 12. nouum Concil. cogeretur. Hic inter reliquos ſuos errores nolebat aliquem iuſtè occidi poſſe nouę legis tempore, etiam ex Iudicis pręcepto: quòd nouum teſtamentum non dictitet. Ioannem Huſſ, Vuicl. & Hieronymum Bragenſem condemnatos cum ſuis erroribus tuebatur Ex Gabr. Pr.

NICOLAVS, à quo Nicolaitę, vnus ex ſeptem Diaconis cum Stephano in miniſterio viduarum deputatis ab Apoſtolis de Zelotypia vxoris, quam valdè pulchram habebat, increpatus, vt de hac re ſe immunem redderet, coram ipſis in publicum vxorem duxit, permittens, ut qui vellet, ea vteretur: qua occaſione alii ſibi licitum duxere, qua, velent, fęmina vti, promiſcuos habentes concubitus, & veluti Platonica lege fœminas etiam communes: adeò quidem, vt talis conſuetudo verſa ſit apud eos in ſtupra, & inuicèm coniugia mutata. ex quo Nicolaitarum ſecta emerſit Anacleti papæ, & Domitiani Imp. temp. an. D. 83. quam Io. Apoc. 2. improbat dicens, Hoc habes, quòd odiſti facta Nicolaitarum, quę & ego odi.

Sabelliani, Patropaſſiani.

NOETIANI à Noeto Subellij Pentapolitani pręceptore, à quo & Sabelliani, ſeu Patropaſsiani vulgatiori nomine ſunt appellati, emerſerunt autem apud Ptolemaidem Aegypti Stephani papæ, & Gallieni Imp. temp. an D. 259 Epiphanius lib. 80. hær. hær. 57. Noetus (inquit) poſt Bardaſenem ſurrexit non antè multos an. ſed ante hoc noſtrum tempus centum triginta plùs, minùs annis, Aſianus vrbis Epheſi exiſtens, qui alieno ſpiritu ductus voluit à ſe ipſo (quę neque Prophetę, neque Apoſtoli, neque Eccleſia ab initio obtinuit, neque cogitauit) docere, Patrem paſſum eſſe: & ad maiorem faſtum ſe ipsum eſſe Moiſen, & fratrem ſuum Aaron, ſed moritur cum proprio fratre, non velut Moiſes in gloria, neque frater Aaron ille ſepultus eſt in honore. Abiecti. n. ſunt velut tranſgreſſores, & nemo ex pijs ipſos cooperuit. Hęc Epiph.

Cathari. i. mundi.

NOVATIANI à Nouato Ro. Eccleſię presbytero nuncu

pati

pati, exorti ſunt Corneli papæ, & Galli, & Voluſiani Imp. temp. an. D. 255. alio nomine cathari. i. mundi dicti ſunt ob eam, qua ſe ſuperbiſsimè, & odioſiſsime efferebant, munditiam. Hi porrò (ait Cyprianus) in peccatum prolapſis, & ad Eccleſiam lachrymis, gemitu, & dolore cordis pulſantibus diuinæ pietatis, & leuitatis paternæ ſolatia claudebant. nec ad fouenda vulnera admittebant vulneratos, ſed ſine ſpe pacis, & communicationis relictos ad luporum rapinam, & Diaboli prædam proijciebant, ignorantes, quòd per prophetam clamat Deus Ezech 18. Viuo ego, quia nollo mortem peccatoris, ſed magis vt reuertatur, & viuat. aduerſus quos pulcherrimos, ac vtiliſsimos de pęnitentia libros ſcripſit D. Ambroſius in quibus tyrannicum ac prorsùs ſanguinarium hoc dogma ſcripturarum authoritate grauiter pręmit. Qui autem huius rei hiſtoriam planè noſſe cupit, legat Euſebium Cæſarienſem hiſt. Eccl. lib. 6. cap. 38. Lindanus dub. dial. 2. Nouatiani (inquit) negant confirmationem habere olei ſacri illinitionem: ſic nunc Luterus, Caluinus, Bucerus, aliq́; omnes noſtri temporis Euangelici. vide Theodoritum in fabulis hæreticorum. *Hoc noſtro ſeculo Nouati hæreſim renouantes.*

NVDIPEDES ſunt noſtræ ętatis hæretici ſecta Antiluterani, ſeu Anabaptiſtę, qui cum in Morauia ſe Apoſtolicam vitam imitari videri vellent, omnia relinquebant, omnia alijs communia faciebant, domumq́;, liberos, & negotia dimittentes per agros vagabantur, calceos abhorrentes, pecuniā non contrectantes, vulgi denique cultum, vſum ciborum, & arma deteſtantes. Ideoq́; Nudipedes, ſpirituales, vel ſeparati appellari volunt. Lind. dub dial. 2.

NYCTAGES (auctore Iſidoro) à ſommo dicuntur, quòd vigilias noctis reſpuant, ſuperſtitionem eſſe dicentes, iura temerari diuina, quę noctem ad requiem tribuunt, contra illud pſ. 118. media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Hanc hær. refellit D. Hieron. Ep. ad Furiam de viduit. ſeru. ardentes diaboli ſagittæ inquit ieiuniorum, & vigiliarum frigore reſtringendę ſunt.

OLI-

OLIPIVS Arrianę hæreſis apud Carthaginem Ep. Symmachi papę, & Anaſtaſij Cęſ. temp. an. D. 505. cùm in balneis S. Trinitatem blaſphemijs afficeret, tribus igneis fulminibus ab Angelo viſibiliter miſsis, miſerabiliter decidit, & eius cadauer pęnitùs exuſtum fuit. Auctor eſt Iacobus Philippi ord. Erem. D. Aug. lib. 9. ſuppl. Chronic.

Ollarii ab olla culinaria dicti

OLLARII ſecta Antiluterani ſic appellati, quòd ſuos coniuratos non niſi menſa bellè inſtructa inuiſant: atque ita fratrum (quos dicunt) bona abliguriant, quos alioquì inſtituti ſcopus experientia notus facilè diſsipauit. ſed hi magis inter deliros, & Lurcones, quàm inter ſeditioſos & furioſos noſtræ ætatis hęreticos ſunt deputati. Lind dub. dial. 2.

OPHITAE ideſt ſerpentini à ſerpente, quem colebant dicti ſunt, Ophis. n. Gręcè, Latinè ſerpens dicitur: qui ſerpentem illum, cuius impoſtura primi parentes decepti ſunt, Chriſtum eſſe dicebant, tanquam ſcientiæ boni, & mali auctorem, ob id ſerpentem quendam viuum in ſpelunca nutritum venerebantur, qui ad ſacerdotis incantationem egrediens, & altare ſuper ſpeluncam erectum conſcendens lambebat oblationes quas illi ſacrificabant, quo peracto in ſpeluncam regrediebatur: & ita eius cultores eaſdem confrigebant oblationes in Euchariſtiam, perindè atque à ſerpente Chriſto, (vt illi putabant) ſanctificatas; qui cultus hortum habuit à Nicolaitis, vel Gnoſticis. ex Aug. lib. de hæreſ. cap. 17.

OREBITARVM hęreſis emerſit Martini 5. papę, & Sigiſmundi Cęſ. Germani, temp. an. D. 1418. fuit. n. (inquit Aeneas Syluius de orig. Bohem. cap. 43.) alia in Bohemia hęreticorum factio fratrum Orebitarum appellata, quæ territorium Gręcenſe, vicinaſq; gentes magnis affecit cladibus, peſtifera, atq; immanis, neque Thaboritarum crudelitate inferior: aduerſus quam Martinus 5. nominatim cruciadam decreuit, neque tamen in plures annos extirpari potuit. Huius ſectę homines

quoties

quoties ſacerdotes noſtros intercepere, aut igne cremarunt, aut nudos rigente hyeme ſuper glaciem colligatos dimiſere, & quos adeò parui momenti exiſtimauerunt, vt deſectis virilibus abire permiſerint. Hęc Syluius.

ORIGENISTAE ab Origene Alexandrinę Eccl. doctore, & Clementis contextoris ſucceſſore exorti ſunt Zepherini papæ, & Seueri Imp. temp. an. D. 207. quorum errores recenſentur ab Epiphanio, Theophilo Alexand. Auguſtino, & alijs compluribus, de quibus nos in 2. huius op. lib. Quantus verò fuerit Origenes pauca ex Nicephoro ſubijciamus. ſtatim ab initio tenera exacta ętate à patre ſuo Leonide diuinis imbutus eſt literis, quibus adeò proficiebat vt tanta eius admiratione conſternatus pater, ſępe numero dormienti aſsiſteret puero, pectusq; eius nudatum cum veneratione deoſcularetur, perindè, atque in eo diuinus ſpiritus domicilium ſuum haberet: beatumq; prorsùs ſe tàm fęlici prolificatione iudicabat: Quæ res magnam præbuit occaſionem, vt puer fidem, ſacrasq; literas, ab ineunte ætate aſſequaretur, & rectè admodum educaretur eundem & Patrem, & educatorem, & pręceptorem habens. Decimo verò Seueri Imp anno cum inualeſcente Eccleſię perſecutione multi certaminibus obuiantes coronas reportarent, fertur Origeni ad huc in ætate iuuenili tantam martyrii cupitatē inceſsiſſe, vt pericula pro Chriſto toleranda adiens ſępius finiſſet martyrio vitam, niſi mater ei obfuiſſet. Patre eius vita per martyrium pro Chriſto defuncto, Origenes decimum octauum agens annum ſcholæ catechiſtes in vrbe Alexandrina eſt præfectus: & quoniam adhuc Iuuenis non ſolùm viris, ſed & mulieribus docendo ſalutare pręd icabat verbum, volens calumniam omnem fœdę ſuſpicionis præcidere, & ſimpliciùs dicto illo ſaluatoris intellecto, (ſunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum) adimplere, ſe ipſum caſtrauit. Porrò cum Zepherinus Romæ Eccleſiam regeret, Origeni Romanæ vrbis viſendę cupido inceſsit: vbi cū non diu manſiſſet, Alexandriamq; rediiſſet, Doctrinę, atque inſti-

Origenis vita.

tutioni,

tutioni, vt catechiſtes ibi pręfuit. Vſque eò autem accuratam ſacrorum oraculorum, inquiſitionem, & ſtudium produxit, vt hębraicam etiam adiſceret linguam, hæbraicosq; libros ad prima exemplaria deſcriptos conquireret, Tranſlationesq; ſacrę ſcripturæ, quęcunque extarent colligeret, infinita tandem ferè volumina ederet. Sed horrendum eius lapſum deploremus. Deciana perſecutione comprehenſus Origenes, vinculis conſtrictus, tormentis afflictus, in acerbiſsimum demiſſus eſt carcerem; ibi ingentis ponderis ferramentum eum diſtringebat, inſuper ignis ſupplicium ei intendebatur, aliaq; mala partim iam tùm inferebantur, partim paulò poſt imminebant, ac diebus pluribus quatuor vinculorum cataſta pedes eius diſtinebantur; quę omnia generoſo, & forti animo pertulit mortem ſubire paratus. At quęſitor gladio in ipſum animaduertere nollens, ęrumnis alijs paulatim vita eum priuare conſtituit. Ad poſtremum cum ſe tormentis victum ab illo intelligeretur, ad diabolicum conſilinm animum adiecit: Quod n philoſophicum animum, caſtitatemq; viri noſſet, ea parte oppugnare eum decreuit. Itaque è vinculis dimiſſum ad Aram, apud quam obſcęnum Aethiopum collocarat, ſacrificare, & thura adolere iuſsit, quod niſi faceret, fore minatus eſt, ut re deteſtanda, dirisq; omnibus execranda, corpus eius ab impudico illo contaminaretur: At Origenes electiones rei deterioris abiurare fidem maluit, animo præter vtilitatem omnem conſpurcato: quàm ſordes corpore excipere: atque indè à diuina gratia delapſus alienas opiniones Satana inſtigante induxit, per quas multis à ſaniore ſententia ſeductis longo poſt tempore ab EccleſiaChriſti per excommunicationem eſt proſcriptus. vide longè plura apud Niceph lib. 5. cap. 22. 23. 24.

ORPHANI ſunt ſecta Huſsitę exorti Martini 5. papæ, & Sigiſmundi Cęſaris Germani Imp. temp. an D. 1420. Orphani verò dicnntur (teſte Aenea Syluio de Orig. Bohem. cap. 48.) quòd cum Ioannem de Ziſcha eorum duce mortuo, quem inuincibilem putabant, ingens męror ſeditioſum exercitum inuaſiſſet

ſiſſet, perindè atque Orphani, vel orbati ſint tanto eorum duce, ſub quo prædas agere ſolebant Hi porrò Eccleſias inuadebant, euertebant templa, ſacraria ſpoliabant, monaſteria deſtruebant, fugabant monachos, Dei ſacerdotes, & viros religioſos gladio occidebant, ſacras diuorum imagines aut igni cremabant, aut in fruſta comminebant, chriſmate, & oleo ſacro calceos, & ocreas vngebant, aliaq; facinora perpetrabant. At cum Mainardus catholicus vir nobilis prçconis voce edixiſſet, vt qui ſub ſe ſtipendia facere vellent, in horrea ſe ſe proxima reciperent; ingreſſa ſunt Orphanorum pleraq; millia, homines nigri, tetri, horribiles, membris hoſpidis, & cute dura & clauſis confeſtim horreis ignis miſſus eſt, quo fex illa, & colluuies hominum, ignominioſum agmen, poſt multa quæ patrauerat ſcelera, exuſta contemptæ religionis pęnas dedit. Hęc Sylnius.

Orphanorum exceranda facinora.

OSIANDRIANI, ſeu Oſiandrini ab Andrea Oſiandro Luterano dicti ſunt, qui cum ſibi ſpiritum iſtum Euangelicum nactus videretur. i. diſſenſionis magiſtrum, nec Luteri quidem veſtigiis conſiſtere potuit tametſi plurima Luteri loca ad ſuę doctrinę confirmationem adduxerit, ſe eſſe alterum Enoch iactitans: De quo tamen narrat Palladius, quòd tandem planè mutus vt beſtia horribiliter extinctus eſt ann. 1552. die 17. Hęc Lind. dub. dial. 2.

PACIFICI hæretici ſunt Antiluterani inter Anabaptiſtas ſe pacificos iactantes, vndè & ſeſe apud imperitiam plebeculam nomine domus pacis venditant, donec impunè in omnium fortunas, adeoq; corpore graſſari liceat, quemadmodum ſuo exemplo docuere Amſterdami, an. 1535. & ſequenti, Leidis vti & per alia varia Hollandiæ, ac Friſiæ loca, ut in Poel dycho Hazerſſon, & Oudecloolter. Hæc Lind. dub dial 2.

PARMENIANISTAE à Parmeniano Carthag. Epiſco

P po

po ſunt appellati: qui cum Donati ſequeretur partes, multas turbas in Eccleſia Aphricana concitauit, Siricij papæ, & Valentiniani 2. Imp. temp. an. D. 389. nam ſeditioſus magis, & ambitioſus, quàm doctus erat: vndè Auguſtinus coactus fuit in eum tres conſcribere libros. Parmenianiſtas porrò negantes fil. Patri ęqualem, & filio ſpiritum ſanctum in Arrianorum numerum Theodoritus redigit: & inter illorum facinora Optatus in eos hiſtoriam ſcribens ait, hoc immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis calicis ſanguinis Chriſti portatores. quorum ſpecies reuocaſtis in maſſas, mercedem nefariis nundinis prouocantes. vide lib. 2. Aug. contra Creſconium. cap. 3. & 4.

PASCATITAE fuerunt, qui ſub Sotero papa, & Commodo Imp. an. D. 182. de Paſchatis obſeruatione in Eccleſia quęſtiones mouebant, aſſerentes (teſte Philaſtrio) quartadecima luna ſemper menſe Martio eſſe celebrandum, non Dominicam diem ſemper cuſtodientes Paſchę, vt Eccleſia cath. celebrat; neque computant dies, ſed ſecunda, aut tertia, aut quarta, aut quinta, aut ſexta die celebrant: & ita cum Iudęis Paſcha fieri debere aſſerunt: in Galatia, Syria, & Phrygia commorantur, & Hieroſolymis, qui ſanè cum Iudæos ſequantur, ſimili cum eis errore depereunt. Hanc autem diſſentionem cum videret Victor Eleutherij in Papatu ſucceſſor, quem ſub Commodo martyrium ſubiiſſe ferunt (Euſebio auct. lib. 5. c. 20.) ſanxit, ut Paſcha à quarta decimà luna Martii ad vigeſimam ſecundam contra morem Iudæorum celebraretur, idq; die Dominico.

Luterus renouat ſPachatitarum errorem.

Non defuit porrò, hac noſtra ętate Luterus, qui (teſte Lind. dub. dial. 2.) libro de Concilijs, Principibus perſuadere conatur feſtum Paſchę eſſe inter immobilia feſta computandum, vt in quemuis diem incidere queat, ſicut dies Natalis, Purificationis & Apoſtolorum; Iudaizare n. & nimis ſuperſtitioſè agere Eccleſiam, & Patres Nicęnos ait, quòd poſt plenilunium Martij diem Paſchatis in diem ſolis collocarunt: Quod ſi ex Luteri ſententia fiat, iam Apoſtolica perierit traditio, qua poſt ſabbatum Dominicā Reſur. voluere colendā. Hęc ex Lind.

PA-

PASCENTIVS quidam Comes in Aphrica fuit Arrianæ hęreſis fautor acerrimus tempore D. Auguſtini, qui contra eum diſputauit, vt inter ipſius Aug. Epiſt. reperitur, Epiſt. 178. Viguit autem Paſcentius Innocentii, & Honorii Imp. temp. an. D. 409. Ex Gabr pr.

PASSIONISTAE hęretici ſunt, qui (auct. Philaſtrio) circa paſsionem Chriſti aberrant, dicentes Chriſtum in ſua paſsione ita carnem dimiſiſſe, & in cœlum ſic aſcendiſſe, vt non ſit iam in carne diuinitas: neque enim poſt paſsionem in carne reſurrexit (inquiunt) neque cum carne aſcendit Ex Gab. pr.

PASTILLARII ſunt, qui corpus quidem Domini præſens in s. Euchariſtia fatentur, ſed in pane, aut ſub pane, vti farina in paſtillo, aut Pillulæ in ouo recondi rę: ſic quatuordecim Paſtores Suenici, quorum Brētius fuit antiſignanus, cum Oecolampadio oppugnarunt communi ſcripto. Hi autem ſunt ſecta Luterani: Luteri nempè ſectam eſſe circiter in 34. ſectas diuiſam, ait Bredembachius in pſal. 67. quę ſe mutuo editis libris oppugnant, pręter eas, quæ in indocta plebe latent. Plura .n. Luteranorum deprehendes genera (ait Cleinuitzius) ſi ſupputes varias pręſentis corporis D. in Euchariſtia ſententias, alii adeſſe, alij ineſſe, alii ſubeſſe, alii eſſe cum pane, alii circa panem dicunt, alii aliter nouum Luteri figmentum efferunt: Alii miſſam (quam dicunt Euangelicam) ſemilatinam, alii habitu laico, alii eccleſiaſtico, aliter Vuittemberge, aliter Norimberge, aliter per ducatum Vuirtembergenſem, aliter per Brandēburgenſem, aliter per Bauariam ſuperiorem celebrant, & alii eleuationem s. Euchariſtię retinent. alii hunc ritum abhorrent. Hęc Lind. dub. dial. 2.

Luteri ſectæ 34.

quanta varietas in Euch.

PASTORICIDAE ſecta Antiluterani, & Anabaptiſtæ ſunt, qui in Paſtorum Eccleſię, aut ſacerdotum catholicorum necem coniurant. quorum ſcelere plurimi per Rynlandiam & Galliam periere iniecto in collum laqueo in foſſam præcipitati, & demerſi. De qua re vide Claudium ſanctium lib. quem de templorum direptione edidit an. 1562. ex Lindano.

PATRICIANI à Patricio quodam Romano dicti aſſerebant, carnem hominis non à Deo, ſed à diabolo factam, ideoq; contemnendam: adeò quidem (vt Philaſtrio, & Aug. teſtibus) vltrò ſibi mortem conſciſcere non dubitarent, quò vel ſic tandem carne carere poſſent: aduerſus quam hęreſim ſic à Patribus Conc. Baccaren. cap. 1. decretorum definitum eſt, Siq. dicit creationem vniuerſę carnis non opificium eſſe Dei, ſed malorum Angelorum, Anath. ſit. Porrò ſi caro opus eſſet Diaboli, neutiquam Verbum caro factum eſſet. Philaſt. Aug.

PATERNIANI à Paterno quodam appellati, qui & Venuſtiani, (vt auct. eſt Aug lib. de hęreſ.) in eundem ferè errorem impegerunt cum Patricianis, niſi quòd non tantam hominis carnem, ut illi, ſed ſolùm inferiores partes humani corporis à Diabolo factas eſſe dicebant: quapropter omnium ex illis partibus (ait Aug.) flagitiorum licentiam ſibi tribuentes impuriſsimè viuebant, contra illud Ro. 8. neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos ipſos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Aug. de hæreſ.

PATROPASSIANI Sabelliani ſunt, qui Deum Patrem paſſum dicunt, aſſerentes vnam ſolam in Diuinis perſonam diuerſis nominibus appellatam: quòd diſtinguere neſciant (ait Euſ. hiſt. lib. 10. cap. 29.) inter perſonam & eſſentiā, ſiue ſubſiſtentem, & ſubſtantiam: cum tamen latum ſit inter illa diſcrimen. Eſſentia nanque eſt pluribus ſingularibus aliquid commune, quę totam eſſentiæ ſingularium perfectionem explicat: Perſona verò ſingulare quoddam mente, & ratione præditum à ſingulis eiuſdem naturæ perſonali perfectione diſtinctum. In Deo eſſentia quidem eſt ipſa deitatis natura, quæ totam diuinam dicit perfectionē: At perſona ſingulare quoddam, in quo deitas exiſtit ab alio ſingulari realiter non natura, ſed proprietate perſonali diſtinctum: quare non vna tantùm ſub diuerſis nominibus eſt in Trinitate perſona, ſicut eſſentia: ſed tres ſunt. ſ. Patris, & filij, & ſpiritusſancti perſonæ ſingulæ à ſingu-

ſingulis realiter diſtinctę. Emerſit autem hæc hærę́ſis Stephani papæ, & Galieni Imp. temp. an D. 260. Vide Alf. C ad. hęr.

PATTOLORINCHITAE à πάτταλος græcè, quod latinè palus dicitur, & ῥύγχος. i naſus, dicuntur; quòd veluti palum, vel digitum in modum pali labiis ſuperponerent, ſilentio adeò ſtudentes (inquit Aug de hæreſ.) vt non alię rei, quàm taciturnitati vacarent, vt id ſpal. 144 (pone D. cuſt ori meo &c.) obſeruarent, non percipientes, os à vaniloquio ob id quidem eſſe cuſtodiendum at non in perpetuam taciturnitatem obſtruendum: eſt enim tempus loquendi, ſicut & tacendi, inquit Eccl. 3.

PAVLVS Samoſatenus, à quo Paulianiſtæ, ſeu Pauliani hæretici dicti ſunt, ſyrus natione, Epiſcopus Antiochenus, homo multæ quidem arrogantiæ, ſed nullius propè ſapientiæ, Artemonis, & Ebionitarum hęreſim reuocauit, Felicis papæ, & Aureliani Cæſaris temp an. D. 273. Hic autem poſtquam à canone, & regula ſanæ doctrinæ digreſſus ad illegitima, & adulterina dogmata deſciuit morum improbatiſsimorũ vitam duxit; grauis, & moleſtus in publico magnifica de ſe ipſo prædicans, non vt Epiſcopus, ſed vt Sophiſta, & impoſtor, eò dementię venit, vt Pſalmis de Domino noſtro Ieſu Chriſto abrogatis, in media Eccleſia magno die Paſchę de ſeipſo muliercuIas laudes cantare inſtituerit, quas nemo ſine horrore audiebat: Quemadmodum etiam, vt de ſe pro concione ad populũ dicerent, ex finitimis agris, & oppidis per aſſentationem ſibi adulantes Epiſcopos, & presbyteros ſummiſit, atque diſpoſuit. Qui autem pſalmis, quos ipſe fecerat, impium hunc hominem in populo celebrabant, Angelum eum, & magiſtrum ad ſe è cęlo demiſſum canebant: quibus ſuperbiſsimus ille ſemper aderat, tantùm abeſt, vt prohiberet; ideò vt ſuperbię, & hęreſum dux meritò à catholica Eccleſia próſcriptus, non ſolùm fideli cleri ordine motus, ſed etiam Eccleſia eſt eiectus. Aduerſus quem Melchion Antiochenus validiſsimè iam diſputauerat, & Dionyſius Alexandrinus inſignem Epiſtolam

ſcripſerat.

ſcripſerat. At de his Niceph. lib. 6. cap. 27. fuerunt porrò qu hac etiam noſtra ætate Pauli Samoſateni reuocarunt hęreſim quos Samoſatenicos appellat Staphil. de Luteranorum inter ſe concordia, vt potè qui negant apud Ioannem, hanc vocem, ὁ λόγος, Perſonam S. Trinitatis ſignificare: ita ſentire (inquit) Matthiam Illyricum teſtatur ſchola Vuittembergen. Eſt etiā in ſileſię oppidulo zarij alius quidam Matthias palàm negans Trinitatem eſſe. & alij in alijs Bohemiæ oppidis in eam itidē ſunt debachati: alii, vt quidam in Priſsia vnitatem Dei negantes, tres Deos affirmant Resq; ad hoc furoris euaſit, ut S. Trinitatem tricipitem Cerberū vocitare non erubeſcant ex Staph.

Samoſatenici.

PAVPERES de Lugduno, qui & Valdenſes à Valdone quodam ciue Lugdunenſi eorum auctore ſunt dicti, emerſerunt Alexandri 3. papæ, & Friderici Imp. an. D. 1160. Hic Valdo (teſte Aenea Syluio de orig. Bohem. c. 35.) cum diues admodum eſſet opibus relictis, pauperibusq; erogatis Euangelicam paupertatem ſe ſeruaturum prætendebat, multos ſub hoc velamine impios errores adumbrans: Nam cum idiota eſſet quoſdam libros vulgari, ac materna lingua cum quibuſdam, ſanctorum dictis, ac teſtimoniis ſibi conſcribi fecit, quos non ſanè intelligens ſuo inflatus ſpiritu Apoſtoli officium prędicando vſurpauit. Cum itaque multos ſibi aggregaſſet diſcipulos, & aſſeclas, peſsimos errores diſſeminare cępit, Eccleſiæ prę́latos, & clerum aſpernando Monitus autem, cum obduratus in ſua perſiſteret opinione, veluti hęreticus, & contumax anathematis vinculo inodatus patria propulſus fuit. Huius autem ac ſuorum hęreſes damnatę fuerunt in Concilio generali Romę habito an. D. 1270.

Fides oli per doctos Pricipes, nunc per idiotas viles turbatur.

PELAGIVS (à quo Pelagiani hæretici, qui & cęleſtiani à Cęleſtio quodam monacho eiuſdem Pelagij coęuo, & aſſectatore ſunt appellati) profeſsione monachus, ſed diuinę gratiæ oppugnator acerrimus ex magna Britannia oriundus, cum in Syria Paleſtinæ monachatum induiſſet, & à quibuſdam catholicis ad Epiſcopale munus obeundum perductus eſſet, tan-

dem

dem in patria reuerſus ſuis erroribus vndique reſperſis, Britannicam inſulam infecit, Innocentij papę & Archadij Imp. temp. an. D. 405. At Germanus, & lupus Epiſcopi fratres cath. fidei egregij defenſores Britanniam inſulam à Pelagiana hęreſi repurgarunt. Porrò aduerſus Pelagium, contra quem grauiſsimè ſcripſit Auguſtinus, duo fuere celebrata concilia Carthag. primum 217 Epiſcoporum an. D. 424. & alterum Mileuitanum. Noui autem Pelagiani (teſte Staphilo) ſunt, qui dicunt, non eſſe in paruulis peccatum originale; ita Zuinglius in libello de baptiſmo contra Vrbanum regium: & quòd Numa, Cato, Scipio, & huiuſmodi pręſtantes viri ethnici, quamuis caruerint vera fide Chriſti venturi, ſaluos tamen factos eſſe virtute legis naturæ. Hęc Staphil. in Apolog. de Luteran. inter ſe concordia. Pelagiani noui.

PEPVZIANI, ſeu Pepuzitę (D. Auguſt. teſt. de hæreſ. cap. 27.) ab oppido quodam Pepuza nominato, ſunt appellati, qui & Montaniſtę, ſiue Phryges dicuntur, vt refertur. C. de hęret. quia Montanus ex eodem loco oriundus fuit: quod oppidum diuinum quippiam eſſe arbitrantes, Hieruſalem vocarunt; & quia ibidem ferunt, Chriſtum ſpecie fœmine fuiſſe reuelatum, tantam mulieribus tribuunt dignitatem, authoritatem, & principatum, ut inter cæteros errores mulieres ipſæ ſacerdotio quoque apud eos honorentur. Emerſerunt autem Soteri papę, & Commodi Imp. temp. an. D. 181. Hęc Gabr. pr.

PETILIANVS ſecta fuit Donatiſta D. Auguſtini conuiciator acerrimus, & veritatis cath oppugnator vehementiſsimus, contra quem etiannum extant aliquot D. Auguſtini opuſcula, vt de vnico Baptiſmo, & contra Epiſt. Petiliani libri tres. Vixit autem Innocentij papę, & Honoris, ac Theodoris Imp. an. D. 415. docens libello quodam de Baptiſmo, eos, qui ſe pro peccato interimunt, debere martyres nuncupari, quòd in ſe puniant, quod ſe dolent commiſiſſe: At quantus ſit hic error ex Iudę proditoris facto conuincitur, qui peccati dolore laqueo ſe ſuſpendens exiuit condemnatus. Ex Gabr pr.

PETRVS

PETRUS Dreſenſis Germanus natione, patria Miſnenſis, poſt inceptam Ioannis Huſſ dementiam, pauloq; progreſſam à ſuis cognitus, quòd Valdenſium lepra eſſet infectus patria pulſus eſt: indeq; fugiens Bragam Bohemię ciuitatem velut hæreticorum aſylum ſe contulit, vbi puerorum inſtruendorum curam ſuſcepit, ac ſubindè ſuo errore de neceſsitate cōmmunionis laicorum ſub vtraq; ſpecie totam penè Bohemiam infecit, Alexandri 5. papę, & Ruperti Cęſ. Germani temp. an. D. 1410. Hęc Aeneas Syluius de orig. Bohem. cap. 36. Aduerſus huiuſmodi hæreticos extat libellus doctiſs. de vtriuſque ſpeciei communione Hoſij Card. Ep. Varmien.

PETRUS de Bruis (à quo Petrobruſiani hæretici) Gallus natione, & prouincia Narbonenſis, in ea hæreſi, quam mente conceperat, de paruulis rationis expertibus non baptizandis, tam pertinax fuit, vt tandem apud oppidum D. Aegidij ob eā viuus exuſtus fuerit, vt refert Ven. Petrus Abb. Cluniacenſis eo libello, quem contra eius errores conſcripſit, idque Callixti 2. papæ, & Henrici 5. Cęſ. Germani temp. an. D. 1124.

PETRUS Gnaphęus, Antiochenus fuit Epiſcopus, vel potius Antiochenam ſedem inuaſit eiuſdem Eccleſię Epiſcopo nomine Martyrio adhuc vitam agente, cum anteà templi S. Baſſę martyris apud Chalcedonem Bithynię presbyter eſſet, idque Simplicij papæ, & Zenonis Cæſ. temp. an. D. 436. Hic duas perſonas Chriſto tribuens auſus eſt in angelico hymno, qui Triſagion à Græcis nuncupatur, quartam ſuperaddere vocem, dicens ſanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus, & immortalis ſanctus, qui crucifixus eſt: vt ſanctum fortem, quo nomine filius Dei deſignatur, alium faceret ab eo, qui crucifixus eſt. De cuius hęreſi in quinta ſynodo Conſtantinop. damnata. ſic ait Damaſcenus lib. 3. cap. 10 Hanc additionem in Triſagio ab inſano vanèq; ſentiente Petro Gnaphęo factam, diffinimus blaſphemam eſſe vt quartam inducentem perſonam, & ad partē ponentem Dei filium, Patris ſubſiſtentem virtutem: & ad partem eum, qui crucifixus eſt, vt alium exiſtentem, præter fortem

tem Deum, aut paſsibilem ſanctam Trinitatem glorificantem, & cum Filio Patrem & Spiritumſanctum crucifigentem. Aſſerebat enim Deum paſſum, vnde eius ſectatores Teopaſchitæ appellatur.

PETRVS Ioannis diœc. Biranenſis Ioachim Abb errores & ſecutus eſt, & docuit aliquot libris à ſe editis in Io. Apocal. & Matth. Euang. qui poſtea à ſacris doctoribus examinati ſum mi Pontificis authoritate in curia Romana ſolenni conuentu ſunt condemnati. Vixit autem Cęleſtini 3. papæ, & Henrici 6. Cęſ Germani temp. an. D. 1199. De cuius papę iuſſu, & mandato idem Petrus, cum in ſacro loco poſt mortem conditus eſſet, hęreticus omnium calculo, & ſententia declaratus exhumatus eſt, & eius oſſa rogo impoſita exuſta ſunt. eius hęreſes vide apud. Direct. Inquiſitorum p. 2.

PETRVS Abailardus, ſiue (vt alij volunt) Abelardus, Baliardus, vel adelbardus in Gallia ortus vixit Cęleſtini 2. papæ, & Conradi 3. Cęſ Germani temp. an. D. 1143. qui à D. Bernardo in diſputationem prouocatus vt de iuſtitia, & dogmate ſuo reſponderet, eum veritus Apoſtolicę ſedis audientiam appellauit, & ita effugiens haud multum poſt (vt quidam aiunt) Cabilone obijt; contra quem Anſelmus Cantuarien. Ep. epiſtolam ſcripſit, & D. Bernardus aduerſus eius hæreſes librum ad Innocentium papę ſcripſit. quas hæreſes F. Petrum Parganienum in tabella quadam operibus D. Tho. annexam recenſere, ipſumq; D. Tho. pluribus in locis eas refellere, ſcribit Gab. pr. ex quo hæc deſumpſimus.

PHARISAEI à voce (Phares) quæ ſegregatos ſignificat ſunt appellati: quibuſdam .n. conſtitutionibus humanis ſuper legem Moiſis vtebantur (nam doctiores reliquis erant) quibus à reliquo Populo erant ſegregati: fuit tamen minùs infirma horum doctrina, quàm ſaducęorum, & Eſſęorum, docentes immortalitatem poſt hanc vitam, quòd Deus vlciſci velit peccata. & Meſsiam in ſalutem credentium, ac peccatoribus iudicé eſſe venturum: commiſſa etiam his fuit Reſpublica Iudęorum

Q præ

præ alijs, quibus quoque potentiores erant. Porrò (inquit Philaſtrius) & ipſe iudaizabant, Euangelia non recipiebant, & quędam tempora Chriſto Domino contraria eſſe dicebant. Quàm verò fuerint hypocriſis fuco obuoluti, qui noſſe vult; Euangeliorum codicem; præcipuè 23. Matthæi caput legat, vbi Chriſtus graphicè ſuis illos coloribus depingit, & perſtringit, eorumq; hypocriſim detegit, ac maximè execratur.

PHILETVS vnus eorum fuit, quo D. Paulus ob hæreſim, & blaſphemiam in ſanam Chriſti, & Apoſtolorum doctrinam, ſatanę tradidit, ſub Petro Apoſt. & Domitio Nerone an. D. 56. tantæ poteſtatis erat Apoſtolus (inquit Aug.) vt recedentes à fide ſolo verbo traderet Diabolo; hic corporum futuram negans reſurrectionem, quæ de ea in s. ſcriptura legebantur, ad ſpiritualem reſurrectionem conebantur referre, iuxta quod à morte peccati aliqui reſurgunt, & euigilant. Vide Paulum 2. Tim. 2.

PHITONISSAE, vel (vt alij ſcribunt) Pytoniſſæ mulieres erant, quę ſe ſciſcitantibus per pudenda reſponſa dare videbatur, vndè Engaſtrimithæ græcè appellantur quod non per os, ſed per ventrem loqui videantur. vndè Ventriloquæ latinè dicuntur. A' quarum diuinatione hæreſis exorta eſt, quę Phitonica nuncupatur. Qua dicunt Phitoniſſam illam B Samuelis animam ab inferis excitaſſe: ſed quomodò (ait Philaſtrius) anima impia piam, ſanctamq; animam, & prophetam maximè poterat ab inferis excitare? ſed eò fit, quia ignorant, quod recedentes animæ à fide Chriſti, deditas iam ſe omni impietati faciunt, cum arbitrij ſui ſint, vt Deo permittente, ſi Dominus eſt Deus eorum, ſequantur eum; ſi Baal, ſequantur illum. Vndè Achab Rex Iſrael cum crederet ſedechię, & alijs falſis prophetis, verumque prophetam Domini Michæam contemneret, egreſſus ſpiritus immundus, ſtetit coram Domino d. Ego decipiam illum, ęgrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius: & ait Dominus, decipies, & præualebis, egredere, & fac ita. Ideoq; Apoſtolus ait, non magnum

eſt,

eſt, ſi etiam ſatanas transfiguret ſe in Angelum lucis, cum ipſius ſatellites transfigurantur quaſi in miniſtros iuſtitiæ, & ita decipiunt multos viſu, verbo, aut perſuaſione. Ex quibus ſic colligit Aug. de Doctrina Chriſtiana lib. 2. cap. 23. Omnes igitur artes huiuſmodi, vel nugatoriæ, vel noxiæ ſuperſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & Dęmonum, quaſi pacta infidelis, & doloſæ amicitię conſtituta penitùs ſunt repudianda, & fugienda Chriſtiano. 1. Reg. 18. 28. 2. Cor. 11.

PHOTINVS Pauli Samoſateni diſcipulus, & in errore ſucceſſor, natione Pannonius, vel (vt alij volunt) Galata (à quo poſtea eius ſectatores Photiniani, qui priùs Pauliniani ab eodem Paulo Samòſateno vocabantur, appellati ſunt) ſuam inſtituit hæreſim Iulij papę, & Conſtantij Cæſ. temp. an. D. 350. Nam cum ſermitanæ Eccleſiæ Ep. eſſet, & græca, latinaq; lingua admodum eruditus Ebionis, Sabellij, ac Pauliſamos. perfidiam fouit, ac tutatus eſt, Chriſtum nudum duntaxàt hominem, non etiam Deum eſſe blaterans, humanæq; ſcientiæ prę ſidio fretus concreditum ſibi Chriſti gregem in ſuam ſententiam pertrahere, & diuerſis, atque occultis cuniculis in catholicam domum irrepere tentabat. De quo eſt antiquorum patrum ſententia, quòd multa continentiæ, & ingenij bona vno ſuperbiæ malo perdiderat. Quare Photini hæreſis ac ſuorum in Conc. Sirmienſi ſub eiſdem Iulio papa, & Conſtantio Imp. coacto an. 364. damnata fuit, in quo patres tradiderunt regulas fidei orthodoxas, vt videre eſt hiſt. trip. lib. 5. cap. 3.

PICHARDI, Genus hęreticorum eſt, quod (teſte Hoſio) non apud orthodoxos modò, verùm & apud hęreticos ſummę ſemper fuit abominationi à Pichardo quodam ex Gallia Belgica oriundo ſic appellati, qui Adamitarum hęreſim in Bohemiam inuexit, Ioannis 23. papę, & Sigiſmundi Imp. temp. an. D. 1414. Hic (auct. Aenea Syl. de orig. Bohem. c. 41.) tranſmiſſo Rheno per Germaniam in Bohemiam venit, & pręſtigijs quibuſdam breui multam mulierum, ac virorum plebem ad ſe traxit, quos nudos incedere iubens, Adamitas vocauit, & occu-

pata inſula amne luſimitio cincta, filium Dei ſe dixit, & Adam vocari voluit: & cum quiſque libidine in aliquam mulierem exarderet, & ad eum adiens cum ea manu comprehenſa diceret, ſpiritus meus in hanc concaluit; reſpondebat. Creſcite, & mult. & ſic ſuo iuſſu connubia fiebant promiſcua. Verùm Zeſcha his auditis, quamuis ſceleratus, hoc tamen exhorrens in eos exercitum direxit, expugnataq; inſula omnes gladio deleuit. Hęc ex Syluio.

PNEVMATOMACHI ſpiritus ſancti oppugnatores dicuntur, à πνεῦμα græcè, latinè ſpiritus, & μάχοι.i. oppugnantes, exorti Liberij papę, & Cõſtantij Imp.an.D 359.ſpiritumſ. famulum, & miniſtrum, & Angelis paulò pręſtantiorem dicebant. Cuius hęreſis inuentores fuerunt Macedonius Conſtantinop. Marathonius Nicomedien. Eleuſius Cyzicenus, Sophronius Paphlago, & Euſtathius Sebaſtien. Epiſcopi, contra quos extat Epiſtola ſynodi Conſtantinop. ad Damaſum papæ, & occidentales Epiſcopos per orientales orthodoxos in maxima ciuitate Conſtantinopoli congregatos miſſa. vt habetur ex trip. hiſt.lib.9.cap. 14. Theodorito referente.

POENITENTIARII ſunt ſecta Molles confeſsioniſtę noſtrę ętatis, qui (teſte Staphylo) ſeptem craſsiſsimos errores immiſcuerunt doctrinę de pęnitentia. Illyricus ſic accuſat Vuittembergenſes, & Lipſenſes Theologos in ſuo ſcripto contra Euangelii corruptelas edito. an. 1559. in oppido Ienæ. ex Gabr.pr. De erroribus autem lib.2.

POLYGAMISTAE ſunt ex Anabaptiſtarum familia, qui (auctore Staphilo) docent licere vni viro plures eodem tempore habere vxores. Sic Io. Leiden rex Monaſtarienſium, & Luterus in edita concione de coniugio, vbi ait, ſi non vult vxor, veniat ancilla. vide Sleidanum. Ex Gab.pr.

PORPHYRIVS Athenienſis Philoſophus, natione ſiculus, nominis Chriſtiani perſecutor acerrimus à Porphyrione, Aue immunda, & in lege eam obrem edi prohibita, quòd ſerpentes, comedat, dicitur, origenis condiſcipulus apud Photinum

num

num magiſtrum. Vrbani papę, ac Alexandri Seueri Imp. temp. emergens an. D. 225. vſque ad tempora Probi Imp. vixit. Hic (teſte Nicephoro) plurimum ſtudij ad id contulit, ut in Chriſtianos inueheretur, & literas diuinas perindè, atque nihil eſſent reprehenderet, & aboleret; & mentionem inferens eorum, qui in eis elaborarunt, earumq; ſecretiorem ſenſum expoſuerunt, cum nihil argumenti haberet, quod contra noſtra dogmata criminando afferret, ad conuitia ſe conuertens, & enarratores eorum carpens, & inter eos Origenem, quem in tenera ętate viderat, proſcindere conatur. Quid n. ille more ſycophante in Chriſtianos non comminiſceretur, qui chriſtianiſmum abiurauit? Ex Niceph. lib. 5. c. 13. & lib. 10. cap. 36. lege lib. 4. Euſebij de præparatione Euang. & Ruffinum Aquilegienſem lib. 2. ad Apronianum, qui contra eum ſcripſerunt.

POSTELLANI à Vuilhelmo Poſtello Barentonio ducunt originem, qui diſciplinarum, linguarumq; propè omniũ exoticarum ad miraculum uſque doctiſsimus, inanes ex Rabinorum, & Thalmudiſtarum ſomniis inuexit nenias, quas adeò tetras, & abominandas cenſet P. Palladius, vt piis eas reuelare indignum ſit, quas an. 1550. de Trinitate mundi, corporis, & animarum, de Veneta virgine, de Chriſto intoxicato, de matrice mundi infanda in orbem euomuit; clauem abſconditorum à ſeculo ſcripſit, vbi ſe profitetur declaraturũ quę nec Apoſtoli, nec ipſa (inquit) eccleſia ad hanc diem portare potuit: in Elia Pandochęo vniuerſas omnis generis hominum ſectas per Chriſtũ ſomniat ſaluandas: Auctorem lib. quem ſcripſit de Natiuitate Mediatoris vltima, facit ſpiritumſ. Chriſtumq; in eo Euang. exponentem: iactat Angelũ Raziel varia ſibi myſteria reuelaſſe: ita phanaticos dementat Angelos, ille ſe ſe in Apoſtolum Chriſti mendaciter transformans. Hæc Lind. dub. dial. 2.

Vuilhelmus Poſtellusquas inanes nenias dementarit.

PRAXEAS Aſiaticus (auct. Philaſtrio) plures negabat in Trinitate perſonas, eundem Patrem & creaſſe omnia, & in cruce pependiſſe aſſerens: quòd (vt aiebat) communicata pluribus monarchia authoritatem principatus minuat: Huius argumen-

gumentis reſpondit Tertullianus, cuius in Praxeam liber extat. Ad hoc Praxeani dicuntur hęretici, quos D. Auguſtinus de hęreſ. ait vocari à pleriſque Sabelliani, eadem nimirum cum eis, & Hermogenianis ſentientes: non enim tantum plures ſunt ſectę, quàm vnius plura nomina. Emerſerunt autem Stephani papę, & Gallieni Cęſ. temp an. D. 260. Ex Gab. pr.

Iſti recenſentur qui dē fine auctore, attamē Huſſitas, Luteranos, ac alios plures habent patronos.

PRAEDESTINATI hæretici (teſte Sigiberto monacho in ſuis chron.) à ſua doctrina nomen ſortiuntur, aſſerentes piè viuentibus non prodeſſe bonorum operum laborem, ſi à Deo ad mortem ordinati fuiſſent, & impijs non obeſſe quæcunque ſcelera ab eis commiſſa, ſi illos ad vitam ęternam prædeſtinaſſet; quę aſſertio & bonos à bonis operibus agendis auocat, & malos ad mala prouocat. ideò à Conc. Trid ſub anathemate tales aſſertores reijciuntur. Exortos autem fuiſſe ait idē Sigibertus, Innocentij papæ, & Honorij Imp. temp. an. D. 414. Ex Gab pr.

PRAEMONSTRATENSIS apoſtata ſecta Antiluteranus docuit (inquit Hoſius lib. 1. de hæreſibus noſtri temp.) non eſſe Infernum, neque deſcendiſſe Chriſtum ad inferos, ſanctos Patriarchas, & Prophetas in inferno non fuiſſe, quin Chriſtum ipſum, quoniam, cum diceret, Deus Deus m. quare me derel. deſperare viſus eſt, hoc nomine condemnatum eſſe: potuit ne dici magis blaſphemium aliquid? Vnde ait Lindanus dub. dial. 2 meruit hoc pręmii, vt ſua cum impietale adeò ſit hominibus execrabilis, vt ne nomen quidem ſupereſſe voluerint; nuſquam n. me legere memini, inquit ille.

PRISCA, ſiue Priſcilla. vide ſuprà, Maximilla, & Montanus. Has falſas dixerunt Hebręi maleficis artibus eruditas per Necromantiam, & Phytonicum ſpiritum diuinare, vt ſuprà Phytoniſſæ. Veteres verò eas cum pręceptore ſuo Montano ſuſpendio interiiſſe narrant.

PRISCILLIANVS, à quo Priſcillianiſtę hęretici, Hiſpanus fuit natione, & Abilæ ciuitatis in vlteriore Hiſpania ſitæ Epiſcopus: qui (auctore Iſidoro) ex errore. Gnoſticorum,

&

& Manichæorum dogma componens, & (auct. Auguſtino) ex omnium hęreticorum ſentina hæreſes hauriens Eccleſiam perturbauit, Siricij papę, & Valentiniani 2. Cæſ. an. D. 388. & vt nihil de ſua doctrina panderetur, docebat ſuos ad eius occultationem periurare eſſe licitum, illam ſemper in ore verſando ſententiam. Iura, periura, ſecretum prodere noli. At Conc. Braccaren. c. 9. decretorum contra eum ſic definit. Siquis animas, & corpora humana fatali ſigno credit aſtringi, ſicut Priſcillianus Anath. & c. 10. ſi qui duodecim ſigna, quę Mathematici obſeruare ſolent, per ſingula animę, vel corporis diſsipata credunt, & nominibus Patriarcharum aſcripta dicunt, ſicut Priſcillianus, Anath. cęterę eius hęreſes in hoc eodem, & in prima ſynodo Toletana auctoritate Leonis papæ dãnatę ſunt. Ipſe verò à ſanctis Damaſo, & Ambroſio Romæ repudiatus fuit; & in Galliis à S. Martino, alijsq; Epiſcopis hęreticus iudicatus. Vbi autem ſe damnatum intellexit, Imperatorem maximum appellat, à quo auditus, & epiſcopatu pulſus Treueris ab Euodio præfecto perimitur, edicente Imperatore, vt huius ſectę complices in Hiſpania perimerentur. vide plura apud Vicentium Lirenenſem.

PROCLIANITAE (qui & Prodianitę, ſeu Hermiotitę à Philaſtrio dicuntur) ſunt natione Galatæ, Seleuci, & Hermię hęreticorum diſcipuli, qui emerſerunt Damaſi papę, & Valentis Imp. temp. an. D. 382. Nullum dicunt futurum iudicium, hac occaſione putat Philaſtrius; ſatana inſtigante, quòd minus propter ſuum vitium pęnam infligendam crederent. Aſſerunt inſuper pręter eos errores, quos à Seleuco, & Hermia didicerunt, per quatuor animalia, quę ab Ezechiele deſcribuntur, quatuor Euangeliſtas ſignificantia, per Leonem, Regem paſtorum (quem fingunt) ſignificari: per Vitulum, Regem Aegyptiorum: per Aquilam, Regem Romanorum: per Hominem, Piiſsimorum ſimilitudinem. Cõmorantur in locis Galatię, vbi plurimas, vt vulpes latitantes deprędantur. Hæc ex Philaſt.

PROCOPIVS Thaboritarum in Bohemia hęreticorum dux

dux fuit, & Ioannis Rocheſanę cognomento Raſi defenſor acerrimus: Bohemorumq́; ad Concil. Baſilienſe legatus in ſpiritualibus eorum patronus, cum à Concilio recedere ſtatuiſſet, re infecta pro qua venerat in omnium Patrum pręſentia pro eiſdem Bohemis ibidem exiſtentibus ſic ſuperbè, & arroganter locutus eſt: communionem Calicis habere, & tenere pro laicis intendimus: tantis .n. ſceleribus nobilitatus erat, vt in omnium ore vir omnium impietate, ac inhumanitate inſignis haberetur. Idque Io. 23. papæ. & Sigiſmundi Imp. temp. an. D. 1411. ex Aenea Syluio lib. de Orig. Bohemorum.

PROCVLVS, qui & Proclus, Montani, & Cataphrygum ſectator, & protector fuit, Zepherini papę, & Seueri Imp temp. an. D 207. contra quem (eodem papa pręſente) Caius vir diſertiſsimus diſputans, eum euicit, vt refert Euſeb. Cæſ. hiſt. Eccle. lib. 9. cap 18.

PSALLIANI ſunt hi, quos ſupra Enthuſiaſtas, Euchitas, ſiue Maſſalianos nominauimus; qui emerſerunt Liberij papæ, & Iouiniani Imp. temp an. D. 367. ab orando ex lingua ſyriaca deducto vocabolo Pſalliani appellantur, quaſi ſedulò, atque continuè orantes; tantum enim orant (vt Epiph. hær. 18. & Aug. hęr. 57. teſtantur) vt incredibile videatur, quomodo nulla ab orando intermittant tempora, adeò quidem, vt hinc iudicentur inter hęreticos nominandi Docemur vtique à Christo (inquit Hoſius) quòd oportet ſemper orare, & non deficere; monemur & à Paulo, vt ſine intermiſsione oremus: quę ita accipienda putarunt Pſalliani, vt nullum tempus à vocali oratione vacuum eſſe velint. Cæterùm quis eſt, qui poſsit ita ſemper orare, & ſine intermiſsione pręcibus inſiſtere, vt nec alimentum ſumendi, aut dormiendi tempus habeat? quare Auguſtinus, quem ſequitur Anſelmus, ſic hęc accipienda putat, ut nullo die intermitterentur certa orandi tempora, quę ſi quotidie quiſque obſeruaſſet, iam ſine intermiſsione orare diceretur, certas orandi horas conſtituit pia mater Eccleſia noſtrę & cibi, & ſomni, & corporis curę proſpiciens indigentię, quas canonicas

Orare ſine intermiſſione, eſt nullum diē ad orādum ordinatū intermittere. Aug. hær. 57. Anſelmus in ep. Pauli.

nonicas vocant: has, qui diligenter obſeruat, eum ſemper orare, & nunquam deficere interpretatur ven. Beda, & vt cum propheta dicere poſsit: Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo: neque tamen ex traditione magis eccleſiaſtica, quàm è ſcripturis ſacris authoritatem habere videtur iſta certis temporibus orandi conſuetudo, quemadmodum oſtendere conati ſunt Cyprianus, Baſilius, Hieronymus, ac alij, ad quos lectorem remitto; Nam exactiùs hæc omnia perſequi non eſt pręſentis inſtituti. Hactenus ex Hoſio. vide prelibatos Cypr. in oratione D. Baſ. in ſer. Aſcetico c. 33. Hier. ad Euſtachium, & in 6. Daniel.

PSEVDOAPOSTOLI ſunt hi, qui pręceptorem Satanam ſecuti fuco pietatis, impietatis venenum inſerunt; Chriſtumq́; authorem pretexunt cùm ſatanę rem agant, vel cùm more Diaboli ſpeciem ſumunt bonorum, & lucidorum Angelorum, vt decipiant: vel cùm tenebras ſuas ſuis coloribus ſic ornant, vt à luce diſtare nihil videantur. Vnde Paulus 2. Cor. 11. Eiuſmodi Pſeudoapoſtoli ſunt (inquit) operarii ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti: & non mirum: ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in Angelum lucis: non eſt ergo magnũ, ſi miniſtri eius transfigurentur, velùt miniſtri iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. Exorti ſunt autem cum eorum duce Gerardo Sagarello de Parma (qui in eo errore deprehenſus, indeq́; damnatus combuſtus fuit) ſub Bonifacio 8. papa, & Adolfo Cæſ. Germano. an. D. 1296. quorum hæreſes vide in 2. huius op. lib. ex Gab. pr.

PTOLEMEVS Valentini hæreticæ prauitatis, & perfidię ſucceſſor, vanam quandam, ac pernicioſam doctrinam eructans, & nouam numerorum fallaciam prædicans, multorum animas ignorantium (teſte Philaſtrio) captiuauit, ſub Higino papa, & M. Antonio Imp. an. D. 150. docebat. n. quatuor eſſe Aeonas. i. ſæcula: & alios item quatuor, quę ſunt eſto: cùm Valentinus triginta eſſe priùs dixiſſet. ex Gab. pr.

PVBLICANI quidam hæretici in Francia exorti ſunt

ſub Gregorio 10.& Rodolfo Cęſ.Germano,ac Philippo 3.Francorum rege ann. D. 1274. nec Paruulos baptizandos, nec pro mortuis orandum, nec à ſanctis ſuffragia expetenda dicebant. ex Gabr.pr.

PVTEORITAE (auctore Philaſtrio) erant hęretici, vel potius idololatrę apud Iudęos, qui puteos colebant, eos in altum fodientes, indeq; aquam haurientes, quam ſalutarem appellabant, in ea quippiam ſalutis ſperantes: cùm contrà de eis conqueratur Dominus, dicens; me derelinquerunt fontem aquę viuę, & foderunt ſibi lacus detritos, qui non poſſunt capere aquam ſalutarem. Hierem.cap.12. ex Gab. pr.

QVADRISACRAMENTALES ſunt ex noſtri temporis Mollium Confeſsioniſtarum ſecta, qui (auct.Staphilo) recipiunt quatuor tantùm ſacramenta; Baptiſmum, Cœnam D.Abſolutionem, & ſacerdotium. Ita ex locis commu.Philippi Melancton tenetur in Vuittẽbergẽſi deſtrictu.Hęc Staph.

QVATVORDECIMANI ſunt hi, qui aliàs Paſchatitę, ſeu Teſſareſdecatitę nuncupantur, qui cum Iudęis, non Dominico die, vt ab Eccleſia decretum eſt,myſterium Paſchę peragunt, & alia quędam ex illegitimis, & ab Eccleſia reiectis libris decerpta ſeruant, ac nominibus quorundam magnorum Apoſtolorum ea in re abutuntur. Hi inter alios fuere Sabbatiani, Nouatiani, & Montaniſtę. vt ſuis locis videre eſt. Porrò de Paſchatis obſeruatione Hoſius lib. de cęrem. à tempore ſumptis cap.91. inquit, Decretum fuit à 318. Patribus, qui tùm Niceæ conuenerant, vt vno eodemq; die ſanctiſsimi Paſchatis ferię peragerentur, vtq; orientis Eccleſiæ, quæ à Romana, & cęteris Occidentis Eccleſijs diſsidere viſę ſunt, eundem, quem hæ,diem obſeruarent: idque duplici de cauſa Eccleſiaſticę hiſt. ſcriptoribus memorię proditũ eſt: primùm,quòd minimè fas eſſet Chriſtianis Iudęorum ſequi conſuetudinem, qui poſtea-

Paſchatis celebrãdi vno eodẽque die duplex cauſa. Euſ.l.3. de vita Cõſtantini.

quam conſceleratas manus ſuas nepharia Chriſti cęde contaminarunt, tanta ſunt animorum cęcitate percuſsi, vt videntes non videant, audientes non audiant, neque quod rectum, quod ſalubre eſt, intelligant. Deindè quod graue, & indecorum eſſe putaretur: quandoquidem vnum corpus, vnus ſpiritus ſumus omnes, vna vocationis noſtræ ſpes, vnus Dominus noſter, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium; non vno eodemq; tempore anniuerſarium redemptionis noſtrę diem ab omnibus, & ſingulis eiuſdem corporis membris celebrari. Vnde Epiphanio Epiph. hær. 51. tam graue viſum eſt (inquit Hoſius) in hac obſeruatione diei Paſchatis à more cæterarum orbis Eccleſiarum alias diſcrepare, vt non dubitauerit in albũ hęreticorum eos referre, qui quarta decima luna Paſcha celebraſſent: quos quidem Quartadecimanos vocat. vide plura apud Hoſium, & Niceph. Eccl.hiſt.lib.12.c.32.

QVINTIANVS Arrianæ perfidiæ defenſor acerrimus, & in Aſclepę Nicenę fidei validiſsimi, atque conſtantiſsimi aſſertoris, Gazęorum Pontificis (qui ab Arrianis Epiſcopatu, & vrbe eam obrem expulſus fuerat) locum ab eiſdem ſuffectus fuit, Iulij papę, & Conſtantii Imp.temp.an.D.342. Hęc Gab.pr.

QVINTINVS, à quo Quintiniſtę hæretici, ſartor quidam fuit natione Picardus, è ſchola noſtræ tempeſtatis Euangelicorum prodiens: qui in Britannia, & Hollandia varias ſectas ſparſit cum quodam lupino inſulano, eamq; potiſsimùm, quę Libertinorum vocatur, à libertate quam prędicant Euangelica, id ſub Clemente 7. & Carolo 5.Imp.an.D.1525. Quomodo Quintiniſtis vitium virtus, & virtus vitium fuerit, vide ſuprà: Libertini. Quintinus porrò ſcripturas s. irridendo vnumquenque Apoſtolorum aliquo notauit ſchomatę Paulum vocans vas fractum; Petrum Chriſti abnegatorem, Ioannem iuuenẽ ſtolidum, Matthęum fęneratorẽ. Vide Lind.dub.dial.2.

QVINTILLIANI (authore Aug. de hęr. ad quod vult deum) à Quintilla vna ex Montani Prophetiſsis, ſunt appellati, quòd in ciuitate Pepuza (ut ſup. in Pepuzitis) Chriſtum in

ſpecie fęmine, quales Priſcilla, Maximilla, & Quintilla extiterunt, reuelatum fuiſſe aſſerant, conficiunt & ipſi de ſanguine infantis, vt cataphrigę, à quibus perhibentur exorti. Vide Epiphanium contra hęr.cataphr.hęr.48.

RANATITAE erant, qui apud Iudæos, & Aegyptios quondàm ranas colebant, quas ſub Pharaone diuina vltione Aegyptiaca tellus emanauit, vt eorum infeſtatione, & putore Aegyptij defaticarentur. inq; eo ſcelere illi adhuc perſeuerant, putantes Dei irã ex hac vana obſeruantia placari poſſe. Hęc Philaſter.

RAYMVNDVS Lullius philoſophus, ac Theologus genere Catalanus, & ex Maiorica ciuitate oriundus (auth F. Bernardo Iutzemb.) multa edidit opuſcula hæreſeos crimine undequaque referta, inter cætera libellum de Dæmonum inuocatione, & alia vulgari ſermone catalanico ſcripta: quam doctrinam haud dubium eſt, eum habuiſſe à Diabolo, licèt ille aſſerat in quodam monte à Chriſto ſibi apparente in ſpecie crucifixi illam didiciſſe. Quę omnia Petrus Terracenſis, & Nicolaus Emericus ord pręd. ſententia ſua condemnarunt: in quibus voluminibus pluſquam quingenti errores ſunt reperti: nihilominus iactitat ſibi hanc artem Chriſtum contuliſſe pro ſęculi huius tenebris illuſtrandis, quę eſt ad omnem ſcientiam parandam, naturalem, medicam, & ad iura ſtatuenda methodus generalis, & ad quoſuis euertendos, deſtruendosq; errores. Eſt. n. hęreticorum proprium, ſibi Deum ſępe imaginaliter fingere, quem intueri ſpiritualiter nequeunt. porrò Direct. Inq. p. 2. quęſt. 9. ſic habetur. papa Gregorius 11. in Conciſtorio etiam de conſilio fratrum interdixit, & condemnauit doctrinam cuiuſdam Raymundi Lull. Catalani mercatoris de ciuitate Maioricorum oriundi, laici, Phantaſtici, imperiti, qui quamplures lib. ediderat in vulgari catalonico, quia grammaticam

Commentum hæreticorum.

ignora-

ignorabat. quo in loco ex quingentis erroribus centum recenſentur. Floruit autem ſub interregno Imperatorum Romanorum poſt cęſum Guilhelmũ Hollandię comitem Cęſarem Germanum 27. temp Alexandri 4. papæ an. D. 1260.

RHETORII, ſeu Rhetoriani à Rhetorio quodam exorti in Aegypto, & Alexandria, inquit Philaſter, ſed quo tempore non dicit, cunctas laudabant hęreſes, ex his neminem errare, ſed omnes bene ſentire aſſeuerantes: quę aſſertio adeò rationi oppugnat, vt Auguſtino de hær. cap. 72. impoſsibile, ut quis ſuæ mentis compos hoc ſentire poſsit: cùm. n. plures ſint hæreſes ex diametro pugnantes, minimè fieri poteſt, vt unaquæque illarum credatur vera, non certè probaliori ratione, quàm ſi quis credat duo contradictoria ſimul vera exiſtere. Philaſtrius. Hæreſes omnes approbare rationi prorſùs diſſentaneũ eſt.

RHVTENI, quos appellare Roſanos ſtrabo videtur, Lituanis contermini ſunt, Gens Barbara, incompta, & quę nunquam Ro. Eccleſiæ obediens fuit. imò ex omni gente Chriſtianum titulum pręferente indefenſionem ſui erroris ſchiſmatici nulla pertinacior gente Rhutenica, nec s. Patres latinos, nec Concilia generalia, nec Eccleſiam Ro. nec papam, nec Petrum, nec excommunicationem, nec purgatorium, nec ſacramentum confirmationis, nec extremę vnctionis admittunt: quare ſemper ab Eccleſię cath. vnione pręciſi exiſtunt. vide Io. Sacraniũ in tractatu, quem Elucidarium errorum, & rituum Rhutenenſium inſcripſit.

REIVDAIZANTES ſunt Iudæi, qui Chriſtiani effecti in Iudaiſmum poſtea relabuntur (qualis ſabbatius, de quo infrà) rursùm (vt inquit Paulus) crucifigentes ſibimetipſis filium Dei. & oſtentui habentes, impoſsibile eſt rursùs renouari ad pęnitentiam. i. per innouationem ſacri baptiſmatis à peccatorum ſordibus iterum ablui, & purificari. De eorum verò temporali pęna refertur de conſecr. diſt. 4. c. Pleriq;. Reiudaizantes porrò his dignoſcuntur ſignis: Chriſtianas Eccleſias rarò ingrediuntur; frequentiùs Iudæorum conuentus, & conſortia

adeunt:

adeunt; carnes porcinas non edunt: Domi ſuæ clàm pro diebus Dominicis ſabbata colunt, ac reliqua legalia Chriſtianis prohibita in occulto obſeruant. ex Gab. pr.

ROGATIANI ſunt ex Donatiſtarum familia à Rogato quodam appellati, de quibus Aug. Epiſt. 45. Hi cum Donato Aphricano dicentes filium Patre minorem, & eo ſpiritum ſanctum, rebaptizabant ſi quos ſeduxiſſent homines, vt qui ſupra baptiſmum Eccleſiæ cath. ſuum eſſe maioris vis, & efficaciæ inſanientes promitterent. Dicebant n. in ſola Donati & ſuorum ſectatorum parte eſſe veram Eccleſiam: quia & ſi ex parte catholicorum, eorum. ſ. qui Cæciliano fauebant Donato aduerſanti, aliqui viri probi eſſent, ex communione tamen improborum vitiari, hacq; de cauſa Eccleſiam in eis deperire, ac labefactari aſſerebant. Aug.

RYSVICANI à quodam præſtigiatore Hermano Ryſuich ſunt nominati, quem ob impietatem Haga ignibus aſſumpſit, an. D. 1510. cuius ſtolones nunc per Friſiam pululant, inquit Lindanus, ſunt in Euangeliorum noſtræ ætatis familia, eorum ſ. qui veri Athei, atque impij per ſuam improbitatem, perfidiam, & malitiam eſſe noſcuntur, nimirùm qui nec Chriſtum, nec Deum, nec denique Diabolum, nec Cœlum, nec Infernum eſſe profitentur. Hæc Lind. dub. dial. 2.

SABBAS Maſſalianorum, ſeu Enthuſiaſtarum factionis cum Dodae, Adelphio, Herma, & Simeone princeps fuit (de quibus ſuis locis) exortus Liberij papę, & Valentiniani Imp. temp. an. D. 368. Gab. pr.

Sabbatiꝰ ex Iudæo Chriſtianus, & p-indè Iudæochriſtianus, de cuius culpa, ac pęna. ſup: Reiudaizantes.

SABBATIVS, à quo Sabbatiani hæretici ex Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum conuerſus, & presbyter ordinatus, ſectæ iudaicę nihilominus inſeruiebat: eoq; ſcelere Epiſcopatũ ambiens tandem obtinuit, nouitatem interim feſti Paſchatis ſub Valente Imp. conſtitutam in Vico Phrygie Pazo defendere totis nitens viribus. Vndè

dè eius ordinator Martianus exindè ſabbati errorem, & ordinationis ſuę temerariæ culpam agnoſcens pęnitentia motus cum gemitu dictitabat: meliùs ſibi fuiſſe ſuper ſpinas manus impoſuiſſe, quàm Sabbatium ordinaſſe presbyterum. Viguit autem ſub Siricio papa, & Archadio Cæſ. an. D. 399. Hæc Gab. pr. cętera vide apud Niceph. lib. 12. c 31.

SABBATARII ſunt ſecta Anabaptiſtæ, qui (auct. Staphil.) Sabbatum more Iudæorum colunt, diem Dominicam aſpernantes: ſolumq; Patrem inuocant, filium, & ſpiritumſ. negligentes: contra ſabbatarios librum edidit Luterus, vt ſectę ſe inuicem ſecentur. ſecta contra ſectã.

SABELLIVS Pentapolitanus ex Ptolemaide Aegypti ciuitate oriundus, Noeti (vt ait Philaſter) diſcipulus (à quo Sabelliani hæretici, & ſub cuius nomine eorum hæreſis notior eſt, quàm ſub Noeti appellatione, emerſit Stephani papę, & Gallieni Imp. temp. an. D. 260. De cuius impietate ſic exclamat Lirinenſis: quis antè ſacrilegum Arrium Trinitatis vnitatem diſcindere, quis antè ſceleratum Sabellium vnitatis Trinitatem confundere auſus eſt? Damnatur hęc hæreſis in Sirmienſi Conc. & Alexandrina ſynodo, teſte Niceph.

SABINVS Heracleæ Thraciæ Macedoniorum Ep. Liberij papæ, & Conſtantij Imp. an. D. 359. Chriſtianos omnes, qui in Nicęna ſyn. ab Arrio defecerant idiotas appellabat, & ignauos, eosq; ingenij infirmitate potiùs, quàm fidei integritate tuendæ cauſa lapſos aſſerebat. Hęc Gab. pr.

SACRAMENTARII ſecta Antiluterani ad tertiam noſtri temp. Euangelicorum claſſem pertinent à Carolſtadio originem trahentes: quorum doctrina tàm fuit vel à ſui exordio variè diſſecta, vt intra biennium in ſectas ſeptem fuerit diſsipata, vt etiam legitur Luteri ſerm. ſuper ſacramento Haganoę habito ann. 1527. immò infinita penè eſt hac in parte (aiunt Bremenſes concionatores ad Vueſtphalum confeſſ. de ſ. Euch.) opinionum apud eos varietas: vndè & varia ſortiuntur nomina. Alii nanque dicuntur ſignificatiui, alij Tropiſtę, alij

alij Energici, alij Arrabonarij, alij Adeſſenarij, alij Metamorphiſtæ, alij Iſcariotiſtæ, alij Neutrales, alij Iconoclaſtæ; & alij aliis itidem authorum nominibus, vt Oecolampadiani, Martyriani, Bucerani, Faraliſtę, Caluiniſtę, Bezani, & Seruiani; qui omnes nunc per Galliam Hugoniſtę vno, vulgatoq; nomine appellantur. De quibus ſuis locis. Quo tempore verò iſti ſacramentarii in Galliam irruperint in cronicis ſic habetur. an. 1533. die 18. Octobris ſub Franciſco Francorum Rege ſacramentorum ſecta in Gallia innoteſcit, ſparſis, affixiſq;, & in aula regia Pariſijs, & alijs vrbis locis paſsim libellis famoſis, qui ſacroſ. Euchariſtiæ honorem, reuerentiamq; eleuarent: eadem labes aliquot etiam aliis Gallię locis deprehenſa eſt, & menſe Ianuario rursùm Lutetię in Palatio regio foro cauſarum paſsim inuenti ſunt libelli ea de re conſcripti. Proindè Rex vehementer commotus quanta maxima potuit religione, atque cęremonia indictis ſolemnibus ſupplicationibus ſcelus hoc expiauit, pedes ipſe aperto capite piacularem facem ardentem geſtans, ponè ſequentibus regina Leonora, regiiſque Liberis, & Aulę Primoribus omniq; populo: Qui & concione pomeridiana omnes ad exterminandam eam hęreſim nulla ratione aut generis, aut amicitię habita hortatus eſt, teſtatus etiam ſe uel ſuum ſibi brachium reciſurum, ſi ea contagione infectum putaret. ſontes deprehenſos viuos exuri iuſsit. Hæc ex chron.

quo temp. in Galliā irruperint

quo zelo Frāciſcus Rex ſcel^9 ſacramentariorum expiare conatur.

SADDVCAEORVM hæreſis vna eſt, quas inter Iudęos quondam viguiſſe recenſet Egeſippus quinque de profeſſ. Euangel. libris: qui à Saddich, quod iuſtum ſignificat (ſecundum aliquos) nomen trahentes iuſtos ſe nominari volebant: more hęreticorum, qui quò peiores ſunt, eò vocabula honeſtiora ſuis cupiditatibus prætexunt. Hoc tamen Philaſtrius à Saddoc homine Iudæo, qui Doſithei itidem Iudæi genere, & hæretici in ſua hęreſi diſcipulus fuit, dicit appellatos. Docuerunt autem nullam vitam à morte ſupereſſe, nec reſurrectionem, nec ſpiritum, nec futurum iudicium credunt: ſed ſolùm ſecundum

hæreticorum eſt ſe iuſtitię nomine honeſtari.

carnem

carnem prædicant eſſe viuendum, circuncidendum, corpusq; baptizandum. Legem.n.in hoc tuliſſe Deum arbitrantur, ut honeſtè, & tranquillè viuamus, accipientes interim in hac vita iuſtitię præmia à Deo: ex quo eos Epicureos prorsùs fuiſſe manifeſtum eſt. De quibus pluries in Euangelijs fit mentio, contra hanc hæreſim docente Chriſto: idq; præcipuè Matth.22. Sadducæi fuere Epicurei.

SAMARITANI à Samario eorum rege ſunt nuncupati, ſiue (vt alij volunt) à Samaręo filio Chanaam filij Cham, qui verenda patris ſui detexit. Hi autem in eadem ferè ſunt dementia, qua Sadducęi Animam immortalem habere hominem inficiantur: ſolùm in hoc corpore viuendum putantes, reſurrectionem futuram in filiorum procreatione, & genitura, quę in hoc ſeculo fit quotidiè, exiſtimant: eamq; prædicant vanitatem, inſenſatis pecudibus comparati, quemadmodum à Propheta ſcriptum eſt Homo cum honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Ex Philaſtrio.

SAMPSAEI, & Elceſęi idem ſunt Epiphanio, qui eorum recenſens hęreſes Ebionitis coniungit, tanquam vna ſit vtrorumque hæreſis. Emerſerunt autem Victoris papę, & Seueri Imp.temp. an.D.195.exGabr.pr.

SANGVINARII ſunt ex Antiluteranorum ſecta ad tertiam noſtri ſeculi Euangelicorum claſſem pertinentes: qui (teſte Lind dub.dial.2.) humano poto ſanguine, more Catilinario, ad ſua ſe ſe ſacrilegia, & homicidia obſtringunt. Talem Anabaptiſtarum ſectam eſſe Antuerpiæ non ignotam narrant quidam fide digni. Lind.

SARRABAITAE monachorum genus quondam fuit in Aegypto teterrimũ & infidele, & (vt aſſerit Peamon Abbas 18. Patrum collatione) in vera hypocriſi degens: noxia vtique illa in eis plantatione, quę in Anania & Saphira in exordio Eccleſię per Ap. Petri zelum ſuccisa fuerat, repullulante: ab his.n. Aegyptiacæ linguę proprietate, ſecundum Bedam, Sarrabaitarum familia exorta eſt, qui rebus, & poſſeſsionibus ſuis ne- Sarrabaitæ à quib. exortu.

S qua-

quaquàm dereliċtis Apoſtolorum diſtriċtionem ſe cuſtodire ſimulabant, Sarrabaitæ (ait Aug. ſerm. 12. ad Fratres in Eremo) in Aegypto erant in foraminibus petrarum habitantes, induti pecorum pellibus, cinċtis funibus palmarum, ſpinas ad calcaria portantes, & ad cingulum ligatas: diſcalciati, & ſanguine cruentati, cauernas exeuntes, ad feſtum Scenophegię Hieroſolymam pergebant, & Sanċtaſanċtorum intrantes ſe paupertatem, & abſtinentiam ſeruare prędicabant: barbas poſtmodum in conſpeċtu hominum ſine redemptione feſtinabant euellere: & ſic acquiſita fama ad luſtra remeabant ſalutaria, gaudentes, & epulantes ſuprà quàm explicare poſſumus. Hos itaq; nolite imitari, quia non beatos, ſed damnatos eſſe prædicamus. Hæc D. Aug.

Aug. de ſarrab. uiuendi ratione.

SATANISTAE, vel Satanici aduerſarij latinè dicuntur: nam Hębreis Satan aduerſarius dicitur, iuxta quod Chriſtus Petro intulit, ſibi ne pateretur, aduerſanti, vade poſt me Satana. Quod ignorentes quidam ex Maſsimilianis, vel Martyrianis (auċt. Epiphanio lib. 3. contra hær. hęr. 80.) Satanę ſacra fecerunt, quò eum velut magnum, & fortem, & qui multa mala hominibus inferat, hac re placarent, vt ipſis, vel ſuis parceret. ex qua impietate ſe Satanicos cognominarunt: idq; Liberij papę, & Iouiniani Imp. temp. an. D. 368. Hac verò noſtra tempeſtate, & ſataniſtę dici poſſunt, qui traditionem Apoſtolicam ex contemptu admittunt. Aduerſari ſiquidem ei (inquit Hoſius) quod eſt ab Apoſtolis traditum, & vnanimiter ab omnibus per orbem Chriſtianum in Eccleſia Dei totis mille quingentis annis ſemper obſeruatum, quid eſt aliud, quàm Satanā agere: cuius non aliud eſt ſtudium, quàm vt ob hoc ipſum pleraq; reijciat, quòd ea videt tanto Chriſtianorum omnium conſenſu obſeruari? Sataniſmus porrò (teſte eodem Hoſio) nunc per Germaniam, Galliam, Britanniam, & Flandriam regnans ex quatuor proceſsit capitibus, quę in ſuo libello Brentius aſſerit, ex arrogata ſibi vnicuique de religione doċtrina, ex pro ſingulorum arbitratu ſcripturarum s. interpretamento, ex

Sataniſtæ huius ſeculi.

Sataniſmus ex 4. capitibus

tradi-

traditionem ſanctorum Patrum prorsùs reiectione, & ex ſimulata quadam inuiſibili Eccleſia, ut cuiq; cętui liberum ſit nomen Eccleſiæ ſibi vendicare. Vide Hoſium lib. 4. de tradit. Eccleſiaſt. & lib. 1. de hær. noſtri temp.

SATVRNINVS Antiochenus patria, à quo Saturniani hęretici, doctrinæ ſuę mortiferę fomenta (auct. Philaſtrio) à Simone mago, & eiuſdem diſcipulo Menandro, qui Apoſtolorum temporibus viguerunt, accepit: turpitudinemq; Simoniacam in ſyria inſtaurauit, atque confirmauit, Chriſti Euangelium mirandis modis dilanians, quemadmodum aduerſus Luciferianos teſtis eſt D. Hieronymus, dum prodigioſa fabularum figmenta comminiſcitur: idq; Euraſti papæ, & Traiani Imp. temp. an. D. 118. Ex Gab. pr. vide Euſeb. lib. 4. cap. 6.

SCRIPTVRARII ſunt ſecta Antiluterani ad tertiam Euangelicorum noſtri temporis claſſem pertinentes. Hi (teſte Lind. dub. dial. 2.) à diuinæ ſcripturæ profeſsione, quam pollicentur, & extra quam nullus antiquorum Patrum lucubrationes ſuſcipiunt, appellantur; ſicuti per Vuaterlandiam ſe ſe Paulinos dictitant, à D. Pauli ſtudio. Ita. n. vt quondàm Arrianos, hos in errores adducit Satan, dum ſolùm ſ. admittunt ſcripturam, eius interpretes doctos, & ſanctos reijcientes: & (ſicut ait Ambroſius) per verba legis legem impugnant, dum proprium ſenſum verbis legis adſtruunt: quo ſuę mentis prauitatem legis auctoritate commendent, contra quós catholici traditiones Patrum, Eccleſięq; ſenſum, & conſenſum opponunt, ſcripturas canonicas iuxta catholici Dogmatis regulas interpretantes. Ex Hoſio lib. 2. de legit. iud. rerum Eccleſ.

Arriani, ut nunc ſcripturarii ad ſcripturas prouocabãt.

SECVNDVS quidam nomine Valentini, & Ptolemei perfidię ſucceſſor, Aeonas ſimiliter docebat factos, verùm infinitos: Chriſtumq; quaſi per phantaſiam, non veram hominis habuiſſe carnem: idq; Higini papæ, & Antonini Imp. temp. an. D. 150. ex Philaſtrio.

SECVNDVS nomine Ptolemaidis Epiſcopus cum Theona Marmaricę vrbis Epiſcopo ſectę Arrianę defenſor fuit Ni-

ceni Conc. tempore, ſub Syluestro papa, & Conſtantino magno Imp. celebrati an. D. 328. in quo cum ſuis condemnatus fuit, teſte Niceph. lib. 8. cap. 17.

SECVNDINVS Manichęi diſcipulus floruit Innocentij papę, & Archadij Imp. temp. an. D. 405. qui ad Auguſtinum Epiſtolam ſcripſit, eum adhortans, vt ad Manichęorum ſectam, à qua chriſtianus factus defecerat, redire dignaretur: contra quem Epiſtolæ ſuæ reſpondens Auguſtinus, librum conſcripſit, in quo illum ſuæ ſuorumq; veſanię carpens, fallacem eius beneuolentiam prorsùs reijcit, mirum in modum eum adhortans, vt relicta ſua perfidia ad cath. fidem reuertatur. Secundini autem errores in eodem contra eum Auguſtini libro, & recenſentur, & refelluntur. de quibus lib. 2.

SECTARII ſunt hi, qui noſtra hac tempeſtate cauſę Chriſti agendæ, aut verbum Dei propagandi prętextu, in hoc toti incumbunt, ſuam vt gloriam propagent, ſuum vt verbum pro Dei verbo rudi populo venditent. In hoc eorum cura omnis conſumitur (inquit Hoſius) vt ſit eorum nomen in terris celebre, vt dicatur, hæc eſt confeſsio Philippi, hęc Brentij, hæc Oſiandri: de ſua quiſque, non de gloria Chriſti ſolicitus eſt. Conueniunt quidem omnes in art. 4. contra Eccleſiam: at in cęteris penè infinitis pluſquàm cęlum à terra inter ſe diſsident.

1 Conueniunt primò quòd omnes iactitant ſe eſſe Euangelicos; ſe purum amplecti Dei verbum ſibi clarum, abſque vlla interpretatione apertum, ita vt vel mulieribus ipſis non minùs quàm viris, ac ſacerdotibus licitum ſit verbum Dei tractare, & in quem maluerint ſenſum, exponere.

2 Quòd vniuerſi pari ſtudio cath. oppugnant Eccleſiam, catholicum ſcripturę S. intellectum: odio habent Miſſę ſacrificium: Pontificem Ro. pro Antichriſto publicant, & ſacerdotium profligunt.

3 Quòd quędã de cath. doctoribus confingunt mendacia, quę perſuadeant populo imperito doctrinam eſſe Papiſticam, ut quòd Papiſtę doceant homines poſſe gratiam Dei, iuſtificationisq;

tionisq; beneficium ſuis bonis operibus promereri; & einſdē generis alia, quæ ſic nemo vnquàm docuit catholicorum.

4 Quòd ſit Papiſtica carnificina, & impietas peccata enumerare, & confiteri; vllam ſatisfactionem, qua pęna temporaria mitigetur, ſuſcipere: bonis operibus ex diuinæ gratię, & meritorū Chriſti virtute profectis vitam ęternam mereri. De cętero autem adeò inter ſe diſſecti ſunt, vt velint, nolint, nequeant non confiteri hæreticas, virulentas, improbas, easq; innumeras inter ſe habere, & fouere ſciſſuras, & ſchiſmata: quæ vſq; adeò in ſe ipſis pugnantes ſint contradictiones, vt nunquam in ęternum conciliari poſsint. Loca porrò in quibus aut palàm habitant, aut clàm verſantur ſunt hęc. Quibus i locis habitāt, aut verſantur ſectarii.

Anabaptiſtæ in Orientali, & Occidentalia Friſia, in Pruſia, maximè circa Gedaſium, vel Dantiſcum, Elbingam, Regiomontem, in Morauia, & Bohemia, quamquam hìc rariores, illìc frequentiores: ſparsìm, & clàm ad Rhenum, in Belgio, Hollandia, Vueſphalia, & iam ad Dannubium, & in Sileſia frequentes verſantur. Anabaptiſtæ.

Zuingliani in Heluetijs ſex potiores occuparunt pagos, & partem Sabaudię, Geneuam, Angliam, & Scotiam: Palatinum Rhemenſem iam cęperunt clàm inuadere, & Vuirtembergenſem ducatum. Viuunt etiam in Polonia, & in Galliis, & in nonnullis Hungariæ locis: nec Vuittemberga prorsùs, nec Lipſia exulat Zuinglianiſmus. Zuingliani.

Confeſsioniſtę rigidi, & Stoici Vinarienſe territorium obtinuerunt, & maximam Saxoniæ partem, Magdeburgum, Brunſuicum, Luneburgum, Lubecam, Hamburgum, Bremam, & Daniam penè vniuerſam, & Holſatiam, maximamq; partē Megaloburgenſis ducatus, in Bauaria vrbem Ratiſponenſem. Cōfeſsioniſtæ rigidi, & Stoici.

Molles verò, & Melanctonici manifeſtò dominantur in Miſnia, in potiori parte Franconię, & Norimbergię, tùm in Platinatu ſuperiori, & inferiori, tùm in parte Sueuię, Vlmę: in Ducatu Vuirtembergenſi, & Marchia, in Sileſia autem potiores tenent partes. Cōfeſsioniſtæ molles, & Melanctonici

SVEN-

Suencfel. *SVENCFELDIANI* in Sueuia, & Auguſta Vindelicorum frequentes deliteſcunt: in Silesia inter nobiles manifeſtò, nec obſcurè ſuiduiciæ, nec occultè Glogouię.

Oſiādrini. Oſiandrini caput extulerunt in ea Pruſsiæ parte, quam Albertus Marchio habet, aguntq; palàm, clàm Norimbergæ.

Stancariani. Stancariani in minori pullulant Polonia, & Tranſyluania. Hęc ex Staphilo. De huiuſmodi ſectis diſſectis, atque horrendis vide Hoſium lib. 1. de hæreſibus noſtri temporis.

Ex philoſophorū doctrina plura irrepſerunt in Eccleſiam incommoda. *SELEVCIANI*, & Herminiani, à Seleuco, & Hermia Galatis (ut author eſt Philaſt.) originem trahunt à quibus etiā Maſſalianorum hęreſis orta eſt, idq; Damaſi papæ, & Valentis Imp. temp. an. D. 380. Quorum hæreſes bona ex parte à Gentilium librorum lectione prodierunt, vt quòd materia ſit Deo coæterna: ſpiritus hominis ex terra, anima ex igne, & ſpiritu, Angeli creatores animarum noſtrarum, nec alius citra iſtum ſit mundus, nec alia reſurrectio, præter eam, quæ in filiorum procreatione fit quotidie in humano genere: & quòd (vt ex platone affirmant) viſibilis ſit paradiſus. vide Auguſt. lib. de hæreſ. cap. 59.

SEMIARRIANI, tanquam non pleni, ſed quaſi Arriani appellati emerſerunt Liberij papæ, & Conſtantij Imp. temp. an. D. 357. qui (teſte Philaſtrio, & Epiphanio de hęreſ.) de Patre, & filio contra Eunomianos benè quidem ſentiunt vnam eorundem ſubſtantiam, & diuinitatem credentes: ſed ſpiritumſanctum non de diuina ſubſtantia, nec Deum verum; ſed factum prędicantes. Philaſt.

SEMICHRISTIANI ſunt (auct. Hoſio lib. de expreſſo Dei verbo) qui cum de Chriſto capite credenda omnia credant, ſua tamen priuata libidine certis in ritibus cum hęreticis ab eius corpore ſe diuiduntq́. tales (inquit Lind.) habet Germania ſuperior, qui ſyneuangelicorum cenſura vtrique parti placere ſtudent: ſe ſe neutrales gerunt, qui in cath & Romana (quod verbis quidem aiunt) Eccleſia, de fędis aliquot erroribus eam repurgare volunt: at ſi de hominum moribus corri-

gendis

gendis ſatagerent, nos vltroneos haberent ſuffragatores: iam cum erroris notent, quod erroris eſt vacuum, & pro Euangelio arripiant, quod Euangelio eſt contrarium, aliud conſequuntur nihil, quàm vt ab vtraque parte audiant malè, vtrinque reiecti: Vndè verè Semicatholici appellantur. Hæc Lind. Semicatholici.

SEMILVTERANI dicuntur (auct. Lind. dub.dial.2.) qui placitis Luteri ſua quædam noua Euangelij prætextu aſſuunt. Horum varia eſt natio, ſed primas ferunt Interimiſtę, quorum alij Adiaphoriſtæ, ſiue Iipſenſes: Alij porrò Luteroſiandriani, Luterozuingliani, Vbiquetij, Belliani, Heshuſij, Melanctonici, Frontores, Pneumatici, Luteropapiſtæ nuncupantur: de quibus ſuis locis. Hęc ex Lind.

SEMIOSIANDRIANI ſunt, qui affirmant contra Oſiandrum pro Antoſiandrinis, in hac vita imputatiuè haberi hominem iuſtum: viciſsimq; contra Antioſiandrinos pro Oſiãdro affirmant in futura vita oportere hominem eadem iuſtitia, qua Deus eſſentialiter iuſtus eſt, iuſtum re ipſa fieri: vt au ctor eſt Staphylus de Luteranorum inter ſe concordia. de Anteoſiandrinis ſuo loco.

SERRAS defenſor Aetianæ impietatis, & perfidię pertinaciſsimus fuit in Concilio, quod ſub Liberio papa, & Conſtantio Imp. Conſtantinopoli coactum eſt, in quo condemnatus in exilium pulſus eſt Aetius, & ipſe Serras cum Stephano, Heliodoro, & Theophilo eius ſequacibus excommunicatus, an.D.363. Dicebant enim oportere ſermonem ſimilis ſubſtantię auferri ab expoſitione fidei traditę tàm in Arimino, quàm in Nicęno Concilio apertè aſſerentes, quòd per omnia filius diſsimilis eſt patri non ſolùm ſubſtantia, ſed etiam voluntate, & quòd ex non exiſtentibus eſſet, ut prędicauerat Arrius. vide hiſt.Trip.lib.5. cap.42.

SERGIVS Patriarcha Conſtantinop. Monothelitarum hęreſis princeps, duas quidem in Chriſto voluntates, & operationes ante vnionem aſſerens diuinam, & humanam, at deindè ita vnitas fuiſſe, & confuſas, vt in vnam, eandemq; naturam abie rint, adeò vt & diuinitas ea, quę humanitatis ſunt, paſſa fue-

rit,

rit, & è contrà. de qua re in Monophyſitis, & Theopaſchitis. Floruit autem Sabiniani papæ, & Phocę Imp. an.D. 604. vide Niceph lib. 18. cap. 54.

SERGIVS monachus primò, à monachatu poſt reſiliens in errorem Arrij, atque Neſtorij prolapſus eſt, Honorij papæ, & Heraclij Imp temp.an.D. 630. hic in Arabiam veniens Mahometo pſeudoprophetę, & Antichriſti præcurſori adhęrens ſociatus eſt, quem in vtroque teſtamento multa falsò detorta, & interpretata docuit, multasq; leges: quas poſtea ipſe Mahometus promulgauit, ex quo ſuum ſatanicum Alcoranum Saracenis compoſuit innumeris blaſphemiis Scatens. Vide ſupra. Mahometes.

SERPENTICOLAE ſunt, qui olim apud Iudęos ſerpentem ęreum (quem cum in Deum murmurantes in deſerto à ſerpentinis morſibus deperirent, iuſsit Deus Moiſi ſupra lignum erigi, vt in illum intuentes ſaluarentur) adorantes ei ſacrificabant quę impietas vſque ad Ezechię regis tempora apud eos perdurauit. num. 12. Deut. 8. 1. Re. 18.

SERVETIANI à Michaele Serueto Hiſpano quondàm Caluini, & Farelli collega dicuntur ſecta Antiluterani ad tertiam noſtri ſeculi Euangelicorum claſſem pertinentes; qui ſuã hæreſim euomuit Pauli 3. papę, & Caroli 5. Imp. an. D. 1538. hic (teſte Lind. dub. dial. 2.) nondum annos natus 25. ſe iactabat vnicum orbis totius prophetam, in Aphricam profectus Alcoranum cum didiciſſet, libros ſcripſit, qui Eccleſię doctrinam in Mahometiſmum transformarent; Arrij, Macedonij, Monophyſitarum, aliorumq; hęreſes renouando; de peccato, & iuſtificatione tantum loquebatur, vt philoſophi, & phariſæi. Porrò Caluinus cum miniſtris Geneuenſibus, quando eum igni cremandum (licèt ſupplex gladium flagitaret, ac miſericordiam, ingenti præcaretur boatu) tradebant, propoſitiones impias 38. & in Deum blaſphemas collegerunt. ex Lindano.

Vindicat Deus inimicos ſuos ex inimicis ſuis. ſeruetum ex Caluino.

SETHIANI Seth Adæ filium, qui poſt interfectionem Abel iuſti natus eſt, ideò colunt, quòd duobus creatis hominibus

bus in initio, & Angelis in diſſenſione conſtitutis, Deus in iu-ſtum Seth, quem pro Abel pepererat mater, magnæ virtutis ſpiritum collocaſſet, ut ſic deſtrui poſſent inimicę virtutes aiebant: ac de eo Chriſtum genus deducturum: imò eorum quidam etiam ipſum eſſe Chriſtum aſſerebant. hęc ex Philaſtrio.

SEVERIANI à Seuero quodam Tatiani hęretici diſcipulo appellati, emerſerunt Soteri papę, & M. Antonini Imp. tēp. an. D. 178. cuius ſucceſſor Eleutherius ſtatuit contra eos, ne quis aliquem cibum, quo veſcerentur homines ſuperſtitionis cauſa abominaretur. vt auct. eſt Irenęus lib. 3. cap. 3. & Euſeb. lib. 5. cap. 6.

SEVERVS Acephalorum auctor poſt Flauianum in exilium ab Anaſtaſio Imp. pulſum, Antiochenam ſedem inuaſit. Eutychetiſq;, & Dioſcori prauitati non minimum robur addidit ſub Symmacho papę, & Anaſtaſio Imp. an. D. 494. hic autem (ait Io. Damaſcen. lib. 3. c. 3.) & ſua cohors in Chriſto poſuerunt vnionem non perſonalem in duabus naturis verè ſubſiſtentem, ſed tantùm habitualem. i. ſecundum habitum, proprietatem, conditionemq; quandam diuinam, qua cum ſolus eſſet homo, diuina tamen aſſiſtente per quandam participationem, virtute, miracula operetur. Hi porrò hæretici in quinta ſynodo Conſtantinop. damnati ſunt. At Iuſtinus Imp. fideliſsimus primo imperii ſui anno Seuerum commeritas petulantis petulantis verborum lubricitatis pęnas pendere, linguamque eius radicitùs excindere iuſsit. Hormiſdas autem papa vt eius ſcripta igni comburerentur celebrata Romæ ſynodo decreuit, qui adhuc ſanxit vt ſancta quatuor œcumenica Cōc. & D. Leo P. eiusq; Tomus per vniuerſum orbem prædicarentur: inſuper vt Epiphanius, & Macedonius Conſtantinopoli, & Flauianus Antiochenus Epiſcopi defuncti in integrum reſtituerentur, atque in ſacrarum tabularum album referrentur, quippè qui egregiè pro veritate decertaſſent, rebus omnibus, quæ aduerſus illos cęptę, actęq; eſſent, abolendis. ex Niceph. lib. 17. cap. 2. 7. Epiſcopi defuncti, qui pro fide decertarūt, in integrum reſtituti.

SIGNIFICATIVI ſunt ex noſtri ſeculi ſacramentorum

T fami-

familia, nimirum ex Luteri primùm, deindè ex Carolſtadij, & Zuinglij ſchola: affirmant non verum corpus Chriſti, ſed eius ſignum tantùm eſſe in cęna D Staph.

SIMONIACI, vel Simoniani à Simone magicæ diſciplinę peritiſsimo ſunt appellati. Hic fuit natione Samaritanus, ex villa Gitthon magicis artibus, & ope Dęmonum multos eludens, vt qui ſe eſſe virtutem quandam, quæ ſupra virtutes omnes eſſet, aſſerere non vereretur, adeò vt virtus magna à Samaritanis vocitatus, tandem apud eos numinis loco habitus fuerit, & ſimulacri honore decoratus. Ab hoc (teſte Euſeb. lib. 2.) caput totius prauitatis, & omnis hæreſis principium cęptũ eſt, Petri Ap. & Domitij Neronis temp. an. D. 55 cum autem à Philippo Diacono in Samaria prędicante, baptiſma ſuſcepiſſet, & ab eo, & à Io. & Petro Ap. fidem Chriſtianam edoctus eſſet, ab ea tandem reſiliens pernicioſas diſſeminauit hæreſes, præcipuè, quòd ſpiritualia Dei dona venalia eſſent, ex quo à Simone Simonia orta eſt. Videns.n. Simon quòd per impoſitionem manuum Apoſtolorum daretur ſpirituſſanctus, obtulit eis pecuniam dicens, date & mihi hanc poteſtatem: cui Petrus, pecunia tua (inquit) tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri: quod vtique cum ſua arte Diabolica ei fuit perditioni. Nam tandem Simon iſte ope Dęmonum cęlum euolans, ut ſe Diuum contrà Petrum Ap. congrediendo oſtentaret, ipſius Petri oratione ſtatim præceps deorsùm verſus fertur, & humi alliſus mortuus rumpitur: vt ſic meruerit interire (inquit Philaſt.) vt eius magiæ euidens mendacium cunctis hominibus patefieret. vide hiſtoriam apud Niceph lib. 2. c. 6.

SISINIVS Nouatianorum ſectæ præfuit apud Conſtantinopolim Cæleſtini papę, & Theodoſij iunioris temp. an. D. 428. Hic (teſte Socr. Eccl hiſt. lib 6. cap. 22.) præter morem Ecclesiæ alba veſte vtebatur, qua morum ſinceritatem, vitę puritatẽ, & cordis munditiam, inſtar eorum, qui Nouati ſectam amplectebantur, ſignificaret. De quo vide Niceph. l. 22. c. 36.

eſterna oſtentatio more hæreticorũ.

SPI-

SPIRITVALES ſecta Antiluterani ex tertia claſſe noſtri temp. Euangelicorum, ſic dicti (teſte Lind. dub. dial. 2.) quòd ſe ſpiritum viuificantem ſequi iactitent, cæteros carnales appellando: dicuntur & ſeparati, quòd vulgi cultum, & vſum ciborum, armaq; deteſtentur, in Chriſtum tamen, & eius ſponſam Eccleſiam ſuis in conuentibus ſedulò debacchantur, omnem exercentes impietatem, vt qui Anabaptiſmum ſequantur. ex Gab. pr.

STANCARIANI à Franciſco Stancaro Mantuano appellati Oſiandro ſe opponentes, dum Chriſti defendunt humanitatem, qua iuſtificamur, in contrariam incidunt hęreſim, Chriſtum iuſtificatorem eſſe iuxta ſolam naturam humanam, excluſa diuina, aſſerentes. Sunt autem & Antiſtancariani, qui vt hanc Stancari opinionem refutent, aſſerunt Chriſtum adeò iuxta vtranque naturam iuſtificatorem eſſe, vt contendant diuinam Chriſti naturam vnà cum humana in cruce fuiſſe mortuam. Ex Staph. dub. dial. 2. Hinc Stancariani, Oſiandriani, Antiſtancariani dum ſibi contradicunt, ſe ipſos deſtruunt, ac ſemper in hæreſi ſunt.

STEBLERI ſunt, qui ſuprà Baculares, ſecta Anabaptiſtæ ad tertiam noſtri temp. Euangelicorum claſſem pertinent. Hi (teſte Staph. de Luth. inter ſe concordia) docent, quòd ſcriptura vetet portare gladium, & peram, nec liceat Chriſtanis accuſare in iudicio, nec vim vi repellere, ſed percutienti in vna maxilla alteram obuerti debere. Hoc docuit Luterus in articulis à Sorbona damnatis: noluit. n. conſilium à præcepto diſtingui, & quod eſt aliquando occaſione faciendum, eſſe ſemper neceſſariò obſeruandum credidit. ex Gab. pr.

STEPHANVS, qui vixit Iulij Papę, & Conſtantij Imp. temp. an. D. 350. quartus annumeratur à D. Hieronymo inter eos Epiſcopos, qui in ſede Antiochena Arriana contagione infecti fuerunt. Antiochiæ (inquit) poſt Paulinum Euſtathius ordinatur Epiſcopus, quo in exilium ob fidem truſo, vſque in pręſentem diem Arriani Eccleſiam occuparunt, Eulalius, Euphro

Epiſcopi 10. Antiochi Arriani nius, Phlacitus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoius, Dorotheus, & rurſùm alter Meletius. quorum iccircò tempora non digeſsi, eò quòd hoſtes Chriſti potiùs quàm Epiſcopos iudicem. Hæc Hieron. quare nec nos talium hiſtoriam recenſemus, ſed qui eam cupit, legat Niceph. lib. 9. c. 23.

SVENCFELDIANI ex ſecta Euangelicorũ noſtri tẽp. pertinent ad Antilutheranorum familiam, Gaſparem Suencfeldium auctorem habentes: qui (teſte Lind dub. dial. 2.) s. Euchariſtiæ veritatem, vt nouo modo euertat verba cęnę D. prorſùs adulterat ex prædicato faciens Subiectum, vt ſit ſenſus: corpus meum eſt hoc. ſ. panis, vel cibus. Suencfeldiani porrò (inquit Staph. de Luteran. inter ſe concordia) cęperunt & ipſi in diuerſas partes ſcindi: aliud. n. de eiſdem dogmatibus ſentiunt Vratiſlauienſes Suencfeldiani, dum hoc in Suencfeldio probant, illud reijciunt: aliud Suidnicenſes, qui eos Suencfeldianos, qui baptiſmum appellant ſuillum balneum, reprobant: aliud Glogouienſes, qui ſuo etiam ſpiritu mentiuntur ſcripta Suencfeldij.

Suencfeldiani ſecti in Vratiſlauienſes.

Suidnicenſes.

Clogouienſes.

SYMMACHVS, à quo Symmachiani hæretici, Samaritanus vnus ex Bibliorum interpretibus fuit, Ebionis impium dogma ſecutus Victoris papę, & Seueri Imp. temp. an. D. 196. qui (Epiphanio teſte, lib. de menſ. & pond.) ex numero ſapientum, cum non reperiſſet fidem apud propriam gentem, principatus ſtudio ęgrotans, & contra propriam tribum indignatus accedit ad Iudæos, & fit proſelytus, ac circunciditur ſecunda circunciſione: à Iudæis. n. ad Samaritas fugientes circunciduntur, & è contra: & ad peruerſionem interpretationũ tertiam edidit à ſe conuerſam: Aſſeruit autem (auct. Euſ. l. 6.) Chriſtum purum hominem de Ioſeph, & Mariæ concubitu natum, & legem Iudaico more ſeruandam: commentariosq́; edidit, quibus conatur ex Matthei Euang. ſuam adſtruere hęreſim. At Philaſter Symmachianos tradit fuiſſe diſcipulos Patricii illius Ro. de quo ſup. tit. Patriciani: idem cum eo ſentientes: qui iudicium futurum non ſperantes, vitijs ſecularibus, carnalibusq́;

Symmachiani Patricii diſcipuli.

libusq́; concupiſcentijs prædicant ſeruiendum. Epiph.

SYNCRETIZANTES ſunt ex ſecunda Confeſsioniſtarum ſecta, eorum nimirum, qui hoc noſtro ſeculo Eccleſiæ cath. ſyncera, & vnanimi omnium Orthodoxorum de fide confeſsione relicta, ei, quę Auguſtana eſt, adhærerent, in qua ſunt molles illi philoſophi, & Vittembergenſes Theologi, quę volunt & manſueti, & cordatiores præ cæteris videri, & quoquo modo cum omnibus alijs ſectis pacem colere, ſicut quondam Melitiani, & Rhetorij: ſunt .n. Sectarij huius noſtrę tempeſtatis plerique omnes ſeditioſi. Ex Gab pr. Sectarii ſeditioſi.

SYRVS genere Alexandrinus, arte medicus, ex Philoſopho monachus priùs aduersùs Neſtorem ſcripſit, pòſt Thimotheanum dogma fouere cępit, deniq; ſui etiam ambiguus animum ſuſpendit à conſenſu Chalcedon. decreti, nec acquieſcendum putauit, filium Dei duobus poſt incarnationem conſtare naturis. Hęc Gennadius. Vixit autem Agapeti papę, & Iuſtiniani Imp. temp. an. D. 540.

TANDEMVS hæreticus an. D. 1124. ſub Calixto 2. papa, & Henrico 5. Imp. cum laicus eſſet tantæ ſubtilitatis, vt etiam clericos diſertos in ſermonis eloquentia ſuperaret, in pręcioſo habitu, & veſtibus deauratis incedens, triplici funiculo crinibus intortis, verbis perſuaſibilibus, & conuiuiorum apparatibus eos, qui illum circiter tria millia armati ſequebantur, alliciebat, & per eos in ſibi reſiſtentes cędibus ſęuiebat: qui ei intantùm credebant, eumq́; adeò reuerebantur, vt aquam, in qua corpus lauiſſet, biberent, & pro reliquiis aſportarent: qui tamen cum tantæ incontinentiæ, ac impietatis eſſet, vt filias in matrum pręſentia, ſponſasq́; maritis intuentibus corrumperet, id opus eſſe ſpirituale aſſerebat. Spirituale quid apud hęreticos. Ab hoc itaque pręſtigiatore Oppidani Caſtri Antuerpienſis ſeducti paulatim à fide, & bonis moribu, deſciuerunt. Hic inter inſigniores

res

res, quos tuebatur, errores, ſacri ordinis miniſtros, epiſcopalemq́; ac ſacerdotalem gradum, & ordinem nihil eſſe dicebat; ac ſumptionem corporis & ſanguinis Chriſti nihil ad ſalutem prodeſſe, ſed tandem poſt multos ſeminatos errores, multasq́; cædes perpetratas inter nauigandum à quodam presbytero in in cerebro percuſſus occubuit. Auctore Sigiberto.

TASCODRVGITAE ſic appellati à Tuſcus, quod apud eos eſt pertica, & Drugus, quod eſt naſus, eò quòd imponunt digitum admodum perticæ ad naſum, dum orant triſtitiæ, ac vltroneę iuſtitiæ gratia, veluti perticonaſati, ad Phrygaſtarum, ſeu Montaniſtarum ſectam pertinent; ſunt. n. eiuſdem factionis, eiſdemque ſpiritibus erroris, & Dęmonum doctrinis addicti: quarè veros s. ſcripturę prophetas ſuis falſis Montano, Priſcæ, & Maximillę poſtponunt; Hæc Epiph. lib. 2. tom. 1. cont. hęr. Emerſerunt autem Soteri papę, & commodi Imp. temp an. D. 181. Hos porrò ad Manichęorum inſaniam ſpectare quidã contendunt: de quibus fit mentio C. de hęret. & Manich. l. Quoniam. in hęc verba, quos Manicheticus furor detinet; his omne teſtimonium, ſicut & alias legitimas conuerſationes, ſancimus eſſe interdictum.

Conuerſatio cum hæreticis interdicitur l. ciuili.

TATIANI à Tatiano ſyro genere, Iuſtini martyris, qui ex Samaritanis in Chriſtum credidit, diſcipulo, ſunt appellati. Verùm Tatianus erroris magiſter, quàm veritatis diſcipulus fieri maluit: Nam Roma poſt mortem s. Iuſtini digreſſus ad Orientis partes, & illìc conuerſatus in malam incidit opinionem, & ſecula quædam, ac fabulas Valentini, & principatus quoſdam, ac emiſsiones etiam ipſe introduxit: à quo & liber dicitur factus, qui ex 4. Euangelijs conſtat, quem aliqui Euangelium ſecundum hębreos vocant. Ab ipſo tandem (qui Soteri papę, & M. Antonini Philoſophi Imp. temp an. D. 173. vixit) per ſucceſsionem Encratitę venenum tranſumpſerunt. ideò vide ſuprà in eorum tit. Hęc ex Epiphanio.

Tatianus erroris magiſter, q̃ diſcipulus fieri maluit.

TERTVLLIANISTAE à Tertulliano Aphricanæ prouincię (teſte Hieron. Catal. virorum illuſtr.) presbytero, ciue

verò Carthaginenſi, vocantur: qui Pontiani papę, & Alexandri Seueri Imp. temp. an. D. 228 illuſtris apud Aphricam habitus eſt: De cuius omnifaria eruditione, & ingenij acumine multa ſunt in veterum monumentis. D. Cyprianus tanti hunc fecit, vt ne diem quidem ſine eius lectione traduceret: & Hieronymus in Apologetico eius libro, quem aduerſus gentes con ſcripſit, cunctam ſeculi diſciplinam contineri teſtatus eſt: quod proculdubio verum eſt, cùm omnes ingenij ſui neruos in Chriſtianorum defenſionem contra Gentiles intendens, incomparabiles eruditionis, ac eloquentię ſuę opes iſtic oſtentet. Verùm (quod ſanè dolendum) hoc tàm pręclarum doctrinę lumen, cum multos ex errorum tenebris ad veram lucem reuocaſſet: cumq; (teſte Hieron.) vſque ad mediam ætatem Eccleſię Aphricanę in Numidia presbyter fuiſſet, ipſe poſtea cõtumelia clericorum Ro. Eccleſiæ ad Montani dogmata delapſus eſt: dehinc Millenariorum, quos Gręci Chiliaſtas vocant, fauit errori: quibus perſuaſum erat, facta communi reſurrectione, nos in hac terra veluti in campis elyſijs ſuauiter, & lautè annos mille victuros: erat quoque caſtitatis tantus amator, ut Cathaphrigarum ſecutus inſaniam, ſecundas nuptias damnaret: id quod ſubindè aliàs, tùm verò ex profeſſo in opere ſuo de Monogomia fecit. Vide D. Hieron. de viris illuſt. C. de Melitone Aſiano: Aug. de hær. ad Quoduultdeum: D. Tho. contra Gent. lib. 1. cap. 21.

TETRADITAE ad Seueritarum familiam (de qua ſup. in Seuero Antioch. Ep.) ſpectant; emerſeruntq; Pelagij 2. papę, & Mauricij Imp. temp. an. D. 590. Cum Seueritarum cohors in multas ſectas eſſet diſſecta in Trinitatem debachantes, Tetraditę hi erant, qui ſynodum quartam reijcientes, profitebantur Deum ſecundum veritatem, & eſſentiam, & naturam quanque per ſe ipſam, patrem, & filium, & ſpiritumſ. dicentes, non numero, ſed per omnia ſimili eſſentia. Hæc Niceph.

TESSARESCAEDECATITE ſunt hi, quos ſuprà quatuordecimanos, ſeu Paſchaticas nominauimus à quartadecima

ma luna, qua putabant, non alio tempore, Paſcha neceſſariò celebrandum. Qua de re non minima digladiatio inter Orientales, & Occidentales Epiſcopos orta eſt, Aniceti papę, & Antonini Pij Imp. temp. an. D. 154. vſque ad Victorem papæ, ſed tandem in Concilio Nic. finita eſt: quo decretum fuit, vt die Dominico ab omnibus Paſchale myſterium celebraretur in memoriam D. reſurrectionis, quę eo die facta eſt, rationibus iam ſuprà dictis. vide ſuprà tit. Quatuordecimani.

THABORITAE fuerunt Bohemi à loco cui nomen Thabor indiderunt, appellati Io. papæ 23. & Sigiſmundi Cęſ. Germani Imp. temp. exorti an. D. 1411. Nam eorum princeps Ziſca (teſte Aenea Syl. de Orig. Bohem. lib. 4.) incredibili furore perditorum hominum turbam, & qui non tàm nouam fidem ſecuti, quàm iudicia; & carceres fugiſſe videbantur, aggregans, Eccleſias inuaſit, euertit templa, ſacraria ſpoliauit, monaſteria deſtruxit, fugauit Monachos, aliaq; ſimilia facinora perpetrans: quò autem ſecuriùs degeret, locum Vlrici cuiuſdam verę fidei cultoris natura munitum vi cępit, Vlrico cum eius familia gladio peremptis: cui Thabor nomen imponens comites ſuos Thaboritas appellari voluit, tanquàm cum tribus Apoſtolis Chriſti transfigurationem in monte Thabor vidiſſent, indeq; ſuas opiniones mutuati eſſent, quas fidei veritates appellabat: ſunt autem opiniones Ioannis Huſſ, & de Rocſeſana, & Ziſcha, de quibus in lib. 2.

THEBVTES, quem alij Thebulim vocant, vnus eſt ex 7. hæreticis, qui à primordio Eccleſię eius vnitatem in diuerſas partes ſcindentes per corruptelam doctrinæ caſtum eius cubile macularunt, vt eſt apud Eccl. hiſt. Euſ. lib. 4. cap. 18. Emerſit autem Petri Apoſt. & T. Claudij Cęſ. temp. an. D. 40.

THEODORVS Mopſueſtien. Ep. vir quidem eloquens, Io. Chryſoſtomi condiſcipulus, Arrianorum, quamdiu vixit, acerrimus Antagoniſta, ſed poſtea in Ebionis, & Neſtorij hęreſim collapſus eſt Simplicij papę, & Zenonis Imp. temp. an. D. 476. contra quem quinta ſynodus Conſtantinop. congregata

In hac ſyn. dãnatur Origenes.

Patrum

Patrum 165.an.D.549.ſtatuit quòd M.Virgo ſit θεοτόκος. Aduerſus quem ſcribens etiam Io.Damaſcenus lib. 3. cap 3. eum vocat Deo odibilem, & igne dignum.

THEODOSIANI à Theodoſio Monophyſitarum hęreſis principe, & à Seueritis Alexandriæ papa creato, appellantur: qui Theodoſius floruit Pelagij 2 papę & Muricij Imp tēp. an.D.592 Huius autem hęreſis Neſtorianæ hæreſi opponitur, hic n. propter duas naturas duas etiam ſubſiſtentias numerat: illi verò propter vnam ſubſiſtentiam, vnam quoque naturam in Chriſto dicunt. Niceph.lib 18.cap.48.

THEODOTVS Byzantius (à quo Theodotiani hęretici) arte quidem coriarius, ſed multæ interim doctrinę, & eruditionis extitit apud Conſtantinopolim, à qua vrbe Romam fugiens, quòd vitio verteretur, perſecutione inſtante, Chriſtum abnegaſſe, in hęreſim tandem Antemonis & Montani relapſus eſt, Chriſtum hominem ſolum profitens, ne tunc niſi hominē negaſſe videretur idq; Vrbani papæ & Heliogabali Imp temp. an.D.221. Vtuntur autem, qui ſunt huius ſectę, capitulis tantùm ſcripturarum, quę de Chriſto, velut homine edocent: quæ autem de Deo, ea non accipiunt, ſemper legentes, ſed non intelligentes: impietatiſq; paganæ, & cęcitatis iudaicę ſe potiùs conſortes, quàm Chriſtianæ ſalutis participes eſſe demonſtrant ex Philaſt.

THEODOTION Epheſius Patria, Marcionis hęreſiarchę ſectator, atque Tatiani philoſophi, cùm adhuc fidelis eſſet, quondam diſcipulus, Hębraici, & Græci ſermonis cum peritiſsimus eſſet & ex Chriſtianiſmo ad Iudaiſmum lapſus, poſt Aquilę & Symmachi ſacrarum ſcripturarum tranſlationes, ipſe quoque tertiam edidit, Victoris Aphri papę, & Aelij Pertinacis Imp temp. an D.194. cuius meminit Hieron lib.2. contra Ruffinum, miror, inquiens, quòd Theodotionem hęreticum, & iudaizantem legit, & quantuncunq; peccatoris Chriſtiani tranſlationem faſtidit.

Ab hoc Theodotianos dici ſcribit Lutzenb. ſed veriùs à Theodoto, vt nos ſuprà.

THEOGIVS Niceæ ciuitatis Ep. Arrianus ſecta, vnus eo-

rum fuit, qui Concilio Niceno vocem, & ſententiam τοῦ ὁμοουσίου reprehenderunt, Sylueſtri papæ, & Conſtantini Magni Imper. temp. an. D. 328. quo quidem in loco non eſt prætereunda eius, atque Euſebij Nicomedien. Ep. vulpecula fraus, cum ab eorũ Eccleſijs vtrique exules, quòd Arrii exauthorationem cõprobare noluiſſent, de hoc pęnitentiæ libellum primariis Epiſcopis vltronei miſerunt, quo recepto ſtatim Imperatoris iuſſu ad eorum eccleſias ſunt reuocati. At ſub prętextu ouium pellibus amicti lupos egerunt: nam arte quadam eum, cui decretum ſyn. Nicenę demandatum fuerat, circunuenientes, ſubſcriptiones ſuas deleuerunt, atque propalàm Filium non eſſe patri conſubſtantialem docuerunt. vide Hiſt. trip. lib. 1. cap. 1. Ruf. 1. cap. 6.

Hęc fraus itidem ſuprà, titu. Euſ. Nicom.

THEONAS Marmaricenus Ep. Arrij defenſor cum & ipſe exauthorationi ipſius in Niceno damnati ſubſcribere nolet, tantopere inualuit eius impietas, vt cum Arrio peſſum ierit, vnà cum aliis in eodem Concilio damnatus, Sylueſtri papæ, & Conſtantini M. Imp. temp. an. D. 330. Hic n. Theonas arrogantia elatus Apoſtolicę ſibi aliquid authoritatis aſſumens Epiſtolam ad omnes Eccleſias ſcripſerat, vt ad ſuas nouas verborũ adinuectiones aures accommodarent, blaſphemans Dominum, Apoſtolos eius, & s. Eccleſiam. Euſ. lib. 4. cap. 19.

THEOPASCITAE ijdem, qui & Monophyſitę. ſuprà eorum tit.

THEOPHRONIVS Capadox, & Eupſychius ſectæ Eunomianę apprimè ſtudioſi fuere, & Liberij papę, & Valentiniani Imp. temp. an. D. 368. ſe ipſos ab Eccleſia ſcindentes, cùm in alijs rebus ex Eunomij opinionibus, tùm in ſacro baptiſmo res nouas induxerunt, non in Trinitatem, ſed in Chriſti mortem baptizandum eſſe docẽtes. Niceph. 11. c. 11. Eccl. ſuę hiſt.

Sup. in Agnoetis, & Eupſychianis.

THOMAS Manichæus vnus fuit ex tribus Manetis ſectatoribus, quẽ Manes ad ſua dogmata euulganda ad Indos miſit, Fęlicis P. & Aureliani Imp. temp. an. D. 273. Manes. n. inquit Niceph. lib. 6. c. 32.) cum tres haberet ſectatores Adam, Thomam,

gnam, & Hermeam; Adam ad ſyros,& Thomam ad Indos miſit pręcones: qui reuerſi cum ſe dicerent multa paſſos eſſe, neq; quenquam eius doctrinam recipere voluiſſe, auſus eſt hominum importuniſsimus ſe ipſum Chriſtum nominare, & ſpiritumſ. aliumq; Paracletum &c.ſup.in Manich.

TIMOTHEVS Apollinaris hæretici diſcipulus prophanus & ineruditus vixit Damaſi papę, & Valentiniani Imp. temp. an.D.377.quare Damaſus papa, vir celeberrimus ſynodali Epiſtola non Apollinarim modò,ſed & Timotheum ſectatorem eius exauthoratum ſemel, atque iterum proſcripſit. ac vtriuſq; hęreſim in hæc verba damnauit. Anathemate mactamus illos, qui Dei Verbum pro rationali anima in carne humana verſatum eſſe contendunt. Hoc ipſum nanque Dei Verbum non pro rationali & intellectuali anima in ſuo ipſius corpore fuit, ſed noſtram hoc eſt rationalem, & intellectualem ſine peccato animam ſuſcepit, & ſeruauit. cęt.in Apollin.

TIMOTHEVS cognomento Aelurus(à quo Timotheani hęretici) Neſtorianæ hæreſis propugnator vehementiſsimus fuit, profeſsione quidem primò Monachus, ſed pòſt presbyter Eccleſiæ Alexandrinæ factus,& dehinc per impoſturam Epiſcopatus Alexandrini violentus occupator, ſub Leone papa doctrina, & eloquio inſigni, & Leone Imp. an. D. 460. Hic (auctore Gennadio) carnem Verbum factum dicebat, vt manente Verbo in ſua ſubſtantia, & homine in ſua natura, ſocietate, non commixtione vnam filij Dei factam perſonam aſſereret: de quo etiam ſic ſcribit. Extincto ab Alexandrinis Proterio Ep. hic in locum occiſi intruſus eſt: & quia plebs Proterium exoſum habuerat, ideò Timotheus ad habendam plebis gratiam omnes, quibus ille communicauerat, Neſtoreos eſſe pronunciat: & maculam conſcientię temeritate abluendam præſumens, ſcripſit ad Leonem Imp. libellum valdè ſuaſorium, quem prauo ſenſu patrum teſtimonijs intantùm elaborare conatus eſt, vt ad decipiendum Imp. & ſuam hæreſim conſtituendam penè Leonem Ro.Pontificem, & Chalcedonenſem ſyno-

dam, ac totos occidentales Epiſcopos illorum adminiculo eſſe Neſtorianos oſtenderet. Sed fauente Deo à Chalcedonenſi Conc. hoſtis Eccleſiæ coarguitur, & confutatur. vnde & hoc in exilium pulſo, iam hæreſiarches dicitur, & habetur. Hæc Gennadius Maſsilien. presbyter contra Neſtorium.

TOPHETITAE Idololatrę quidam, ab ara quã Tophet nominabant apud Iudæos, quę interpretata tympanum, ſeu ſeductio dicitur, ſunt appellati. Hanc porrò alicuius idoli nomine in valle filiorum Ennon collocare ſolebant, ſuper quam filios, ac filias Dæmonibus immolabant. Hanc verò idololatriam ab Aſſyriis ad Iudæos profectam innuere videtur Iſaias proph. cap. 30. cum Iudęos, qui ſpretis Dei conſilijs ſuę prudentię innitebantur, in creaturis ſpem ſua collocantes, contra Sennacherib coarguit, & increpat minaturq; nihilominus ipſis Aſſyriis d. à voce D. pauebit Aſſur virga percuſſus: & infrà, pręparata eſt.n. ab heri Tophet à rege pręparata, profunda, & dilatata. &c. Vbi quidem ob eam idololatriam Aſſyriorum exitium, & quale poſt hanc vitam infernale tormentum ſunt perpeſſuri, prædicitur. vide Ierem. cap. 7. & 19.

TRINITARII ſunt qui ore blaſphemo violant Trinitatem ad tertiam noſtri ſeculi Euangelicorum claſſem pertinentes. Iam ante an. 1324. (ait Lind. dub. dial. 2.) in Conc. Nic. à 318. patribus Arrianiſmum damnatum per Luteri Euangelium fuiſſe renouatum, eius teſtantur diſcipuli; cum modicum teneret ipſe de Homouſion, & Trinitatis vox Germanica non ei placeret, quin & eius ſequaces, Ludouicus Hetſerus Trinitatem abolere eſt agreſſus. omnem prorsùs negans perſonarum diſtinctionem. Campanus, Seruetus, & Matthias Illyricus Arrianiſmi damnati ſunt ab academia Vittenbergenſi. Trinitatis vocem, Symboli Nic. & Athanaſii Caluinus reijcit, vt neque Chriſtum ex ſubſtantia Patris, neque perſonarum Trinitatem profiteri cogeretur, licèt poſtmodum Seruetum nolentem conſiteri Chriſtum Dei filium apud Geneuam, viuum iuſſerit comburendum. Per Bohemiam (ait Staphilus) s. Trinitatem alii

Seruetus nolens fateri Chriſtum Dei filium iuſſu Caluini viuus comburitur.

bla-

blaſphemant infernalem eſſe Cerberum. Alii irridendo eam contendunt fęminam eſſe, quę tres habeat maritos, vt Lucas Stenbergenſis: & per Sileſiam Matthias Zarijenſis paſtor in eam latrat, ac alij plurimi. vndè ſententia eſt Hieronymi, pęnam Arrij nondum eſſe determinatam, quia nondum determinatum eſt, quot per eius doctrinam ſint ſubuertendi. D. Hiero. notanda ſententia.

TRISACREMENTALES ſunt ex Mollium confeſsioniſtarum noſtri temporis factione, qui tria tantùm recipiunt ſacramenta, Baptiſmum, Cęnam D. & Abſolutionem: ita in Lipſenſi diſtrictu eſt praxis. Staph. de Lutc. inter ſe Conc.

TROPISTAE ſunt, qui hac noſtra tempeſtate aſſerunt, figuram tantùm corporis D. eſſe in Cęna, non verum corpus ait Staphilus. Sunt & qui dicunt conuerſum eſſe verbum in carnem, non attendentes, quòd Verbum, i. Dei filius, eſt immutabile, & inconuertibile: carnem autem, quam formando aſſumpſit, noſtræ cauſa incampacitatis ipſe induit, inquit Phil.

TVRILVPINI, qui cognomen ſibi aſſumpſerant paupertatis ſocietatem (teſte Io. Tillio de Reg. Franc. chron.) cum ſcriptis libris, & habitu damnati, exuſti, atque deleti ſunt, Gregorij 11. papæ, & Caroli 4. Imp. an. D. 1372. Hi nanque (auct. Io. Gerſone ſerm. de D. Lud. Franc. rege) aſſerebant de nulla re, quæ nobis à natura data eſt, erubeſcendum eſſe: quare Cynicorum Phyloſophorum more omnia verenda publicitùs nudata geſtabant, & in publico velut iumenta coibant inſtar canum in nuditate, & exercitio membrorum pudendorũ degentes. vndè ſicut nulla vehementior, quàm luxurioſa libido, ſic ad errandum, falſumq; docendum nulla pernicioſior, quod patuit in ſectis Lupinorum: quorum ſequaces non deſunt, vſquè, quando, & vbi ſe latere putauerint, quin ſerpant vbilibet Epicurei ſub tunica Chriſti, atque in mulierculis primùm deuotionem fingentes ſpecietenùs, paulatim eis fidem, antequam lumen, & oculos, tollere quærunt, quatenùs eas licentiùs ad deſideria ſua maligna proſtituant. Hęc Io. Gerſon. Hi Begardorum errores tenuerunt. Libido execranda. Nota qđ paſsim in nouis hæreticis cõtingit.

VA-

VADIANI ſunt, quos Anthropomorphitas ſuprà nominauimus, qui Deum eſſe corporeum aſſerunt, atque hominis membra habere; non percipientes, cum aliquod membrum ſacra ſcriptura ei tribuit, eo nomine eſſe intelligendum, Deo vim illam, ac virtutem tribui, quæ perfectior in illo membro reperitur: de qua miſtica ſignificatione extat liber B. Anſelmi inſcriptus, De membris Deo attributis, vbi exponit quid ſingula in Deo ſignificent. Contra autem Vadianos exortos Siricij papę, & Theodoſij maioris Imp temp. an. D. 395. ſcripſerunt Theophilus Alexandrinus, Fauſtus Ep. Rhegienſis, & Rhaterius Monachus cętera ſup. in Anthropomor.

Bachatū principalis pagus Arabiæ Philadelphiæ. Eunuchorum ſecta *VALESII* à Valente quodam Arabe dicti in Bachato regionis Philadelphinę habitant (teſte Epiph. lib. 2. to. 1. contra hęr.) exorti Victoris papę, & Seueri Imp. temp. an. D. 198. Hi autem omnes ſunt execti: cumq; in ſuam ipſorum diſciplinam aliquem ſuſceperint, quantoquidem tempore membris nondum exectus eſt, animatis non veſcitur, ne impellatur per edulia ad concupiſcentię voluptatem; & non ſolùm proprios, ſed ſæpè etiam peregrinos ad eos accedentes ad talem vitam inducunt: intùs. n. eos arripiunt, & vinculis alligatos per vim caſtrant, aſſerentes neceſſarium eſſe ad Deo benè, ac integrè ſeruiendum, vt quiſq; ſit Eunuchus, atque caſtratus, per ea quæ

Matth. 5. 9. 18. 19. perperam ab eis intellecta in Euang. habentur: non mœchaberis: & expedit, vt pereat vnum membrum, quam totum corpus mittatur in Gehenam ignis, &c. At quomodo (inquit Epiphanius) poſſunt in regno cœlorum, aliqua eſſe detruncata? & ſi vnum membrum quod offendiculo fuit, non relinquitur, nullum omninò membrum reſtans relinquetur, omnia enim nobis offendicula fuerunt: quis verò reſcindet cor ſuum, quod omnibus offendiculo eſt? ex corde ſiquidem procedunt fornicationes, adulteria, petulantia, & his ſimilia. Hucuſque ex Epiph. Porrò ſi omnes caſtrandi eſſent, humanum genus citiſsimè

mè deperiret (inquit Alſ. à Caſt.) ratione cuius vel filiæ Loth coeuntes cum patre excuſantur à peccato inceſtus (vt inquit Ireneus lib. 4. aduerſus hęr. cap 51. Et Origenes hom. 5. ſup. Gen.) quòd crederent poſt incendium Sodomę, & Gomorrhæ cunctos periiſſe homines: quarè non membra corporis virilia, ſed peccata euitanda in Euang. voluit inferre Chriſtus; non enim commendauit ab vtero matris Eunuchos, ſiue ab aliis caſtratos; ſed eos ſolùm, qui ſe caſtrauerunt propter regnū cęlorum.

Filiæ Loth cū patre congreſſæ à peccato excuſantur.

VALENS frater Valentini Imperatoris egregij fuit, & ab eo, dum adhuc viueret, in ſocieratem imperij aſſumptus. Digni ſanè imperio fratres, & inter bonos referendi, niſi Valens Arriano delirio virtutes egregias inquinaſſet. Is.n. ab Eudoxio Arriani dogmatis aſſertore baptizatus in ſęuiſsimam hæreſim lapſus eſt, ſub Damaſo papa, an D. 378. ſed malignam inſectationem (inquit Oroſius) diu texit, ne voluptati poteſtatem admiſceret, qui adhuc viuentis fratris authoritate reprimebatur. Sed eo mortuo, cum iam impiè agere poſſe non erubeſceret, illicò effrenata audacia legem dedit, vt Monachi ad militandum cogerentur: Et in Aegypti ſolitudinibus multa ſanctorum agmina Monachorum ab eo interfecta ſunt. Cęterùm impietatis huius inſignes pœnas dedit, quando à Gotthis propè Conſtantinopolim cęſus cum omni exercitu fuit: Etenim cùm in fugam verſus Valens in Oppidulum ſe recepiſſet, incenſo à Gotthis oppidulo concrematus perijt. hęc pauca ex Gab. Pr. Qui eius vitam, ac cętera impia acta ſcire cupit, legat Niceph. Eccl. ſuę hiſt. l. 2. c. 1.

Monachi ad bellum coguntur lege Valētis imp teſte Hiero. in chronicis.

VALENS Murſiæ, & Vrſicius Singidonis in Pannonia Ep. Arriani, vel (vt veriùs dicitur) meri Protei extiterunt, Iulij P. Et Conſtantij Imp. temp. an. D. 343. quia, vt ſcribit Niceph. l. 9. c. 13. primùm Arrij opinionem defenderunt: medio temp. libello eorum pœnitentiæ Iulio Ro. Antiſtiti dato Conſubſtantiali aſſenſerunt: & rurſùs miſerandi, & ęrumnoſi illi impia mente, nefarioque auſu præcones ſe ipſos impiæ opinionis renunciantes, veritatis conſtitutionem euertere conati ſunt.

Vrſicius Singidon hodiè Segedinum. Valens, & Vrſicius verè Protei.

ſunt. Vnde Hieron. ad Damaſum Papam, abſit (inquit) à Ro. ſede, vt iungatur cum beatitudine tua Vrſacius: quem tandem cum Valente, & alijs pluribus Concilium Arimin dãnauit. Contra hos Athanaſius Alexandrinus Ep. librum conſcripſit, & D. Hilarius Pictauen. alium edidit vniuerſam Conci. Arim. hiſtoriam complectentem.

VALENTINIANI à Valentino emerſerunt Higini P. & Pij Antonini Traſs. temp. an. D. 150. Valentinus autem (auth. Philaſtrio de hęres.) poſt Ebionem ſurrexit Pitagoricus magis, quàm Chriſtianus, vanam quandam, ac pernicioſam doctrinam eructans, & velut Arithmeticam.i numeroſitatis nouam fallaciam prędicans, eaque ratione multorum animos ignorantium captiuauit. Et primùm quidem fuit in Eccleſia. Elatior autem factus poſtmodum errore non paruo deceptus eſt: degensque in Cypri prouincia cœpit diffinire: Nihil aliud eſſe antè in mundo, niſi profundum maris, & ſilentium quod poetæ chaos aſſerunt: deque hoc profundo, & ſilentio docet proceſsiſſe intellectum, & veritatem: de intellectu autem, & veritate verbum, & vitam: de verbo autem, & vita hominem, & Eccleſiam: de homine autem, & Eccleſia duodecim meonas.i.ſecula: & de verbo, & vita decem meonas: de intellectu rurſùs: & veritate octo meonas emanaſſe: Et hanc eſſe τριάκοντα ſeculorum.i. triginta meonas. De Ogdoade ergd, & dicade, & duodecade conſiſtere triginta meonas dictitat. Dicit etiam Chriſtum à patre, quem profundum nomine appellat ad totius mundi ſalutem fuiſſe dimiſſum, deque cœlo eum carnem detuliſſe, nihil autem accepiſſe de B. Virgine: Sed vt aquam per riuum, ita tranſiſſe per eam affirmat: animam ergo ſolam ſaluari, corpus autem hominis non ſaluari arbitratur. Hæc Philaſtruis Brix.

VALENTINISTAE à Io. Valentino Gentili Neapolitano Pedagogo dicti ſpectant ad tertiam noſtræ tempeſtatis Euangelicorum claſſem: prodierunt.n. ex impia illa Caluini

ſchola,

ſchola, quę ſacroſanctam oppugnat Trinitatem. Nam hic Valentinus ter,quaterque periurus apoſtata falli docebat eos, qui tres ponunt perſonas D. Athanaſij Symbolum vocans ſophiſticum, quòd quartum Deum inducat, cui & triperſonatum Deum exprobrat, eum appellans pręſtigiatorem, adeoque ſacrilegum, quòd ſoluat Chriſtum, fingens Patrem eſſentiatorem, & filium eſſentiatum. ex Lind. Dubit dial. 2.

VBIQVETII ſecta ſemiluterani ad 2. Euangelic. claſſem ſpectantes non immeritò ſic appellantur, qui vbiquitatem corporis Chriſti fingunt, adeò quidem vt non dubitent affirmare Chriſtum ſecundum corpus etiam in Inferno adeſſe: Ioānes Boedecher lib. quem de fundamentis Cęnæ D. edidit, docet Chriſti humanitatem vnà cum diuinitate eſſe præſentem in Cœna ſacra, in Baptiſmo, in verbo, in omni denique cętu ritè in nomine Domini congregato: ita blaſphemauit olim Zuinglius humanitatem Chriſti vbique eſſe, ſicut diuinitatem, quod nullus omnium ſenſit catholicorum, ſed Chriſti corpus eſſe pluribus in locis ſimul, non ſua quidem natura, vt eſt diuinitas, ſed ſola Dei voluntate, cui non eſt impoſsibile omne verbum. Hæc Lind. Dubit dial. 2. Io Boedecher.

VENVSTIANI ſunt, qui ſuprà Paterniani nuncupantur. vide ibidem.

VERGERIVS hac noſtra tempeſtate in Polonia ſub Paulo 4. P. & Ferdinando Aug. an. D. 1557. accerrimus Lueranę, & Brentianę hęreſis propugnator fuit, & Papatus vehemens inſectator: quem cum vult è medio ſublatum, vult etiam ſublatum quidquid adhuc ſupereſt inter Chriſtianos Chriſtianiſmi: vult ſchiſmata introducta, vult hæreſes propagatas: vult Chriſtum ex vniuerſo orbe Chriſtiano proſcriptum: vult, vt vbique quàm longiſsimè, quàmque latiſsimè graſſetur Sataniſmus: vult Eccleſiæ vnitatem omnibus (quod aiunt) machinis oppugnatam, quòd aliter nihil ſe proficere putat: nam quantum è ſcriptis illius colligere licet, modò cum Zuinglianis, modò cum Luteranis, modò cum Pichar-

X dis,

dis, modò cum Brentianis facere videtur: ac tandem negat quam profitetur, Ieſu Chriſti doctrinam eam, ſi Papatus maneat incolumis, incolumem eſſe poſſe, cęteraque adeò abſurda: ita vt hanc ſuam perfidam doctrinam non chriſtiani modò deteſtentur, verùm ipſi etiam Germani Luterani vſque eò execrentur, vt qui ſunt eam amplexi, cum his nec viuis, nec mortuis communicandum eſſe putent. Hęc ex Hoſiò.

VIGILANTIVS Gallus genere Barchinonenſis Eccleſiæ presbyter floruit Anaſtaſij P. & Archadij Imp. temp. an. D. 402. hic (inquit Hierony. ad Riparium, & Deſiderium presb.) martyrum negat ſepulchra veneranda, damnatque ſanctorum vigilias, vt Dormitantius potiùs, quàm Vigilantius vocari debeat. O præſcindendam linguam (contra eum inquit ille) & in partes, & in fruſta laterandam: meam iniuriam patienter tuli, impietatem contra Deum ferre nō valui. Porrò Vigilantius (ait Lind. Dub. dial. 2.) ſanctorum miracula aiebat eſſe Dæmonum pręſtigias, neque eorum reliquias venerandas, neque ſanctos ad auxilium inuocandos: horum inſana dogmata ab orco reuocant Luterus, Zuinglius, Caluinus, alijque propè omnes Euangelici. Lind.

VITALIS Antiochenus Ep. Apollinaris Laodiceni hæreſis ſectator fuit, Damaſi P. & Valentis Imp. Arrianæ hæreſeos aſſertoris temp. an. D. 378. Hic n. cùm à Flauiano, qui poſtea Antiochenam ſedem accepit, deſpectus, & quò minus familiariter cum Epiſcopo eſſe poſſet, impeditus fuiſſet, famam ſibi ob id diminutam putās eo dolore victus ad Apollinarim ſe contulit, & cum eo communicauit, eius amicitia in primis vſus. Gabr. Pr.

Vitalis dolore ambitioſo receſſit à fide.

VVALDENSES ab Vualdone quodam ciue Lugdunenſi dicti ſunt, vt ſupra tit. Pauperes de Lugd. ad quem remittimus lectorem.

VVICLEFIVS in Anglia ſuam diſſeminauit hæreſim, Innocentij P. & Caroli 4. Imp. an. D. 1352. de quo ſup. in Io. Vuicleffo.

XENA-

XENAIAS, qui Eutychetis, Dioſcori, & ſeueri hæreſis propugnator, & Chalcedon. Sinodi inſectator fuit, ſymmachi P. & Anaſtaſij Imp. an D.494.(teſte Niceph.l.19.c.27.) genere Perſa erat, & fortuna ſeruus, Satanę miniſter: qui ſub Calandionis Epiſcopatu, cum ab hero ſuo profugiſſet, ad Eccleſiam I. ei acceſsit, clericum ſe eſſe affirmans nondum diuino regenerationis lauacro initiatus. Calandion vbi hominem eum, & latentem in eo maleuolentiam ex ſignis, & coniecturis cognouit, ab Eccleſia eum proſcripſit. Vbi verò Calandioni Petrus Gnapheus ſucceſsit, Xenaiam non ſolùm recepit, verùm etiam nondum Baptiſmo initiatum Vicinæ Hierapolis Epiſcopum creauit & Philoxenum nominauit. Qui Xenaias ex ſe ipſo presbyter natus, & Epiſcopus non baptizatus primus (ò audacem animum, & os impudens) vocem illam euomuit,.. Chriſti, & eorum qui illi placuere, imagines non eſſe venerandas. Hęc ex Niceph.

Qui primus cōtra imagines ſanctorum ſurrexit.

ZENO Iſauricus Leonis Imperatoris gener Imperium ſortitus eſt an.D 476. ſummum Ro. ſedis Pontificatum agente ſimplicio Tiburtino. Is cum vir ſupramodum flagitioſus eſſet non vt Auguſtus, ſed vt tyrannus imperauit, Eutychetis, & Dioſcori, qui vnam Chriſto naturam tribuebant, hæreſi infectus: adeò tamen vafer, & ſui diſsimilis, vt ſuo conciliatorio, ſeu pacificatorio edicto neque reiecerit, neque comprobarit Chalcedonenſem ſynodum, in quo ea hęreſis damnata eſt. Hæc Gabr. Prat.

ZVINGLIVS, hoc eſt, Vdalrichus, ſiue Huldricus Zuinglius canonicus Conſtantienſis an.D.1525. cum Io. Oecolampadio, & Audrea Carolſtadio primus omnium noſtrę ętatis hęreticorum ſcriptis libellis damnatum iam olim Berengarij errorem renouauit, in participatione cęnæ D. non diſtribui verum corpus, & ſanguinem Chriſti, Clemētis 7. & Caroli 5. Im

pe tempore. Nam cum eiuſdem Carolſtadij diſcipulus eſſet, & ſui magiſtri inſulſa interpretatio verborum cęnæ D. qua dicebat, corpus meum, quod pro vobis traditur, eſt hoc, quod hic aſsidet menſę, non ei placeret, nouam (inquit Lind.) ſectatus eſt de Euchariſtia ſententiam, quam ſe ſe in Batavi cuiuſdam Epiſtola (teſte Heſhuſio) reperiſſe fatetur, vbi (eſt) pro ſignificat accipiendum didicit: quod prodigioſum commentum exemplis è ſcriptura petitis cum nec ſibi, nec auditoribus perſuadere poſſet, narrat ſibi in ſomno viſum adeſſe monitorem (ater fuerit an albus, inquit in ſubſidio de Euch. nihil memini) qui diceret: Quin ignaue reſpondes, quod ſcribitur Exodi 12. eſt. n. Phaſe, hoc eſt tranſitus? ita Tilmannus Heſhuſius contra Caluinum, & Bezam. Huic errori alios adiunxit vt de peccato originali, quòd ſit tantùm naturę morbus, non peccatum: quòd, Pelagianiſmum reuocãdo, homo poſsit ſolis naturalibus virtutibus ſaluari vt Cato & Scipio, quos ſaluatos docet contra Vrbanum Regium: quòd Neſtorianiſmũ renouando, legendum ſit Io. 1. Verbum caro facta eſt, non factum, vti voluit Luterus lib. de concilijs. At poſtea tanta audacia in ipſum magiſtrum ſuum Luterũ inſurrexit, vt ipſum hęreticum ſcriberet, quòd ſententię ſuę de Euchar. repugnaret. Contra Luterus Zuinglium cum ſuis habet hęreticum. Porrò de Zuinglij morte inquit idẽ Lind. Certè dira Zuinglij mors ſuorum ciuium ſanguine, ac bello fratrum inteſtino cruenta, non minùs eſt memorabilis, quàm aut Arrij, cui viſcera viuo euellebantur: aut Neſtorij, cui viuo linguam exedebant vermes: aut Luciani, quem viuum diſcerpſere canes.

Zuinglio arma ſuppeditat diabolus contra Euch.

Cato, & Scipio ſaluati apud Zuingliũ.

Sectæ diſſectæ.

Zuinglij mors dira.

Hęc ſunt, quę nos ex varijs membris, & confusè ſparſis de hæreticorum vitis, ac ſectis velut in vnum corpus perfunctoriè collegimus: reliquum eſt, vt hìc breuiter perſtringamus concilia, quibus hæretici iſti vnà cum ſuis hęreſibus fuere damnati.

CON-

CONCILIORVM OMNIVM COMPENDIOSA SERIES, AC SVMMA

ad hæreſes iam dictas atque hereticos confutandos.

1 HIEROSOLIMITANVM primum ab Apoſtolis celebratum, quo definitur abſtinendum eſſe ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Act. Ap. cap. 15. ſub Petro Apo. & Claudio Tiberio Imp. an. D. 70.

2 Romanum primum contra Nouatum ſexaginta Epiſcoporum, ac totidem Presbyterorum: vbi eum cum ſequacibus ab Eccleſia alienum eſſe definitur: lapſos verò in certamine fraterna commiſeratione curandos, & fomentis pænitentiæ medicandos, ſub Cornelio P. & Decio Imp. an. D. 252.

3 Antiochenum Prouinciale contra Paulum Samoſatenum, ac cæteros quoſcunque, Chriſtum de celo deſcendiſſe negantes, volentes de terra initium habuiſſe, ac communis naturę tantùm fuiſſe hominem. ſub Dionyſio P. & Licinio Valeriano Imp. an. D. 266.

4 Ancyranum ab Ancyra Galatiæ Ciuitate poſt tempora Marcellini Papæ celebratum, Prouinciale quidem, ſed in ſexta ſynodo Gen. Conſtantin. in Trullo celebrata, receptum contra inuitos Dijs ſacrificantes, vel immolantes, ſub Euſebio P. & Diocletiano Imp. an. D. 318.

5 Neocæſareenſe in Clara Neocæſarea Ciuitate, quæ nunc Trapezuntium appellatur, in Prouincia Capadocię ſita, coactum 17. Patrum: cuius canones 14. ſexta ſynodus Gen. Conſtantin. in Trullo celebrata probauit: in quo primò omnium presbyter ab ordine ſuo deponitur, qui vxorem duxerit, contra negantes cælibatum: ſub Melchiade P. & Conſtantino Chloro Aug. an. D. 311.

6 Nicenum primum, vnum ex 4. Principalibus, in Nicea Bithiniæ,

niæ, vrbe celebratum, vbi 318. Epiſcopi congregati fidem integram, ſanctam, catholicam, & immaculatam expoſuerunt, Arrium, Photinum, & Sabellium damnantes, ſub Syluestro P. & Constantino Magno Imp. an. D. 315.

7 Romanum ſecundum 277. Epiſcoporum intra Thermas Domitianas congregatum, vbi & omnes, qui audent diſſoluere definitionem præfati Magni Concilij Niceni anathematizantur, & vltra in eo damnatos Calixtus quoque Arrianus damnatur, ſub Sylueſtro P. & Conſtantino Magno Imp. an. D. 320.

8 Elibertinum prouinciale 19. Epiſcoporum apud Elibertum Hiſpaniæ ciuitatem celebratum: vbi, & his, & qui poſt baptiſmum idolis munus dederint, & qui ad hæreſim tranſierint, redeuntibus pœnitentiam non eſſe denegandam definitur contra Nouatianos, Aceſium, Montaniſtas, &c. ſub Sylueſtro P. & Conſtantino Magno Imp. an. D. 322.

9 Arelatenſe primum prouinciale quidem, ſed authoritate Ro. Pontificis confirmatum, vbi de Paſchate D. eodem die, ac tempore obſeruando contra Paſchatitas, & Quatuordecimanos ſtatuitur, & de Arrianis rebaptizandis ad Eccleſiam redeuntibus ſi in nomine P. & F. & ſp. ſan. non fuerint Baptizati contra Brentium, ac alios, qui certam non admittunt formam; ſub Sylueſtro P. & Conſtantino Magno Imp. an. D. 323.

10 Grangrenſe in Paphlagonia, ſeu regione Pelaſgiorum celebratum, prouinciale quidem, ſed in 6. ſynodo Generali in Trullo celebrata confirmatum, vbi nuptias & eos, qui carnes edunt, & qui in Eccleſia ad orandum conueniunt execrantes: contemptoresque ieiuniorum, vel die Dominico ieiunantes anathematizantur, contra Tatianum, Aerium, Euſtathium, Iouinianum, & Valdenſes. ſub Sylueſtro P. & Conſtantino M. Imp. an. D. 324.

11 Arelatenſe ſecundum prouinciale, vbi inter cætera, ſi qui ſe carnali vitio repugnare neſcientes abſcindunt, ad clerum peruenire prohibentur contra Valeſios &c. ſub Sylueſtro P. & Conſtantino Mag. Imp. an. D. 328.

12 Carthaginenſe primum prouinciale, in quo Carthaginem ex diuer

uerſis prouincijs Aphricanis plurimi conuenientes Epiſcopi ſanxerunt illicitas eſſe rebaptizationes, & ſatis eſſe alienum à ſincera fide, & cath. diſciplina rebaptizari, contra Anabaptiſtas, Balthaſarem Pacimontanum, ac alios, ſub Sylueſtro P. & Conſtantino Magno Imp.an.D.330.

13 Romanum ſecundum, in quo conuenerunt 116. Epiſcopi contra Arrium, & eius ſectatores, cuius hæreſis tunc inualeſcebat, quem cum ſuis dogmatibus damnarunt, confirmaruntque acta in ſynodo Nicena, ſub Iulio 1.P. & Conſtantio Imp.an.D.342.

14 Colonienſe coactum fuit contra Eufratam blaſphemum, & hæreticum, qui Chriſtum negabat eſſe Deum: in quo ipſe damnatus eſt, & epiſcopatu priuatus, ſub Iulio 1. P. & Conſtantio Imperato.an.D.346.

15 Antiochenum, cui ſubſcribentes 30. Epiſcopi, qui in eodem conuenerant concilio, definierunt inter cætera, non licere Paſcha diuerſo tempore facere, nec cum Iudæis celebrare &c. contra Blaſtum, & Florinum: probatur in 6. ſynodo Gen. Conſtantin. in Triullo celebrata ſub Iulio 1. & Conſtantio Imp.an.D.347.

16 Sardicenſe congregatum eſt præcepto Conſtantij Imp. vt Athanaſio liceret ad ſuam redire Eccleſiam, à qua expulſus fuerat per Epiſcopos Arrianos, ex quo colligitur, quàm vel apud Imperatores fuerit execratum impium Arrianum dogma, contra eos, qui etiam nunc illud ſectantur. ſub Iulio 1. P. & Conſtantio Imperato.an.D.351.

17 Hieroſolymitanum ſecundum paulò poſt celebratum eſt, vt conſenſu omnium Epiſcoporum reſtitueretur Athanaſius ad ſuam priſtinam dignitatem, itidem contra pernicioſiſſimas Arrianas hæreſes, ſub Iulio 1. P. & Conſtantio Imp.an.D.352.

18 Sirmienſe paulò poſt itidem congregatum: in quo Patres tradiderunt contra Arrianos regulas fidei orthodoxas, id quoque Gene.19. interpretantes, Pluit Dominus à Domino: vt ſit ſenſus, pluit Dominus filius à Domino Patre, contra Sabellium, cæterosq; perſonas in Trinitate non diſtinguentes. ſub Iulio 1. P. & Conſtantio Imp.an.D.357.

19 *Laodicenſe prouinciale quidem, ſed confirmatum in 6. ſyn. Gen. in Trullo celebrata: in quo 22. Patres, Canonibus 59. regulas expoſuerunt Eccleſiaſticas præcipuè contra Nouatianos, vel quartodecimanos, quos Græci Teſſareſdecatitas appellant, & Cathaphrigas hæreticos, atque eos, qui cum hæreticis, & Iudæis verſantur: ſub Liberio P. & Conſtantio Imp. an. D. 364.*

20 *Conſtantinopolitanum vnum ex 4. Principalibus, 150. Patrum contra Macedonium Epiſcopum Conſtantinop. qui Spiritum Sanct. Deum eſſe negabat, celebratum eſt ſub Damaſo 1. P. & Gratiano Imp. an. D. 386.*

21 *Valentinum prouinciale apud Gallias celebratum, in quo 30. conuenientes Epiſcopi ex Canonibus 4. editis ſecundum de Puellis ſe Deo vouentibus formarunt, quod eſt contra Lamperianos, aliosque vota negantes. ſub Damaſo 1. P. & Gratiano Imperatore an. D. 386.*

22 *Talenſe prouinciale apud Aphricam contra Iouinianum, ac eius ſocios, celebratũ eſt ſub Siricio P. & Theodoſio 1. Imp. an. D. 339.*

23 *Carthaginenſe ſecundum prouinciale confirmatum in 6. ſynodo Gen. in Trullo habita, in quo primùm vt Trinitas, & credatur, & prædicetur, decernitur, quod eſt contra Trinitarios &c. celebratum eſt ſub Siricio P. & Theodoſio 1. Imp. an. D. 396.*

24 *Carthaginenſe tertium prouinciale, itidem confirmatum in 6. ſynodo Gen. in Trullo habita, in quo Cano. 6. decernitur nec mortuis baptiſma, nec Euchariſtiam dari, quod eſt contra Cataphrigas, Marcioniſtas, Montaniſtas, aliosque hæreticos, celebratum eſt ſub Siricio P. & Theodoſio 1. Imp. an. D. 197.*

25 *Carthaginenſe quartum prouinciale, cui interſuerunt Epiſcopi 214. confirmatum tamen in 6. ſynod. Gen. in Trullo celebrata, vbi recepta ſunt vniuerſa concilia Carthagine habita, in quo contra hæreticos multa ſunt decreta de ieiunio obſeruando; de Paſchate ſuo tempore celebrando: de Augurijs, & incantationibus euitandis: de oblationibus pro defunctis reddendis: de hæreticis euitandis; ac de his ſummopere honorandis, qui pro cath. fide perſecutiones patiuntur, celebratũ eſt ſub Siricio P. & Archad. Imp. an. D. 398.*

26 Tauri-

26 *Tauritanenſe prouinciale, in quo inter cætera de his ſynodali finitione ſtatuitur, qui ſe ab hæreticis ſeparauerint, vt ab Eccleſia cath. recipiantur, quàm cautè ſit procedendum, celebratum eſt D. Ambroſij Mediolanen. temp. ſub Siricio P. & Archadio, & Honorio Imp. an. D. 399.*

27 *Carthaginenſe quintum 73. Epiſcoporum, qui quindecim ediderunt canones, quorum quartusdecimus eſt de Baſilicis, quę ſine martyrum reliquijs dedicantur euertendis, quod eſt contra vigilantium, Porphyrium, Eunomium, Euſtathium, quin Luterum, Zuinglium, Caluinum, alioſque Hagiomaſtes ſanctorum reliquijs detrahentes: celebratum eſt ſub Anaſtaſio P. & Archadio Imp. an. D. 402.*

28 *Toletanum primum prouinciale, authoritate Leonis 1. Papæ confirmatum 19. Epiſcoporum: in quo præ cęteris canon eſt 21. de regulis, ac fidei catholicæ aſſertione contra Priſcillianiſtas, celebratum fuit ſub Anaſtaſio P. & Archadio Imp. an. D. 403.*

29 *Mileuitanum Auguſtini temp. celebratum ab Innocentio 1. P. confirmatum eſt contra Pelagianos, cui interſuit & Anſelmus Ro. Eccleſiæ Legatus, ſub Innocentio 1. P. & Archadio, & Honorio Auguſtis. an. D. 408.*

30 *Carthaginenſe ſextum prouinciale 217. Epiſcoporum in quo recitata fuit profeſſio fidei concilij Niceni contra multas hæreſes, atque hæreticos, celebratum fuit ſub Bonifacio 1. P. & Honorio Imp. an. D. 423.*

31 *Carthaginenſe ſeptimum prouinciale, in quo recitati fuere diuerſorum conciliorum vniuerſæ prouincię Aphricæ canones. 105. adiectaque capita concilij Niceni contra multas hæreſes, atque Arrianos, celebratum fuit ſub Bonifacio 1. P. & Honorio Impe. an. D. 424.*

32 *Epheſinum gen. vnum ex 4. principalibus contra Neſtorianam hęreſim habitum eſt, atque adeò ſumma totius doctrinæ chriſtianæ in eo tradita eſt, vt ex hac plurimæ aliæ deſtruantur hæreſes. ſub Celeſtino 1. P. & Theodoſio 2. Imp. an. D. 428.*

33 *Rhegienſe prouinciale à 13. Epiſcopis celebratum, in quo decernitur*

n tur præcipuè uid de hæreticis, & ſchiſmaticis obſeruari debeat ſi ad cath. fidem veniant, ſub Xiſto 3. P. & Theodoſio 2. Imper. an. D. 436.

34 Agathenſe prouinciale in Ciuitate Aghata in Gallia habitum eſt, à 35. Epiſcopis: in quo præ cęteris ne oblationes Eccleſiæ defraudentur, ne ieiunium quadrageſimale ſoluatur contra Pauperes de Lugduno, & quomodo hæreticis ipſis redeuntibus prouideatur, decernitur, ſub Xiſto 3. P. & Theodoſio 2. Imp. an. D. 438.

35 Aquileienſe prouinciale contra Palladium, & Secundinum Arrianos à Patribus ibidem damnatos celebratum eſt ſub Xiſto 3. papa, & Theodoſio 2. Imp. an. D. 440.

36 Arauſicanum prouinciale, in quo Canon. 25. ad Eccleſiæ Dei ſtabilimentum conditi ſunt contra eos præcipuè, qui de natura, & gratia, & libero arbitrio, atque de originis peccato hęreſes diſſeminarunt, vt Pelagiani, Luterani, Albanenſes, Armeni, celebratum eſt ſub Leone 1. P. & Theodoſio 2. Imp. an. D. 444.

37 Vaſenſe prouinciale, in quo præ cæteris, quæ contra catharos Acephalos Luteranos, de Defunctorum oblationibus, ac ſepulturis ſunt, diſponuntur, & propter hæreticorum aſtutiam, qua Dei filium non ſemper cum patre fuiſſe, ſed à tempore cæpiſſe blaſphemant, in omnibus clauſulis, poſt Gloria patri, &c. ſubiungi decernitur. Sicut erat in principio, &c. celebratum fuit ſub Leone 1. P. & Theodoſio 2. Imp. an. D. 446.

38 Carpentoractenſe prouinciale, in quo de his fit diſpoſitio, quæ clero, & Parochijs conferuntur contra Vuicleſſitas, fuit celebratum ſub Leone 1. P. & Theodoſio 2. Imp. an. D. 447.

39 Arelatenſe tertium, in quo de canonibus obſeruandis tractatum eſt contra multas hæreſes, & qualiter eccleſiaſticæ regulæ ſeruarentur definitum eſt contra Arnoldum, & Io. Vuicl. celebratum fuit ſub Leone 1. P. & Valentiniano Imp. an. D. 453.

40 Chalcedonenſe vnum ex 4. principalibus à 630. Patribus contra omnes hæreſes, præcipuè contra Euthychem Conſtantinop. Abbatem, & Dioſcorum eius defenſorem Alexandrinum Epiſcopum, celebratum eſt ſub Leone 1. P. & Martiano Imp. an. D. 457.

Vene-

41 *Veneticum prouinciale, in quo pauci Epiſcopi conuenerunt ſtatuentes 16. Canones de Regula Eccleſiaſtica &c. quod eſt contra Vuicleffitas: & ea, quæ in priorum Patrum ſtatutis ab eis viſa ſunt omiſſa, quibus fides corroboratur, & hæreſes deſtruuntur; celebratum eſt ſub Leone 1. P. & Martiano Imp. an. D. 458.*

42 *Turonenſe prouinciale, quod hortatur præ cæteris clericum ad caſtitatem, vt qui ad ſacrificium paratus ſemper eſſe debeat, quod eſt contra Luterum, & Bucerum, celebratum eſt ſub Leone 1. Imp. an. D. 462.*

43 *Romanum tertium prouinciale, à 50. Epiſcopis, qui potiſſimùm ſtatuerunt vt can. Niceni concilij, & Apoſtolicæ ſedis decreta cuſtodirentur, & ne bigami ad gradus Eccleſiaſticos accedant, quod eſt contra Bucerum, & Anabaptiſtas, celebratum fuit ſub Hilario P. & Leone 1. Imp. an. D. 466.*

44 *Tarraconenſe prouinciale, à decem Epiſcopis apud Tarraconem congregatis, in quo multa cleri, ac Epiſcoporum diſponuntur, & (vt refert Gratianus de conſ. di. 5. c. dictum) ne quis bis confirmetur, aut ter, ſicut nec baptizatur, quod eſt contra Anabaptiſtas, Luterum, ac alios negantes characterem, celebratum eſt ſub Felice 3. P. & Zenone Imp. an. D. 486.*

45 *Epaunenſe prouinciale 70. Epiſcoporum, qui decreta 40. ad inſtitutionem clericorum, Epiſcoporum, & Eccleſiarum pertinentia ediderunt, canoneſque aduerſus multas hæreſes confirmarunt, celebratum eſt ſub Gelaſio 1. P. & Anaſtaſio Imp. an. D. 494.*

46 *Illerdenſe prouinciale octo Epiſcoporum, in quo inter cætera de rebaptizatis, & de his, qui filios hæreticorum baptiſmati tradunt, quod eſt contra Anabaptiſtas, ac alios, decernitur; celebratum eſt ſub Symmacho P. & Anaſtaſio Imp. an. D. 502.*

47 *Valentinum prouinciale ſex Epiſcoporum, qui inter cætera cenſerunt, vt Euangelium ante munerum illationem in ordine lectionum poſt Apoſtolum legatur, ſic n. (inquiunt) nonnullos attractos ad fidem euidenter ſcimus: quod eſt contra Albigenſes, & Io. de Parma, celebratum eſt apud Valentiam Hiſpaniæ ciuitatem, ſub Symmacho P. & Anaſtaſio Imp. an. D. 510.*

48 *Aurelianenſe primum tempore Clodouei Regis Francorum, in quo ipſe profitetur ſe pariturum Eccleſiæ, & Papæ mandatis &c. quod eſt contra Pauperes de Lugd. & Pſeudoapoſtolos, celebratum eſt ſub Hoſmida P. & Iuſtino 1. Imp. an. D. 512.*

49 *Gerundenſe prouinciale, in quo prę cæteris ſtatuitur, vt expleta ſolemnitate Pentecoſtes in ſequenti ſeptimana per triduum abſtinentia celebretur, quod eſt contra Luterum, ac ſectarios, celebratum eſt ſub Hormida P. & Iuſtino 1. Imp. an. D. 513.*

50 *Cęſarauguſtanum prouinciale, in quo potiſſimùm ne quis die Dominica cauſa timoris, & perſuaſionis ieiunet, definitur, quod eſt contra Euſtachium Sebaſtien. Epiſcopum, celebratum eſt ſub Hoſmida P. & Iuſtino 1. Imp. an. D. 520.*

51 *Toletanum ſecundum, in quo extat edictum pijſſimi Imp. Iuſtiniani, quòd ſint in Trinitate tres perſonæ, & vna eſſentia: in Chriſto duæ naturæ & vna perſona; quòd B. Virgo propriè dicatur Dei genitrix, & quòd poſſint hęretici etiam poſt mortem anathematizari, fideique Eccleſiæ cath. confeſſionem continens, & omnium hæreſum refutationem præcipuè Rabbì Moyſis, Antiluteranorum, & Neſtorianorum, Ioanni 2. Papæ, tranſmiſſum, celebratum eſt ſub Ioanne 1. P. & Iuſtino Imp. an. D. 528.*

52 *Conſtantinopolitanum quintum generale, à 165. Patribus congregatnm contra Petrum, Anthimum, Seueram, Zoaram, & Ibam hæreticos; & contra Arrianos, Manichæos, Neſtorium, Origenem, cæteroſque, qui in Trinitatem, in Chriſtum, in B. Virginem blaſphemant &c. celebratum eſt ſub Felice 4. Bonifacio 2. Ioan. 2. Agapeto 1. Syluerio, & Vigilio PP. & Iuſtino Imp. an. D. 532.*

53 *Aurelianenſe ſecundum prouinciale extitit in Vrbe Aurelia ex præceptione Chriſtianiſſimorum Francorum Regum, vt ibi Patres de obſeruatione legis cath. & quid de nouis dogmatibus (ne quid ſerperet hæreſis) ſentirent expreſſè conſcriberent; qua ex re 22. can. ediderunt; quorum 18. eſt; ne Chriſtianus Iudæam, neque Iudæus Chriſtianam vxorem ducat, contra Euangelicos modernos iudaizantes, celebratum eſt ſub Vigilio P. & Iuſtiniano Impera. an. D. 543.*

54 *Aure-*

54 *Aurelianenſe tertium prouinciale in quo canon 21. eſt de operibus manuum, non autem his quæ ſuperſtitionem Iudæorum ſapiunt, die Dominico abſtinendis, quod eſt contra Lucam ſternberger hæreticum, celebratum eſt ſub Vigilio P. & Iuſtiniano Impera. an. D. 545.*

55 *Auermenſe prouinciale, cui inter cætera placuit, vt ſacrum quis Pontificij honorem non votis quærat, ſed meritis, ne diuinum videatur munus comparare rebus, ſed moribus: atque eminentiſſimæ dignitatis apicem omnium conſcendat electione, non paucorum fauore, contra multos Epiſcopos Arrianorum intruſos &c. celebratum eſt in Auerna vrbe conſentiente glorioſiſſimo, pióque rege Theodeberto, ſub Vigilio P. & Iuſtiniano Imptrato. an. D. 550.*

57 *Aurelianenſe quartum, in quo contra Paſchatitas, & Luteranos, & Io. Vueſtphalum Paſchatis celebratione, & Quadrageſimæ obſeruatione præcipuè diſponitur, celebratum eſt. ſub Pelagio 1. P. & Iuſtiniano Imp. an. D. 356.*

58 *Turonenſe ſecundum prouinciale, in quo canon. 13. de ieiuniorum antiquorum inſtitutis contra Aerianos, qui ieiunijs detrahunt, præcipuè eſt obſeruandus, celebratum eſt pro pace, & inſtructione Eccleſiæ ſub Pelagio 1. P. & Iuſtiniano Imperatore. an. D. 566.*

59 *Pariſienſe primum prouinciale, in quo canon. 4. ne quis vlla ratione ſanctimonialium coniugia ſortiatur, Luterum, qui excucullatus monialem duxit, aperte ſugillat, pro Eccleſiæ vtilitate celebratum eſt ſub Pelagio 1. P. & Iuſtiniano Imp. an. D. 567.*

60 *Aurelianenſe quintum, in quo inter cætera Eutychetis, & Neſtorij dogmata damnantur, & vt conuocetur quotannis concilium cauetur, celebratum eſt ſub Ioanne 3. P. & Iuſtino 2. Imperato. an. D. 568.*

61 *Hiſpalenſe primum prouinciale, ſed robur habens à ſede Romana, vt patet ex præfatione præſidente Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi, de diſponendis Eccleſiæ rebus poſt Epiſcopi exceſſum, quod eſt contra Vuicleff. aliosq; Eccleſiæ rerum vſurpatores, celebratum eſt*

ſub

ſub Pelagio 2. P. & Mauritio Imp. an. D. 584.

62 *Toletanum tertium in ſancta ciuitate regia Toletana editum in quo hæreſis Arrij in Hiſpania damnatur, celebratum eſt ſub Pelagio 2. P. & Mauritio Imp. an. D. 586.*

63 *Matiſconenſe primum prouinciale, in quo de Ieiunio Aduent. D. diſponitur, & ne quis ad periurium alios trahat prohibetur, quod eſt contra Priſcillianiſtas, &c. celebratum fuit ſub Pelagio 2. P. & Mauritio Imp. an. D. 587.*

64 *Matiſconenſe ſecundum prouinciale, in quo de oblationibus altaris die Dominico ab omnibus viris, & mulieribus faciendis, & de decimis fructuum locis ſacris reſtandis, contra Gerardum Sagarellum: & de reuerentia præſtanda clericis maximè diſponitur contra multorum hæreſes, celebratum eſt ſub Pelagio 2. P. & Mauritio Imp. an. D. 588.*

65 *Antiſiodorenſe prouinciale, in quo canon primus de ſtrenis cal. Ian. prohibendis, beneficijsque eodem die ſic tribuendis, ſicut & reliquis diebus: ſecundus de ſuperſtitionibus: tertius de ſortilegijs, & augurijs contra ſuperſtitios, & Gentiles, ac etiam hæreticos ſuntcautè obſeruandi, celebratum eſt ſub Theodoto P. & Heraclio Imp. an. D. 616.*

66 *Hiſpalenſe ſecundum prouinciale, in quo damnatur hæreſis cuiuſdam Epiſcopi Acephalorum natione Syri, prolixè, ac doctè vtraque in Chriſto probatur natura: celebratum eſt ſub Honorio I. Papa, & Heraclio Imp. an. D. 623.*

67 *Toletanum quartum, in quo explicitus eſt articulus de deſcenſu Chriſti ad inferos contra Vbiquetios, & quòd nos in ea, qua viuimus, carne, & qua Chriſtus reſurrexit forma reſurgemus, contra Cerinthum, Saducæos, & Albanenſes excommunicanturque quicunque librum Apocalypſeos non recipiunt contra Alogianos celebratum eſt ab omnibus Hiſpaniæ, & Galiciæ Epiſcopis ſub Honorio I. P. & Heraclio Imp. an. D. 636.*

68 *Toletanum quintum prouinciale 20. Epiſcoporum præſidente Eugenio Eccleſiæ Toletanæ & prouinciæ Carthag. Epiſcopo Metropolitano, in quo de Litanijs, contra Catharos, aliosque negantes inter-*

interceſſionem ſanctorum, peragitur: & de electione Regum Gotticę gentis diſponitur contra Io. Vuicleſſum, qui Papam Cæſari ſupponit, celebratum eſt ſub Theodoro P. & Heracleona Heraclij filio Imp. an. D. 640.

69 *Toletanum ſextum prouinciale 54. Hiſpaniæ, & Galiciæ Epiſcoporum (in quo explicatur, licèt tota cooperata ſit Trinitas formationem ſuſcepti hominis, quia inſeparabilia ſunt opera Trinitatis) ſolum tamen filium humanitate ſuſcepiſſe in ſingularitate perſonæ contra Neſtorium, & Proclianitas, non in vnitate naturæ &c. & vt Hiſpaniarum reges iuramentum præſtent de expellendis à ſuo regno infidelibus decernitur contra Muntzericos, celebratum eſt ſub Theodoro P. & Heracleona Heraclij filio Imp. an. D. 641.*

70 *Bracarenſe primum Tulgæ, Gotthi Regis temp. in Hiſpania citeriori ab Epiſcopis Galiciæ prouinciæ celebratum eſt: in quo lecta ſunt capitula Epiſcoporum Tarraconenſium, Luſitanorum, & Beticorum contra hæreſes Priſcil. Manich. Cerdon. Martion. Photin. & Pauli Samoſateni, vt regula fidei habita, ſub Theodoro P. & Conſtante Conſtantino 3. filio Imp. an. D. 644.*

71 *Bracarenſe ſecundum prouinciale, in quo inter cætera, quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectant, de Ieiunio Quadrageſimę indicendo in ca. 9. etiam diſponitur, quod eſt contra Luteranos, celebratum eſt ſub Theodoro papa, & Conſtautino Imp. an. D. 466.*

72 *Toletanum ſeptimum, in quo multa iam definita repetuntur aduerſus hæreſes, & pro euentu languoris in clerico miniſtrante, & exequijs morientis Epiſcopi diſponitur, celebratum eſt ſub Martino 1. papa, & Conſtante Imp. an. D. 648.*

73 *Lateranenſe primum in vrbe Roma celebratum eſt à 105. Epiſcopis aduerſus Sergium, Pyrrhum, & Paulum Patriarchas Conſtantinopolitanos, & Cyrrum Alexandrinum, & Theodorum: qui, quòd nouitates contra immaculatam fidem præſumpſerant innectere, anathematis vltione ibidem percuſſi ſunt, ſub Martino 1. papa, & Conſtante Imp. an. D. 650.*

74 *Toletanum octauum 55. Epiſcoporum, in quo pronunciatur Symbolum*

dorum, omnes Archiep. Conſtinop. habitum eſt, impiè docentes vnam voluntatem, & operationem in diſpenſatione incarnationis D. N. Ieſu Chriſti, ſub Agathone P. & Conſtantino 4. Imperato. an. D. 670.

81 *Toletanum duodecimum, in quo & quòd ſacerdos ſacrificans, ſemper communicet contra Luterum, & ne ad Eccleſiam metu, vel terrore confugiens inde vi abſtrahatur, definitur, contra Valdenſes, celebratum eſt ſub Leone 2. P. & Conſtantino 4. Imper. an. D. 683.*

82 *Toletanum tertiumdecimum, in quo Flauius Eringius Rex Eccleſię prælatos in hæc verba tantiſaciens, Ecce ſanctiſſimi religioſa pietate excelendi Pontifices coram cętus veſtri reuerentia humilis proſternor, votorum meorum ſtudia veſtris iudicijs dirimenda committens, &c. arrogantiam hæreticorum Euangelicorum noſtri temporis confundit, qui authoritatem, & iudicium Paſtorum Eccleſiæ adeo paruipendunt; celebratum eſt ſub Sergio 1. P. & Iuſtiniano 2. Imp. an. D. 690.*

83 *Synodus mandato Apoſtolico à Sancto Bonifacio, & Francorum Epiſcopis habita, cuius præfatione, quæ eſt. Ego Carolus Magnus &c. cum conſilio ſeruorum Dei, & optimatum meorum Epiſcopos ad ſynodum congregaui, vt mihi conſilium darent, quomodo lex Dei, & Eccleſiaſtica religio recuperetur, &c. confunduntur Anaſtaſius Imper. Vuicleffitæ, ac alij hæretici, qui Eccleſiaſtica maieſtati tam impiè detrahunt, ſub Zacharia P. & Carolo Magno Duce &c. an. D. 742.*

84 *Nicenum ſecundum, quod Gręci ſeptimum gen. appellant, contra eos celebratum eſt, qui imagines ſanctorum in Eccleſijs damnant, & eijciunt: in quo earum expreßiones adorandas, & amplectendas relatiuè & honorandas ſanctorum reliquias decretum eſt, contra noſtri temporis Luteranos, & Sectarios omnes, ſub Adriano 1. P. & Conſtantino 6. Leonis 4. filio, & Irene Matre, an. D. 781.*

85 *Maguntiacum, in quo fidem operibus indigere, & ſacramenta Chriſtiana ſecundùm Romanum ordinem celebranda definitur, con-*

tra Luterum, Bucerum, & alios: ſtatuitur etiam quòd decimę den tur, quia Deus ipſe ſibi dari conſtituit, & quod Reum confugientem ad Eccleſiam nemo abſtrahere audeat, celebratum eſt ſub Leone 3. P. & Carolo Magno Imp. an. D. 813.

86 *Concilium Vuormacienſe prouinciale, in quo fuſiùs quæ habentur in Symbolo explicantur, prẹcipuè quòd Dei filius perſonam hominis non accepit, ſed naturam iccircò filius Dei, & filius hominis vnus eſt Chriſtus contra Seuerum, & Neſtorium, celebratum eſt ſub Leone 3. P. & Carolo Magno Imp. an. D. 815.*

87 *Rehemenſe prouinciale, in quo lectæ ſunt ſententiæ libri Paſtoralis D. Gregorij pro Eccleſiæ Paſtorum regimine, celebratum eſt ſub Leone 3. P. & Carolo Magno Imp. an. D. 816.*

88 *Conſtantinop. octauum generale, quod totum conſumitur in depoſitione Photij ex ſeculari militia ſubito Eccleſiæ contra canones præfecti, ac eius condemnatione, hæreſiumque omnium cum Iconomachis, atque Ignatij Archiep. Conſtantinop. reſtitutione: Anathematizantur quoque aſſerentes duas hominis eſſe animas: celebratum eſt ſub Adriano 2. P. & Baſilio Conſtinop. Imperato. an. D. 870.*

89 *Triburienſe prouinciale à 22. Epiſcopis Germanorum celebratum eſt, in quo inter cætera, nec vinum ſine aqua, contra Græcos hęreticos, nec aquam ſine vino contra Aquarios, calice offerri definitur, ſub Stephano 5. P. & Carolo Craſſo Imp. an. D. 888.*

90 *Lateranenſe 2. magnum Concilium, cui interfuerunt Hieroſolymitanus, & Conſtantinopolitanus Patriarcha, Metropolitani 70. Epiſcopi 400. Abbates 12. Priores conuentuales 800. Gręci, & Romani Imperij Legati, Regum Hieruſalem, Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ, & Cypri Oratores, adiuuante inſuper B. Dominici, & Franciſci, è quibus Prædicatorum, & Minorum ordo proceſſit, ſanctitate, vniuerſos damnando hæreticos, etiam ſeculares Poteſtates per cenſuram Eccleſiaſticam contra eos impellendos decernit, atque Epiſcopum ad expurgandas hæreſes negligentem eſſe deponendum, & de ſacramentali peccatorum confeſſione, atque Euchariſtiæ ſumptione diſtinctè, ac clarè definit. Celebratum*

bratum eſt ſub Innocentio 3. P. & Philippo Barbaroſſæ filio Impe. an. D. 1215.

91 *Lugdunenſe; in quo definitur; quòd Spiritus S. æternaliter ex patre, & filio contra Græcos, non tanquam ex duobus principijs, ſed ex vno, non duabus inſpirationibus, ſed vnica procedit, celebratum eſt ſub Gregorio 10. P. & Rodulpho Imp. an. D. 1274.*

92 *Viennenſe gen. in quo conſtitutiones, ac definitiones, quæ in volumine referuntur Clementinarum, probantur; contra Vuicleffitas: conſtituitur, vt feſtum corporis Chriſti, feria 5. poſt octauam Pentecoſtes celebretur, conceſſis indulgentijs his, qui diuino officio interfuerint, ad confutandas quamplurium hæreticorum hæreſes; celebratum eſt ſub Clemente 5. P. & Alberto primo Impe. an. D. 1313.*

93 *Conſtantienſe inchoatum tempore ſchiſmatis, quo ferebantur Pontifices Romani Io. 23. Benedictus 13. & Gregorius 12. in quo damnantur Io. Vuiclef. Io. Huſſ. Io. de Braga cum eorum articulis, celebratum quidem fuit ſub Io. 23. P. & Sigiſmundo Impe. an. D. 1415. ſed in his tantùm habet robur, in quibus per Bullam Martini 5. & Nicolai 5. Pontificia authoritate probatur.*

Baſilienſe ſub Martino 1. P. & Sigiſmundo Impe. An. Dom. 1431. celebratũ, hic conſultò fuit prætermiſsũ.

94 *Florentinum Gen. in quo acutiſſimis habitis diſputationibus inter Latinos & Græcos, de ſacramentis, de proceſſione Spiritus Sancti, de igne purgatorio, ac ſuffragijs defunctorum, de Papæ principatu &c. tandem omnia definierunt iuxta veram doctrinam, quam tenet, ac prædicat Eccleſia cath. Romana, atque eius Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, ſucceſſorem que eſſe B. Petri principis Apoſtolorum, ac verum Chriſti Vicarium, & totius Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem, ac doctorem, & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à D. N. Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe: quemadmodum etiam in geſtis Oecumenicorum Conciliorum, & in ſacris canonibus continetur, celebratum eſt ſub Eugenio 4. P. & Sigiſmundo Imp. an. D. 1432.*

95 *Synodus, vel potius congregatio ex ſpeciali commiſſione Sixti papæ 4. per R. Alfonſum Carillum Archiepiſcopum Toletanum*

compluti facta eſt, in quà concluſiones ex libello Petri oxomenſis S. Theologiæ profeſſoris diſcuſſæ & examinatę damnatę fuerunt, ſub Sixto 4. P. & Friderico Imp. an. D. 1479.

96 *Lateranenſe tertium gen. in quo inter cætera damnantur aſſerentes animam intellectiuam mortalem, aut vnicam in cunctis hominibus eſſe, & hæc in dubium vertentes, contra Arabicos, libertinos, Trinitarios, celebratum eſt ſub Iulio 2. atque Leone 1. PP. & Maximiliano 1. Imp. an. D. 1513.*

97 *Tridentinum Generale, & Oecumenicum tandiu, multumque ab vniuerſis fidelibus deſideratum indictum fuit à Paulo 3. P. ad extinguendas hæreſes per Martinum Luterum in Germania excitatas, in quo de libris canonicis, de originali peccato, de iuſtificatione, de fide, de operibus, de libero arbitrio, de ſacramentis, de Miſſa, atque eius ſacrificio cum omni apparatu, atque ſolennitate definiuntur canones, quibus hæreſes omnes, præcipuè quæ hac noſtra tempeſtate pullulare cęperunt, irrefragabili tùm ſacræ ſcripturæ, tùm ſanctorum Patrum authoritate condemnantur: celebratum eſt autem præſidentibus legatis Apoſtolicæ ſedis Io. Maria Cardinale Epiſcopo Præneſtino, & Marcello Presbytero Cardinale S. Crucis, & Reginaldo Polo Anglo Diacono Cardinale, ſub Paulo 3. Iulio 3. Marcello 2. Paulo 4. Pio 4. PP. & Carolo 5. & Ferdinando Imp. an. D. 1545.*

Leguntur quidem apud alios multa alia celebrata concilia: cæterùm quia vel non extant integra eorum exemplaria, vel adhuc ad manus noſtras non peruenerunt: ob idque nihil firmi, ac certi habemus quod ad noſtrum pertineat inſtitutum: iccirco ea ipſa hìc nos recenſere ſuperfluum iudicauimus.

LAVS DEO HONOR ET GLORIA.

FINIS.

LIBER SECVNDVS TAM DE HAERETICIS PROPOSITIONIBVS,

quibus fides catholica euerti poſſet: quàm de alijs cuiuſcunque generis euitandis, quibus eadem infirmari vel minimum contingat:

IN GRATIAM, ET COMMODVM ADMODVM R. R. D. D. violatæ fidei Inquiſitorum, ex Authorum monumentis tùm veterum, tùm recentium alphabetico ordine collectis.

AD THEOLOGVM.

CAVENDVM eſt, ſi in erroribus iſtis, atque hęreſibus iudicandis benè ſibi quiſque conſultum velit, ne propoſitionibus hìc collectis nimiùm prorsùs confidat. Noſtrùm namq; inſtitutum fuit, qua potuimus integritate ex Authoribus

non minùs pijs, quàm claris, ac fide dignis, hùc ſolùm eas ſimplices transferre. Quò fit, vt conſulere oporteat tùm Authores ipſos, ex quibus ſunt deductę, tùm Regulas noſtras, quibus ſunt dijudicandæ, vt ex altero fons limpidus aperiri, ex altero iudicium ſanum præberi poſsit. Cæterùm ne Catholici confundantur cum hæreticis, primo quidem libro Catholicorum Authorum Indicem, ex quibus hęc, cęteraq; ad vniuerſum hoc opus ſpectantia decerpta ſunt, conſultò prĕmiſimus, quemadmodum & tertio hæreticorum præmittemus: vt cum hìc legitur: Hęr. Begard. Gabr. Pr. Begardi: (inter hęreſis authorem, ac Relatorem diſtinguendo) ſic intelligatur: Hæreſis Begardorum, vt refert Gabriel Prateolus de ſectis hæreticorum, Titulo Begardi: & huiuſmodi. Hæc itaque ſedulò obſeruaturus vale.

A

1 ABBATIS Ioachim doctrina excellit doctrinam Chriſti, & conſequenter nouum, & vetus Teſtamentum:
Directorium Inq. p. 2. inter err. Io. de Parma. error primus.

2 Abbatis Ioachim clareſcente opere euacuabitur Euang. Chriſti. *Ibidem error 11.*

3 Abbatis Ioachim opus euang. dicitur æternum: ſiue euange. ſpiritus ſancti. *Ibidem.*

1 ABBEL apud Inferos manere, eò quòd ad Chriſtum non acceſſerit, quando, ſcilicet, Chriſtus ad inferos deſcendit.
Hær. Marcion. Gabr. Prat. Marcion. 9.

1 ABIVRARE Chriſtum corã hominibus non eſſe peccatũ.
Hær. Georgij David. Gabr. Prat. Georgius David 5.

2 Abiuratio Dæmonum de infantibus, vel alijs bonis creaturis Dei, eſt ſuperſtitio, & præſumptio.
Error Caluini. infrà, Caluinus.

1 ABSOLVERE poteſt in ſacramento Pœnitentiæ infimus ſacerdos ęquè vt Epiſcopus, & Papa.
Hæreſis Lutheri. Alfonſus Caſtr. Abſolutio 1. & 2. ad. hær. Gabr. Prat. Luth. 15.

2 Abſoluere poteſt, vbi non eſt ſacerdos, æquè quilibet chriſtianus, etiam ſi mulier aut puer ſit. *Ibidem.*

3 Abſolutum qui ſe credit, abſolutus eſt, etiam ſi contritio deſit. *Ibidem.*

4 Abſolutio cenſenda eſt efficax, non quia fit, à quocunque tandem fiat, erret, vel non erret, ſed quia creditur. *Ibidem.*

5 Abſolui non debere pœnitentem, non peracta pœnitentia.
Recenſetur inter err. Petri de Oſma, ab Alſ. Caſt. ad. hær. conf. 1. Damn. in extrau. Sixti 4. ſum. Conc. Abiur. dicti Petri.

6 Abſoluere non poteſt Papa. *Infra, Papa.*

7 Abſolutio raptoris abſque vlla reſtituendæ rei alienę ſatiſfactione. *Infra, Reſtitutio.*

8 Abſoluendus eſt pœnitens ſacramentaliter etiam à reſeruatis ab inferiori, hac lege, vt poſtea coram ſuperiore compareat, non vt eum abſoluat, ſed vt cognoſcat vultum peccoris ſui.

Aſſertio Adriani nunc in Conc. Triden. damn. Seſſ. 14. *can.* 11. *refert frat. Ioſeph Angles. ord. Min. lib. flores quæſt. Theolog. de confeſſ.* 11

9 Abſoluere, & ligare non poteſt ſacerdos peccator, cum ipſe ſit peccato ligatus.

Err. Pauperum de Lugd. ſum. fratris Yeconeti, in Bibliot. Vaticana Romæ manuſcripta.

10 Abſoluere poteſt, & pęnitentiam iniungere quilibet bonus, & ſciens laicus.

Ibidem. Infrà, ſacerdos peccatum.

1 ACCIDENS eſſe, vel poſſe eſſe ſine ſubiecto, impoſsibile eſt ipſi Deo.

Inter er. Rabbi Moyſi. Direct. Inq. 2. *par. quęſt.* 4.

2 Accidentia panis, & vini non manent, ſine ſubiecto in eodem ſacramento.

Err. Io. Vuicleff. 2. *Gabr. Prat. Io. Vuicleff.*

1 ACCVSARE in iudicio non licet Chriſtianis.

Error Steblerorum, qui nuncupantur & Baculares ſecta Anabaptiſtæ. Idem docuit Luth. in art. à Sorbona damnatis, teſte Staphylo, quem refert Gabriel Prat. Steblerí.

1 ADAM, & Euam primos parentes eſſe perpetuò ob inobedientiæ peccatum damnatos.

Hær. Tatiani ſyri hæretici, quem refert Alſ. Ad. hęr. Adam 1. *& Gabr. Pr. Encratię, ſeueriani. Tatiani.*

2 Adam poſt peccatum perdidiſſe Dei imaginem.

Err. Originis, vt vult Epiphanius, quod verum eſt, ſi intelligamus imaginem ineſſe naturæ, non gratiæ, vt refert Alſon. Caſtr. Ad. hær. Adam 2. *Gabr. Pr. Origeniſtę.*

Adam

3 Adam, & Eua, ſi in iuſtitia permanſiſſent, non coiuiſſent vnquam.
Hær. Armenorum Alſon. Caſtr. Ibidem. Adam 3.

4 Adam, & Eua ſi in iuſtitia permanſiſſent, humana ſpecies non fuiſſet per comixtionem propagata; ſed vt Angelica.
Ibidem.

5 Adam, & Eua ſi in iuſtitia permanſiſſent nullam fuiſſe ſexuum differentiam, ſed æquè, ac Angelorum multiplicationem fuiſſe hominum.
Hær. Almarici doct. Pariſ. hæretici damnati in Conc. Later. Alſ. Caſtr. ibidem Gabr. Pr. Almaricus Pariſ. Armeni. extr. de ſum. Trin. 6. damnamus.

6 Adam non à Deo, ſed à Principe materia Seuela fictum, & Euam ſimiliter, ſed inanimatam creatam, & immobilem.
Hær. Manetis. eiusque ſectarum Manichæorum. Gabr. Pr. Manichæi.

7 Adam in forma Terrę fuiſſe creatum.
Err. Manetis. Ibidem.

8 Adæ peccatum fuiſſe occultum Dei Decreto ordinatum.
Hær. Caluini. Gab. Prat. Caluiniſtæ.

9 Adam non ex culpæ demeritò, ſed conditione naturæ mortuus eſt.
Hær. Pelagij damn. in Conc. Mileuit. ſub Innoc. 1. Alſon. Caſtr. ad. hær. Adam 3. Gabr. Pr. Pelagius.

10 Adam etiam ſi non peccaſſet, nihilominus mortuus fuiſſet.
Hær. Pelagij. ibidem.

11 Adam non fuiſſe à Deo.
Hær. Albanen. Gabr. Prat. Albanenſes.

12 Adam aliquid malum fuiſſe.
Hær. Albanenſium. ibidem.

13 Adæ primi hominis Animam prius fuiſſe formatam, quàm corpus.
Errorem hunc fuiſſe Ioannis Epiſc. Hieroſolym. ait D. Hieronymus, quem refert Alſ. Caſt. ad. hær. Anima 3.

Adæ

14 Adæ corpus fuiſſe priùs formatum, deinde animam creatam, & illi infuſam, aſſerere, eſt hæreticum.
Hanc aſſertionem, vt erroneam impingit Philaſtro Brixienſi. Alſ. Caſt. Ibidem.

15 Adam in ſtatu Innocentiæ numquam habuit vnde poſſet ſtare.
Hær. Trinitariorum, qui ſecta ſunt Antiluterani nuncupati Deiſtæ, Arriani. Gabr. Pr. Trinitarij.

16 Adæ præuaricatio, peccatum. Iuſtitia origin.
Infrà peccatum.

17 Adæ formationem de limo terræ, & Euam de Coſta eius ac ſerpentis tentationem allegoricè, & figuratè, non Hiſtoricè, eſſe intelligendam.
Err. olim Origeniſtarum. dam. in 6. ſynodo, act. 11. Melchior can. de locis Theologicis. lib. 12. cap. 7.

18 Adæ Coſta, ex qua Eua dicitur formata, non re ipſa, vt littera Gen. habet, eſt intelligenda, ſed ſecuudum miſterium, non quidem per allegoriam, ſed per parabolam.
Err. Tho. de Vio Caiet. infrà Eua.

19 Adę peccatum fuiſſe occulto Dei decreto ordinatum.
Hær. Caluini. Gabr. Pr. Caluiniſtæ. infrà Deus.

Serpens. 1 ADORANDVM eſſe Serpentem, quòd ſerpens, qui decepit Euam, fuerit Chriſtus.
Hunc tenentes errorem dicuntur, ophitæ ab Auguſt. de hær. cap. 17. Gabriel Prat. Ophitæ. Infrà, Serpens.

Cain. 2 Adorandum eſſe Cain.
Id aſſerunt Cainani, teſte Philaſtro credentes Cain maioris fuiſſe virtutis, quòd præualuerit in fratre occidendo. Gabr. Pr. Cainani. Infrà Cain.

Seth. 3 Adorandum eſſe Seth.
Id ſomniarunt Sethiani, teſte Philaſtro, credentes Seth ex ſuprema matre, velut ſemen diuinum eſſe natum. Gabr. Prat. Sethiani. infra Seth.

Angeli. 4 Adorandos eſſe Angelos.

In

In hoc errarunt Angelici enumerati inter hęreticos ab Aug. ut reſ. Gab.Pr. Angelici 2.quòd Angelos,vt Deum colerent; Infra Angeli.

5 Adorandum eſſe Solem. Sol.

In hoc cæcutiunt Heliognoſtici arbitrantes Solem omnia, quæ Dei ſunt,ſcire,cunctaq; vitæ neceſſaria miniſtrare,enumerati inter hær. à Philaſtro.vt reſ.Gabr.Pr.Heliognoſtici, infra. Sol.

6 Adorandam Mariam Virg. vt Deum. Maria.

In hoc muliebre genus lubricum inciderunt Colliridiani,ſic nuncupati ab Epiphanio, quòd collyridem Mariæ Virg. tanquam Deo offerrent.vt reſ. Gabr.Pr. tit.Collyridiani. Infra Maria.

7 Adorandum eſſe Iudam illum proditorem. Iudas.

Id aſſerunt Cainani, arbitrantes ſcælus ab eo perpetratum fuiſſe ingens beneficium. vt reſ.Gabr.Pr. tit. Cainani. infrà Iudas.

8 Adorandos eſſe Sodomitas, chorè, Datan, Abiron: quòd cum ſchiſma in primo Dei populo feciſſent, terra dehiſcente, perierint. Sodomitę chorè, Datan, Abiron.

Hoc nephandiſſ. ſcælus perhibentur euomiſſe Cainani. ut reſ. Gabr. Prat. ibidem.

9 Adorandum eſſe dæmonem. Dæmon.

Id aſſerunt Dæmoniaci, teſte Hoſio,decies in die colentes Dæmonem.vide Gabr.Pr. tit.Dæmoniani.

10 Adorandos eſſe Mures, Muſcas, Ranas, Arbores. Mures; Muſchæ; Ranæ. Arbores.

Partim ab Alſ.Caſt.ad.hær.Idololatria: partim à Gabr.Pr. inter hær.recenſentur Tit.Muſoritæ, Muſcaronitæ, Ranatitæ, partim à Philaſtro Brix. tit. Baalitæ.

11 Adorandum ſolum Deum.

Suſpecta propoſitio eo modo,quo ab hæret.eſt doducta ex 5.Deut.vt excludatur ſanctorum adoratio. vt notat Cenſura generalis contra error.quibus Hæret.aſperſerunt s.Bibliam.

12 Adorandum nullo pacto eſſe crucem Domini noſtri.

Hær.Claudij Epiſc.Taurin.vt reſ. Alſ. Caſtr. ad.hær. Adoratio 1. Infra Crux.

13 Adorandam nullo pacto Euchariſtiam. *infrà Euchar.*

Hær.Io.Oecolampadij, vt reſ.Alſ.Caſt,ad.hær. Adoratio 2.

Ado-

14 Adorandas nullo pacto eſſe imagines.
Infra. Imago.

1 AB AGENTE ſolo non poteſt eſſe potentia in productione rei.
Inter errores Aueroiſ, hoc refert Direct. Inq. 2. p. q. 4.

2 A nullo agente poſſunt progredi contraria diuerſa.
Err. Auerrois. ex hoc enim infertur Deum non habere potentiam ex nihilo creandi aliquid, & contraria, & diuerſa producendi. Ibidem.

1 ADVOcati, vel mediatores, alij ſunt ante Deum pro nobis, quàm ſolus Ieſus Chriſtus.
Hunc art. tanquàm erroneum Caluiniſtæ impingunt Papiſtis. Infra Caluinus.

1 ANGELOS ſiue bonos, ſiue malos non eſſe à Deo creatos.
Hær. Hermani Ruſſuich, quam refert Alſ. C. ad. hær. Angelus 1. & Gabr. Pr. Hermanus Ruſſuich.

2 Angelos ſeptem ſolos feciſſe Mundum præter conſcientiam Dei patris.
Hær. Saturnini. vt refert Alſon. Caſtr. ad. hær. creatura 1. & Gabr. Pr. tit. Saturnini.

3 Angelos creaſſe Mundum.
Hær. Menandri quam refert Gab. Pr. tit. Menandriani.

4 Angelos vinci non poſſe ab hominibus, niſi Magicæ artis diſciplina.
Hær. Menandri. ibidem.

5 Angelos ex Dei ſubſtantia extitiſſe.
Hær. Manich. & Priſcil. damn. per Conc. Brac. c. 5. d. ſi quis credit Angelos ex Dei ſubſtantia, vt Manichæus, & Priſcillianus, anathema ſit. vide Alſ. Caſt. ad hær. Anima 4. infra Anima.

6 Angelos feciſſe Mundum, ipſos autem factos à quibuſdam ſenſibus de cœlo præditis, genusq; humanum fefelliſſe.
Hær. Simonis Magi, vt ref. Gabr. Pr. tit. Simoniaci.

7 Angelus in inſtanti ſuæ creationis fuit malus, & nunquam niſi malus.

Hær.

Hær. Trinitar. Gabr. Pr. Trinitarij.

8 Angelos aliquid creare.
Hær. Arnaldij Gabr. Pr. Arnaldiſtę.

9 Angelos creatores eſſe animarum noſtrarum.
Hær. Seleucianorum, & Hermianorum. Gabr. Pr. Seleuciani, &c.

10 Angelos, & non ſolum Deum, eſſe colendos.
Hær. Angelicorum. quos Aug. inter hær. enumerat. Gabr. Prat. Angelici.

11 Angelos nihil eſſe.
Hær. Libertinorum. Gabr. Prat. Libertini.

12 Angelos non eſſe.
Hær. Doſithei. Gab. Pr. Doſitheus.

13 Angelos, principes, ac Mundum in die recti Iudicij ſe iudicaturum, dixit Meno quidam Friſius, ſua doctrina.
Vt refert. Gab. Pr. Mennonitæ.

14 Angelorum malorum creationem vniuerſæ Carnis eſſe opificium, non Dei. *Infrà Creatio.*
Hær. Manich. & Priſcil. Damn. in Conc. Braccar. 1. ſub papa Honorio 1. can. 13. Lat. extr. de ſumma Trin. Alſ. Caſtr. ad. Hær. Crat. 1. Gab. Prat. Patriciani.

15 Archangelos creaſſe mundum.
Hær. Archonticorum. Gab. Pr. Archontici.

16 Angeli ſunt creatores corporum: Deus verò animarum.
Inter err. Philoſophorum recenſet Direct. 2. par. quęſt. 4.

18 Angeli tot ſunt, quot ſunt Orbes, qui ſunt quadraginta, vel quinquaginta.
Inter err. Ariſt. Ibidem.

18 Angeli ſunt tantùm decem.
Err. Algazelis Philoſ. Ibidem.

19 A primo Angelo proceſsit ſecundus, & deinceps vſque in finem.
Err. Algazelis Phil. ibidem.

20 Angelus vltimus pręeſt omnibus inferioribus rebus, à quo tota noſtra perfectio, & intelligentia prouenit. Et in cuius

cognitione tota noſtra beatitudo conſiſtit: & in cuius ſeparatione totá pęna animæ noſtræ conſiſtit.
Err. Algazelis Phil. Ibidem.

1 ANIMA rationalis, inquantum rationalis non eſt forma corporis humani.
Hęr. Petri Ioannis damnata in Conc. Vien. Clem. de ſumma Trin. Alſ. Caſtr. ad. hær. Anima. 1. Gabr. Pr. Petrus Ioannis.

2 Animam hominis non factam à Deo per filium, ſed de terra eſſe.
Hær. Seleucianorum. Gab. Prat. Seleuciani.

3 Animam rationalem hominis ſalutis fore expertem, eò quòd Dei Verbum, ſicut reliquam corporis partem, eam non receperit.
Hęr. Timothei. Gabr. Prat. Timothæus Apollinaris hæretici diſcipulus.

4 Animam rationalem hominis in terra manere, vt quę à Dei verbo recepta non ſit, ignominia hucuſque circundatam, corpus verò terren. in cęlo ab intellectuali militia adorari.
Hær. Timothei. ibidem.

5 Animam rationalem priùs eſſe formatam, quàm corpus S. Adam.

6 Animam rationalem ex Dei ſubſtantia extitiſſe, aut Dei ſubſtantiam eſſe, aut Dei naturam.
Hær. Gnoſticorum, Manich. damn. in Concil. Brac. 1. Alſ. Caſt. ad. hær. Anima 4. Gab. Prat. Apocaritæ, Brachitę, Dicaritæ. Fauſtus Manichæus. Gnoſtici. de quibus. C. de hæreticis. & Manichæis.

7 Animas non creari à Deo.
Hær. Seleuci. Et Hermias. Gab. Prat. Meſſaliani. Alſ. Caſt. ad. hær. Anima. 5.

8 Animas factas eſſe ab angelis.
Ibidem. & Gabr. Pr. Seleuciani.

9 Animas factas eſſe ex igne.
Hær. Enthuſiaſtarum. Gab. Prat. Enthuſiaſtæ, Seleuciani. Alſon.

Caſt.

Caſtr. ibidem.

10 Animam hominis eſſe corpoream, quamuis immortalē.
Hic err. Tertulliano impingitur. Gabr. Prat. Tertullianiſtæ. Alſ. Caſt. ibidem. Idem.

11 Anima filij ex anima Patris, veluti corpus ex corpore generari.
Err. eiuſdem. ibidem.

12 Animas nouas nec creari, nec infundi à Deo.
Hær. Concordenſium. Gab. Prat. Concordenſes.

13 Animas noſtras nihil eſſe.
Hær. Libertinorum. Gabr. Prat. Libertini.

14 Animas hominum ſceleratorum poſt ipſorum mortem conuerti in Dæmones.
Err. Tertulliani teſte Auguſtino ad quod vult Deum cap. 86. Alſ. Caſt. ad. hær. Anima 6. Gab. Prat. Tertullianiſtæ.

15 Animam hominis propagatam eſſe de carnis ſubſtantia.
Hær. Luciferianorum. Gab. Pr. Luciferiani.

16 Animam hominis ſimul cum corpore in ipſius morte corrumpi.
Error Arabicorum teſte Auguſtino de hær. cap. 83. Alſ. Caſtr. ad. hær. anima. 7. Gab. Pr. Trinitarij. Arabici.

17 Animas noſtras cum corporibus quidem interire, ſed poſtmodum in Reſurrectione, cum corporibus reſuſcitare.
Err. eorundem. Ibidem. & Gab. Pr. Sadducæi. Hermanius Riſſuichus, quatenus ad interritum Alſ. Caſt. Ibidem.

18 Animas noſtras cum corporibus, ita interire, vt ampliùs non redeant.
Error Saduceorum, Hermani cuiuſdam. Alſ. Caſtr. Ibidem. Gab. Pr. Albigenſes. Hermanus Riſſuich.

19 Animas humanas tranſire de corpore, in corpus.
Hær. Albanen. & Albigen. Alſon. Caſtr. Anima 8. Gabr. Prat. Alban. Albigen.

20 Animas humanas antè infuſionem corporis peccaſſe, & in corpora, tanquam in carceres incluſas fuiſſe.

Error Orig.Priſcil. damnatus in Conc.Brac. 1. can.6. Alſ. Caſt. Anima 9.Gab.Pr.Originiſtæ.Priſcil.

21 Anima ſeparata à corpore, non patitur ignem corporeũ.
Hoc inter errores Trinitariorum recenſet Gab. Pr. Trinitarij, numero 17. Licèt hoc verificari poſſit quo ad dolorem ſenſibilem: error tamen eſt, quo ad triſtitiam, quam habet Anima detenta in loco infimo ſibi contrario.

22 Animas hominum poſt mortem conuerti in bruta ſuis meritis congrua.
Hic error recenſetur à Philaſtro, ſed ſine auctore, damnatur verò in libro ſexto de Beat.filij Dei, ab Athanaſio d. ſi quis confitetur animas hominum in reuolutionem rurſus in Mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut ſerpentibus verti. Anath.quem refert. Alſ.Caſtr.ad.hær..Anima 8.

23 Animam hominis ſecundum eius meritum per diuerſa tranſire corpora, etiam animalium, & ſerpentum, ſi malè vixiſſet, ſi verò probè in alicuius Principis, vel alterius illuſtris perſonę corpus tranſmeare.
Err. Albigen. Gabr.Prat.Albigenſes.

24 Animam nullam antè diem Iudicij eſſe beatam.
Error Armenorum. Gabriel Pr.Armeni.

25 Anima nulla antè diem Iudicij videt Deum.
Huius err.auctores dicuntur. Armeni, in quem etiam ſancti, & Docti. Bernardus, & Io. 22. inciderunt; poſtea damnatur in Conc.Floren.Extr.Benedicti 11. cuius initium. Benedictus Deus. Alſ.Caſtr.ad.hær.Beatitudo 6. Gabr. Pr. Armeni.

26 Animam nullam peccatricem antè diem Iudicij affligendam, ſicuti nec iuſtam beandam.
Error Græcorum teste Guidone, vt refert Alſ. Caſtr. Ibidem.

27 Anima hominis producitur ex ſemine humano, ſicut anima bruti.
Propoſitio pro erronea adducta ab Alſ.Caſtr.de iuſta hæret. punit. lib.1.Cap.3.

28 Animam Dei, eſſe alterius ab ipſo Deo ſubſtantiæ minoris

noris eſſentia Dei.

Error Agarenorum, qui, & Turcæ effecti Alcoranum obſeruant. Gabr. Pr. Agareni.

29 Animæ defunctorum poſt multorum annorum curicula circulariter in diuerſa corpora reuertuntur.

Inter errores Phil. Direct. Inq. 2. par. quæſt. 4.

30 Animas beatas tranſactis aliquot annorum curriculis, iterum in corpora mortalia reuerti, & in eis moleſtia perpeti, & inde rursùs ad beatitudinem euocari.

Hos errores tribuunt Origeni, & Auguſtinus, & Theophilus Alexandrinus, vt refert Gabr. Prat. Origeniſtæ. Infrà Beatitudo.

31 Animam non, ſed ſolum corpus peccatum contrahere.

Err. Georgij. D. Gabr. Pr. Georgius. Infrà peccatum.

32 Animam eſſe cibum Principatuum, ac Poteſtatuum, propterea quòd ipſa ſit ex humore ſuperno.

Error eorum, qui omnia Principibus, & Archangelis tribuentes appellantur Archontici. Gabr. Pr. Archontici.

33 Animam omnem morientem ad Deum redire, illique reduniri.

Hoc eſt fabulosum quid libertinorum. Gabr. Pr. Gnoſtici in calce.

34 Animas eorum, quos infideles nuncupamus, æquè ſaluabuntur atque fidelium.

Err. Georgij. D. Gabriel Prat. Georgius David.

35 Animas in Purgatorio poſſe adhùc mereri, & demereri.

Hær. Lutheri. Gabr. Pr. Luterani. Damn. à Leone 10. Infra Purg.

36 Animas in purgatorio non eſſe de ſua ſalute ſecuras.

Err. eiuſdem. ibidem. Damn. Infra Purgat.

37 Animas in Purgatorio ſine intermiſsione peccare, quandiu quærunt requiem, & horrent pœnas, eo quòd (vt ait Lutherus) quærunt, quę ſunt contra Dei voluntatem.

Err. eiuſdem Damn. ibidem. Infrà.

38 Animam non indiget lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum.

Error Begardorum, & Beguin. damn. in Conc. Vienen. Cl. de Hæreticis

ticis ad noſtrum. *Infrà Beatitudo.*

39 Animæ iuſtorum decedentium ante Domini noſtri Ieſu Chriſti paſsionem, ſecundum Dei communem ordinationem, in quibus nihil erat purgabile, mox poſt eandem paſſionem eiuſdē Domini noſtri Ieſu Chriſti ante reſumptionem ſuorum corporum, & iudicium generale, non viderunt, nec vident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam eſſentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec poſt eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti aſcenſionem fuerunt, nec ſunt, nec erunt in cęlo cœlorum regno, & paradiſo cęleſtium Chriſto ſanctorum angelorum conſortio aggregatæ.

Hær.Damn.in extrau.Papæ Benedicti 11. *quę incipit, Benedictus Deus.Vide Direct.Inq.p.*2.*quæſt.*8.*Hær.*1.

40 Animæ iuſtorum decedētium ante Domini noſtri paſsionem, ſecundum Dei communem ordinationem: in quibus aliquid purgabile remanebit, purgatione peracta ex toto, mox poſt eandem paſsionem Domini noſtri Ieſu Chriſti ante reſumptionem ſuorum corporum, & iudicium generale, non viderunt nec vident, nec videbunt diuinam eſſentiam clarè, & apertè, nec illa etiam perfruuntur, nec poſt eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti aſcenſionem fuerunt, nec ſunt, nec erunt in cœlo cœlorum regno, & paradiſo cęleſti cum Chriſto ſanctorum Angelorum conſortio aggregatæ.

Ibidem. *Hær.* 2.

41 Animę iuſtorum decedentium poſt ſanctum Baptiſma ab eis ſuſceptum, ſecundum Dei ordinationem communem, in quibus nihil eſt purgabile, cum decedunt ante ſuorum corporum reſumptionem,& iudicium generale,non vident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam eſſentiam; nec illa etiam perfruuntur, nec ſunt, nec erunt in cęlo cęlorum regno. & paradiſo cæleſti cum Chriſto ſanctorum angelorum conſortio aggregatæ.

Ibidem. *Hær.*3.

42 Animæ iuſtorum decedentium poſt ſanctum baptiſma ab eis

eis ſuſceptum, ſecundum communem Dei ordinationem: in quibus eſt aliquid purgabile cùm decedunt, peracta etiã purgatione ex toto ante ſuorum corporum reſumptionem, & iudicium generale, non vident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam eſſentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec perfruentur, nec ſunt, nec erunt in cœlo cœlorum regno, & paradiſo cęleſti cum Chriſto ſanctorum angelorum conſortio aggregatæ.

Ibidem. *Hær.*4.

43 Animæ paruulorum ſacro baptiſmate renatorum decedentium ante vſum liberi arbitrij, ſecundum communem Dei ordinationem, ante ſuorum corporum reſumptionem, & iudicium generale, nec vident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam eſſentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec perfruentur, nec ſunt, nec erunt in cęlo cęlorum regno, & paradiſo cœleſti cum Chriſto ſanctorum angelorum conſortio aggregatæ.

Ibidem. *Hær.* 5.

44 Animæ iuſtorum omnium prædictorum decedentium (ſecundum communem Dei ordinationem) ante noſtrorum corporum reſumptionem, & iudicium generale, diuina viſione, & fruitione non erunt beatæ, nec habebunt vitam, & requiem ſempiternam.

Ibidem. *Hær.*6.

45 Animæ decedentium in mortali peccato (ſecundum communem Dei ordinationem) mox poſt mortem ſuam ad inferna non deſcendunt, nec pęnis infernalibus cruciantur.

Ibidem. *Hær.* 7.

46 Animarum beatarum viſio, qua vident diuinam eſſentiã non eſt viſio intuitiua, & facialis.

Ibidem. *Hęr.*8.

47 Animarum intuitiua, & facialis viſio, & fruitio diuinæ eſſentiæ ſecundum communem Dei ordinationem in Beatis euacuabitur: nec continuabitur vſque ad finale Iudicium,

nec

nec ex tunc vſque in ſempiternum.

Ibidem. Hær. 9.

Vt autem quis perſpicatiùs ex fonte ipſo has nouem hæreſes de Viſione Beatorum, cum earum damnatione inſpicere poſſit: conſultò hìc retulimus verba extrau. ipſius Bened. 11. quæ ſunt.

Hac in perpetuum valitura cõſtitutione auctoritate apoſtolica diſſinimus: quòd ſecundum communem Dei ordinationem animæ ſanctorum omnium: qui de hoc mundo ante Domini noſtri Ieſu Chriſti paſſionem † deceſſerint: nec non ſanctorum apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, virginum, & aliorum fidelium defunctorum poſt ſacramentum ab eis baptiſmi ſuſceptum: in quibus nihil purgabile fuit, quando deceſſerunt, nec erit quando decedent etiam in futurum: vel ſi tunc erit aliquid purgabile in eiſdem: tamen poſt mortem ſuam purgauerint: atquè animę puerorum in eodem Chriſti baptiſmate renatorum, & baptizandorum, cum fuerint baptizati, ante vſum liberi arbitrij decedentium, mox poſt mortem ſuam & purgationem præfatam, in illis, qui purgatione huiuſmodi indigebant: etiam ante reſumptionem ſuorum corporum, & iudicium generale poſt aſcenſionem ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti in cęlum fuerunt, ſunt, & erunt in cęlo cęlorum regno, & paradiſo cęleſti cum Chriſto, ſanctorum angelorum conſortio aggregatæ: ac poſt Domini Ieſu paſſionem & mortem viderunt, & vident, & videbunt diuinam eſſentiam immediatè, ſe benè, clarè & apertè eis oſtendentem; quòdque ſic videntes eadem diuina eſſentia perfruuntur. Nec non quòd tali viſione & fruitione eorum animæ, qui iam deceſſerunt, ſunt verè beatæ, & habent vitam & requiem æternam, & etiam illorum, qui poſtea decedent, eandem diuinam videbunt eſſentiam, ipſaque perfruentur ante iudicium gener. ac quòd viſio huiuſmodi eiuſque fructus, † actum fidei & ſpei in eis euacuant, prout fides & ſpes propriè theologicæ ſunt virtutes: Quòdque poſtquam inchoata fuerit vel erit talis intuitiua & facialis viſio & fruitio in eiſdem, eiuſdem viſio & fruitio ſine aliqua † intercisione, ſeu euacuatione prædictæ viſionis & fruitionis continuata exiſtit, & continuabitur vſque ad finale iudicium,

† Aliàs. deceſſerunt.

† Aliàs. virtutem.

† Aliàs. intermiſſione.

&

& extunc vſque in ſempiternum.

Diffinimus inſuper, quòd ſecundum Dei ordinationem communem, animæ decedentium in actuali peccato mortali, mox poſt mortem ſuam ad inferna deſcendunt, vbi pœnis infernalibus cruciantur: & quòd nihilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Chriſti cum ſuis corporibus comparebunt, reddituri de factis proprijs rationem, vt recipiat vnuſquiſque propria corporis prout geſsit ſiue bonum, ſiue malum.

Decernentes prædictas noſtras diffinitiones, ſeu determinationes, & ipſarum ſingulas ab omnibus fidelibus eſſe tenendas. Quicunque autem deinceps prædictarum noſtrarum diffinitionum ſeu determinationum, ac ſingularum ipſarum contrarium ſcienter & pertinaciter tenere, conſerre, prædicare, docere, aut defendere verbo, vel ſcripto præſumpſerit, contra eum ſicut contra hæreticum modo debito procedatur. Nulli ergo &c.

Dat. Auinion. iiij. Cal. Februarij, Pontificatus Noſtri Anno Secundo. Anno Domini. 1385.

48 Animæ defunctorum poſt multorum annorum curricula circulariter in diuerſa corpora reuertuntur.
Inter err. Phil. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

49 Anima cuiuslibet hominis tamdiu eſt in corpore, quamdiu manſura eſt in corpore ex Decreto naturæ. *Ibidem.*

50 Anima nihil aliud eſt, quam corpus, & mortuo corpore, anima moritur conſequenter. *Ibidem.*

51 Anima non eſt tota æterna, ſed vna particula eſt æterna, & maior, alia temporalis. *Ibidem.*

52 Animus eſt Deus commorans in omnibus. *Ibidem.*

53 Quo ad animam, etiam homines non ſunt æterni, gloria tamen æterna eſt ab hominibus affectanda. *Ibidem.*

54 Ex anima intellectiua, & corpore non conſtituitur unum tertium, niſi ſicut ex motore cœli, & cœlo.
Err. Auerrois. ibidem. Sequitur enim quod non ſit informans corpus, quod eſt hæreticum.

55 Animas hominum eſſe productas ab intelligentia à qua

ipſarum Animarum gubernatio, & beatitudo dependet.
Ibidem.

56 Anima per imaginationem operatur in corpore alieno, ſicut in proprio; ex quo infertur faſcinationem eſſe veram.
Err. Algazelis. Ibidem.

57 Anima noſtra procedit à Datore formarum, qui eſt vltima intelligentia.
Err. Auerrois, & Algazelis. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

58 Animæ noſtræ pœna non eſt niſi ſeparatio ab vltima intelligentia.
Error Algazelis. ibidem.

59 Anima coniuncta non ſentit dolorem, niſi quia ſeparatur ab vltima intelligentia, propter occupationem quam gerit circa corpus.
Error Algazelis. ibidem.

60 Impreſsio animæ tranſit in corpus aliud, ita quod poteſt ipſum deſtruere, & interficere per excitationem ſuam, atque faſcinationem. *Ibidem.*

61 Animas non eſſe ſpiritus, ſed ſolum corpora.
Error Sadducæorum. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

62 Anima Chriſti. *Infrà Chriſtus.*

1 ANNORVM numerũ eſſe incertum ab origine Mundi.
Inter hær. ſiue authore id recenſetur a Philaſtro Brix. ut refert Alfon. Caſt. ad. hær. Annus 1. ſed hoc improbat ipſe Alſon. ob varias de hac re ſupputationes;

2 Anno ab incarnatione Domini milleſimo trecenteſimo, trigeſimo quinto, Mundi finis futurus eſt.
Hoc aſſerit quidam Arnoldus à villa Noua, quod inter ipſius errores recenſet Gabr. Pr. Arnoldus.

1 ANNONAM, & immunitatem, quam pro ſua erga Deũ obſeruantia Conſtantinus clericis conceſſerat, eis adimendam eſſe duxit Iulianus Apoſtata, & in publicos prouentus referendam.
Error Iuliani Apoſtatæ. Gab. Pr. Iulianus Apoſtata Infra. Clerus.

ANTI-

1 ANTICHRISTVM eſſe Romanum Pontificem.
Id ſimplici Populo ſuaſit Ioannis Vuicleff. in Anglia, Io. Huſſ. in Boemia, & Luter. in Germania. Gabr. Pr. Antichriſtus.

2 Antichriſti ſui Matrem Louanienſem Meretriculam adorandam, ex qua naſciturus expectatur Antichriſtus.
Gab. Pr. Antichriſtiani.

3 Antichriſti diſcipulos apparituros per vniuerſum orbem die Pentecoſtes. Anno Domini Milleſimo, trecenteſimo, ſexageſimo.
Err. Barthol. Ianoueſij. Gabr. Prateo. Bartholomeus Ianoueſius.

4 Antichriſtus ita peruertet omnes Chriſtianos habentes vſum liberi arbitrij, vt ſuis erroribus immobiliter inhærentes nulla ratione deinceps poſsint ad fidem conuerti.
Ibidem.

5 Antichriſtus tantæ efficaciæ characterem in peruerſos ab ipſo imprimet, vt immobiliter in erroribus perdurantes ſint certò tandem damnandi, & igne è cęlo miſſo corporaliter morituri. *Ibidem.*

6 Per Antichiſtum Iudei, Saraceni, & quicunque infideles tàm paruuli, quàm adulti ſubuertendi poſt ipſius Antichriſti mortem, ſiue interritum, omnes ad fidem Chriſti conuertentur: at ſic non erit de adultis Chriſtianis ab eodem Antichriſto ſeducendis. *Ibidem.*
Libellus horum hæreſium, Bartholomeo ipſo ipſas hær. abiurante, igne fuit combuſtus. vt refert. Gabr. Prat. Ibidem.

1 APOSTOLOS prædicaſſe euangelium Chriſti non iuxta ſpiritualem intelligentiam, ſed ſecundum litteram tantũ.
Hær. Abb. Ioachim, Petri Ioannis. Alfon. Caſtr. ad. hær. Apoſtolus 1. Gabr. Pr. Petrus Ioan.

2 Apoſtolos nec habuiſſe, nec recepiſſe pecuniam, nec aliquid in craſtinũ reſeruaſſe, nec quidquàm horũ eis licuiſſe.
Hær. Geraldi Sagarelli hæretici, & Pſeudoapoſtoli. Alfon. Caſt. Apoſtolus. 2. Gab. Pr. Apoſtolici, Pſeudoapoſtolici.

3 Apoſtolos, & eorum ſucceſſores Prælatos Eccleſiæ non habe-

re à Chriſto auctoritatem condendi cannones, ſiue leges.
Hær. Ioannis de Vueſſalia. Alſ. Caſt. ad. hær. Eccleſia 3. Gab. Prat. Ioannes Vueſtphalus. Luterani.

4 Apoſtoli ſtolidi fuerunt, cum nollentes abiurare Chriſtum coram hominibus, permiſerint ſe occidi.
Err. Georg. Dau. Gabr. Pr. Georgius Dauid.

5 Apoſtolorum quemlibet aliquo Quintinus notat ſcomate, Paulum vas fractum, Petrum Chriſti obnegatorem, Ioannem Euang iuuenem ſtolidum appellitans, & Matthęum Fœneratorem.
Gabr. Pr. Libertini.

6 Apoſtolorum doctrinam hactenus fuiſſe imperfectam, & ad ſalutem conſequendam inutilem.
Er. Dauidicorum. Gabriel Pr. Dauidici.

6 Apoſtolorum ſucceſſores ſe eſſe, & apoſtolicam auctoritatem ligandi, atque ſoluendi ſe habere dicunt Pauperes de Lugduno.
Vt refert Io. Turrecr. de Eccleſia lib. 4. cap. 35.

8 Apoſtolos omnes fuiſſe in poteſtate pares, aſſerere eſt hæreticum.
Vt probat Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 2. cap. 53.

9 Redemptori noſtro eiusque Apoſtolis, in his, quæ ipſos habuiſſe S. ſcriptura teſtatur, nequaquam ius vtendi, ſeu conſumendi competit, nec illa vendendi, ſeu donandi ius habuerunt, aut ex ipſis alia acquirendi.
Er. damn. in extrau. Io. 22. cum inter nullos, vt refert. Io. de Turrecrem. de Eccl. lib. 4. c. 37. Infrà Proprietas.

10 Apoſtolos, & Dominum Ieſum in ſpeciali non habuiſſe aliqua, nec in communi aſſerere eſt hęreticum.
Extrau. Io. 22. cum inter nonnullos. Io. Turrecr. de Eccleſia lib. 2. cap. 112. ad. 10.

11 Apoſtoli, & Chriſtus in his quæ habuiſſe leguntur, tantùm habuerunt abſque iure aliquo ſimplicem vſum facti.
Err. Damn. in extr. Io. 22. quæ incipit. Quare quarundam mentes. &

& vir reprobus. Direct. Inq. 2. p. q. 8.

1 **APOSTATAS**, etiam Pœnitentes ab Eccleſia recipi non debere.
Hær. Nouatiani. Direct. Inq. 2. p. q. 6. damn. a Fabiano Papa, vt colligitur ex vitis Pontificum Rom.

1 **APPROPRIATA** non ſunt potentia, ſapientia, & benignitas, Patri, Filio, & Spiritu ſanto in diuinis, ſed propria.
Hær. Petri Abailardi, ut cenſet Alſ. Caſtr. ad. hær. Deus 3.

1 **AQVAM** non eſſe creatam à Deo.
In lib. de hęr. hoc recenſet Auguſtinus loco. 76. vt refert Alſon. Caſt. ad. hær. aqua.

2 Aquam eſſe Deo coæternam. *Ibidem.*

3 Aquam benedictam nihil plus habere virtutis, aut efficacię, quàm non benedictam.
Hær. flagellantium, & lolardorum. Damnata ab Aleſſandro 1. Papa de conſecr. diſt. 3. cap. aquam. Alſon. Caſtr. Ad. hær. aqua. 2. Gabr. Pr. flagellantes. Io. Vueſphalus.

4 Aquę benedictionem eſſe inuocationem Dæmonum.
Alſ. Caſt. Ibidem. Infrà Benedictio.

5 Aquam vino in calice conſecrando, non eſſe miſcendam.
Hær. Græcorum, Armenorum damnata in Conc. Cartag. 3. can. 24. Alſ. Caſt. ad. hær. Euchariſtia 7. infrà.

6 Aquam ſolam in calicis conſecratione offerendam.
Hær. Aquariorum damnata in Conc. Carth. 3. cap. 24. de conſecrat. diſt. 2. cap. 1. Gabr. Prat. Aquarij.

7 Aquas, quæ ſuper cœlos ſunt, animatas, & rationales quaſdam virtutes eſſe.
Err. Origeniſtarum. Gab. Pr. Origeniſtæ.

1 **ARCHANGELOS** mundum creaſſe. *Suprà Angeli.*

1 **ARMA** præter baculum non eſſe portanda.
Err. Baccularium. Gabr. Pr. Baculares.

1 **POST ASCENSIONEM** Chriſti nulla eſſe ſeruanda, ſtatuta Eccleſiæ, nec alicuius eſſe valoris.
Err. Pauperum de Lugd. vt refert Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 35.

ASTRIS

1 ASTRIS fatalibus hominem eſſe alligatum, & in aſtris ſeptem, ac vigintiquattuor litteris omnium perfectionem conſiſtere.

Vide infra. Fatum.

1 EX ATOMIS corporibus minutiſsimis conſtituitur quælibet res, & quando Atomi diuiduntur res corrumpuntur; & quando vniuntur, generantur.

Inter err. Philo. refert Direct. 2. p. q. 4.

1 ATTRIBVTA diuina Deo competunt abuſiuè, inconuenienter dicitur Deus creator, Primum principium, Dominus Dominorum, ſic nihil dicunt perfectiones in Diuinis poſitiuè, ſed tantùm per remotionem.

Inter Err. Algazelis Philoſophi. refert Direct. Inq. 2. p. quæſt. 4.
Infrà Deus. 69.

2 Attributa non eſſe in Deo realiter, ſed tantùm æquiuocè, dicitur Deus ſapiens, potens, bonus, quia cauſat ſapientiam, potentiam, &c.

Inter err. Rabbi Moiſis. Ibidem.

1 AVE Maria. *Infrà Salutatio.*

1 AVGVRIA, & Diuinationes, ac ſtellarum curſus inquirenda, & ex eis futurorum curſus rimandos.

Err. Augurum. Gab. Prat. Augures. 79.

Augurum proprium quid.

Augurum munus proprium fuit ex Auibus vaticinia obſeruare ſignaq; rerum futurarum, & à Dijs monita contemplari, ſi opportunè euolaſſent, aut ſedes idoneas accepiſſent, obnunciare; de prodigijs, ſomnijs, augurijs, atque oraculis, portentisq;, & extis reſponſa dare. Tùm obſeruationes auſpiciorum, procurationes, expiationesq;, vatum libros, portentorum explanationes, & monita Deorum edicere, ſi quid ingruente fato caſurum foret, & quod ſaluis auſpicijs fieret, quodvè Augurium lætum, quodvè piaculare eſſet, quod minas cœleſtes, ingruentesq; calamitates, aut fatale exitium afferret, præmonere, & vaticinari. Gabr. Prat. ibidem. Qui de Augurijs, citat Alexandrum ab Alexandro, Genialium dierum lib. 5. cap. 19.

1 AVGVSTINVS, Bern.Bened. damnati ſunt niſi pœniteant, quia habuerunt poſſeſsiones, inſtituerunt Religiones.
Hær. Ioan. Vuicl. *Infrà Monachus.*

1 AVCTORITAS maior ibi eſt, vbi maior ſapientia, & charitas.
Error Valdenſium reprob. à Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 2. cap. 85.

1 CVM Auibus quacunque lingua ſe colloqui dicebat Georgius Dauid ab eis victum accipiens.
Gabr. Pr. Georgius Dauid.

2 Ex Auibus vaticinia eſſe obſeruanda.
Error Augurum. Gabr. Prat. Augures.

B

1 BAPTIZANDVM eſſe in aqua, non in igne.
Hær. Seleuci, & Hermiæ, Aug. de hær. c. 50. Alfon. Caſt. ad hær. Baptiſmus. 1. Gabr. Pr. Hermas.

2 Baptizandum circuncidendo aduſtione quadam in fronte, uel in genis impreſſa.
Hær. Iacobitarum. Gabr. Prat. Iacobitæ.

3 Baptizandum in nomine ignoti Patris omnium, & veritate omnium Matre, & in eo qui deſcendit, in Ieſu.
Hær. Marcitarum. Ireneus ad hær. cap. 8. Euſebius 4. Hiſt. Eccl. c. 11. Alſ. Caſt. adh. bapt. 2. Gab. Pr. Marcus. 13.

4 Baptizandum non eſſe in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, nec ea vtendum forma, qua ex Chriſti præcepto vtitur Eccleſia.
Hær. Cataphrig. Gab. Pr. Cataphrigæ. Alſ. C. Ibidem.

5 Baptizandos eſſe mortuos. *vel*

6 Baptiſmum conferri debere mortuo ei profuturum, baptizato viuo in demortui locum ſubmiſſo.
Hær. Cathaphrig. Marcion. Alſ. Caſt. adh. bapt. 3. Gab. Pr. Cathaphrigæ, Marcioniſtæ, Montaniſtæ. Hær. damnata in Concil. 3. Carthag. cap. 6.

Bapti-

7 Baptizatis ex ſacro baptiſmate nullam virtutem accedere.
Hær. Pſallianorum, ſiue Euchitarum damnata in concil. Lateran. ſub Innoc.3. & conc.Vien.ſub Clemente 5. illud in Decret.de ſumma Trinit.hoc in Clem.refertur. Alſ.Caſtr.ad.hær. Bapt.4.

8 Baptiſmum nullius eſſe virtutis.
Hær.Albanen.Alſ. ibidem.Gab.Pr.Albanen.Albigen.

9 Baptiſmum omnino reſpuendum.
Hær.Albigenſium. Alſ. ibidem.

10 Baptiſmate, gratiam, & virtutes, quas vulgò Theologicas appellant, minimè infundi.
Hær. Petri Io. Alſ.Caſt. Gab.Pr. Petrus Io.

11 Baptiſmum non habere virtutem conferendi gratiam.
Hær. Armenorum, quibus in hoc accedit Luth. Alſ.C.ibidem.

12 Ex baptiſmo nulla prouenit virtus, ſed oratio ſedula Dęmonem vernaculum, & familiarem eijcit.
Alſ.Caſt. Ibidem. Gab.Pr.Adelphius. Dadoes, Euthuſiaſte, Hermas, Maſſaliani.

13 Baptiſma duo eſſe, & duo Principia.
Err. Fulgentij. Gabr.Prat. Fulgentius.

14 Baptiſmum Reis, & Peccatoribus nihil conferre.
Err. eiuſdem. ibidem.

15 Baptizatos iterum poſſe rebaptizari.
Hær. Anabaptiſtarum damnata in Conc.primo Carth. c.1 Alſ.C. ad.h.bapt.5.Gab.Pr. Anabaptiſtæ.

16 Baptizatos ab Eccleſia Roma. Catholica eſſe rebaptizandos; *quia*

17 Baptiſma verum non eſt in Eccleſia Ro. ſed tantùm penes ipſos.
Hær.Armenorum, & Donatiſtarum. Aug. de Hær.Alſon.Caſt. ibidem. Gab.Prat.Campates Aſſuritani.

18 Baptizatos hæreticos, cum ad Eccleſiæ communionem redeunt, fore rebaptizandos.
Error olim Cipriani, ac aliorum Aphricæ Epiſcoporum, qui licèt in Prouinc. Concilio Carth. ſic definierint, oppoſitum tamen fuit po-

ſtea

ſtea definitum in Concilio generali Carthag. pertinet ſiquidem ad generale, quòd errare nequeat, corrigere Prouinc. quod errare poteſt. Nicolaus Papa de conſecr. diſt. 4. c. à quodam. Alf. C. ibidem.

19 Baptizatos paruulos, cum ad annos diſcretionis peruenerint fore rebaptizandos: *quia*

20 Baptiſmus paruulis non prodeſt.

Hær. Baltaſaris. Alf. Caſtr. ibidem. Gab. Pr. Anabaptiſtæ. Baltaſar Pacimontanus.

21 Baptizatos ab hæreticis, Iudeis, vel Paganis in forma Eccleſiæ Cath. fore rebaptizandos.

Hær. Armenorum. Alf. C. ibidem. Gab. Pr. Arrippiani. Armeni.

22 Baptiſmum reiterandum, ſiue pueros, vt aiunt, retingendos etiam ſpe quęſtus.

Hær. Anabapt. Gab. Pr. Aegidiani. Anabaptiſtę.

23 Baptiſmum verum non eſſe niſi in Aphrica, vbi vera eſt Chriſti Eccleſia.

Hęr. Donat. Gab. Pr. Donatiſtę.

24 Baptiſmum non poſſe alicui conferri, niſi eidem conferatur Euchariſtiæ Sacramentum.

Hær. Armenorum. Alf. Caſt. ad. hær. bapt. 6. Gab. Pr. Armeni.

25 Baptiſmo vero perficiendo adeò neceſsarium eſſe Chriſma, vt baptizandus niſi Chriſmate perungatur non ſit baptizatus.

Hær. Armenorum. Ibidem.

26 Baptiſmum nullum eſſe, ſi fronti baptizati Crucis ſignum non infigatur.

Hær. Claudij Epiſcopi Taurin. Alſon. ibidem. Gabr. Prat. Claudius Taurin. Epiſcopus.

27 De baptiſmo ſuſcipiendo nullum eſt præceptum.

Propoſitio adducta pro ſcandaloſa ab Alſon. C. de iuſt. hær. lib. 1. cap. 3.

28 Baptiſmum Aquæ nulla interiecta ſacri olei mixtura, fore ſuſcipiendum.

Er. Valdenſium. Alf. C. ad. hęr. Bapt. 7. Io. Vuicleff.

d Baptiſmo

29 Baptiſmo oleum ſacrum nullo pacto debere miſceri.
Er. Paup. de Lugd. Gab. Pr. Pauperes de Lugduno. 13.

30 Baptiſmo non indigere Pueros ob peccatum originale: quia illud non habent.
Hær. Pelagij. Armenorum. Alſ. Caſtr. ad. hær. Bapt. 8. Gab. Pr. Armeni. Pelagius.

31 Baptiſmum aquæ iam ceſſaſſe, & in baptiſmum ſanguinis iam fuiſſe mutatum.
Hær. flagellantium. Alſ. C. ad. hær. Bapt. 9. Gabr. Pr. flagellantes.

32 Baptiſmum aquæ in ſanguinis baptiſmum mutandum in fine Mundi, quia Chriſtus in fine Menſæ mutauit aquam in vinum.
Hær. flagell. Gabr. Pr. flagellantes.

33 Baptiſmum ſacramentum liberum eſſe.
Hunc Er. impingit Hoſius Brentio, vt refert Gabr. Pr. Brentius.

34 Baptiſmi collati in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti virtutem non alligauit Chriſtus ad certa verba, quia non inſtituit Chriſtus Magiam, quę ad certam verborum formam, vel ad certos ritus alligata ſit.
Er. eiuſdem. ibidem. dam. in Conc. Flor.

35 Baptiſmate plena fide renatos non poſſe deinceps amplius peccare.
Hær. Iouiniani Monachi damnata in Concilio Mileuit. ca. 6. Alſ. C. ad. hęr. Gratia. 2. Gab. Pr. Iouinianus.

36 Poſt Baptiſmum relapſos in peccatum ad ſalutem redire non poſſe.
Hær. Catharorum. Gab. Pr. Cathari.

37 Poſt Baptiſmum peccatum perpetrantes ad mortem, ac Dijs ſacrificantes à communione diuinorum Miſteriorum reijciendos, & ſolus Deus, & non ſacerdotes, poteſtatem hanc talibus concedendi remiſsionem delicti, habet.
Impingitur err. Acceſio Nouatianorum apud Conſtantinop. Epiſcopo. à Gab. Pr. Acceſius. *Infra Penitentia.*

38 Baptiſmate licèt peccatum originale dimittatur, non om-

ne

ne tamen peccatum deletur, quia ſuſcepto baptiſmo adhuc remanet in baptizato carnis concupiſcentia, quæ verè peccatum eſt, contra illud (non concupiſces.) Et ſi à Deo non imputetur.

Hær. Brentij. Gabr. Prat. Brentius, Bucerus, Iacobus Præpoſiti, Melanctonici.

39 Baptizandum eſſe in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto.

Err. Deuterij. Gabr. Pr. Deuterius Arrianus Epiſcopus.

40 Baptizandum eſſe in Chriſti mortem.

Err. Eunomij. Ibidem.

41 Baptizandos non eſſe Paruulos donec intelligibilem, & rationis capacem ætatem attigerint.

Err. Publicanorum. Gabr. Pr. Publicani.

42 Baptiſmum Pueris non eſſe neceſſarium.

Hær. Caluini. Gab. Pr. Caluiniſtæ.

43 Baptiſmo non indigere Infantes, quòd ſint ſine peccato.

Hær. Catharorum. Gab. Pr. Cathari.

44 Melius eſt omittere baptiſmum, quàm pueros ſine fide, i. non credentes baptizare. *vel ſic*

45 Præſtare prorsùs omittere baptiſmum in Paruulis, quàm eos baptizare ſine fide.

Hær. Anabapt. Gab. Pr. Anabaptiſtæ.

46 Sine baptiſmo ſeruare infantes ad aliquot annos liberum eſſe cuiq;, nec vllius conſcientiam hac in re ad certum tempus aſtringi poſſe.

Err. Hamſtedij. Gab. Pr. Hamſtedij.

47 Baptiſma nihil prodeſſe Paruulis vſu rationis carentibus, quòd fidem habere nequeant rationis expertes.

Hęr. Henrician. Gabr. Pr. Henriciani.

48 Baptiſma, qui ſine pręuia fide ſuſcipit, nihil ei proficit.

Hær. eorundem ibidem.

49 Baptiſma eſſe Satanicam inſtitutionem.

Hær. peſtifera lucę Sternb. Gab. Pr. Lucas Sternberger. vnde.

50 Baptiſmate intincti non niſi ad Tartarum,& ſempiternam Damnationem baptizantur. *Ibidem.*

51 Baptiſma Infantum non eſſe à Deo.
Hær.Muntz. Gabr.Pr.Muntzerici.

52 Baptiſmum eſſe balneum Suillum.
Hær. ſacril. Suencfeldij.Gab.Pr. Suencfeldiani.

53 Baptiſmum pænitùs reijciendum, quod in Idololatriam ſit conuerſum.
Hær. Alaſcani. Gab.Pr.Alaſcani.

54 Baptiſmum non eſſe.
Hær. Dauidis. Gabr.Pr. Dauidici.

55 Baptizati Paruuli non leuiùs punientur æternaliter, quàm latrones, & Homicidæ.
Connumeratur hoc inter errores Catharorum, ſiue Paterinorum à Ioanne de Turre Crem.De Eccleſia lib.4.cap.35.

56 In Puero poſt Baptiſmum negare remanens peccatum, eſt Paulum, & Chriſtum ſimul conculcare.
Err.Lut.damn. in Bulla Leon. 10.

57 Ad Baptiſmum requiruntur oleum, ſal. ſputum conſignatio Crucis, Exorciſmi, Veſtis alba, candelæ, & alij huiuſmodi ritus.
Hunc Art.tanquam erroneum Caluiniſtæ impingunt Papiſtis.Vide in verbo. Caluinus.

58 Mulieres poſſunt miniſtrare Baptiſmum, vel Viri non deſignati ad prædicandum verbum Dei.
Item hunc Art.Caluiniſtæ impingunt Papiſtis tanquam erroneum. Ibidem.

59 Omnes infantes decedentes ſine Baptiſmo priuantur gloria Dei in perpetuum.
Item & hunc Art. ibidem.

60 Baptiſmus non eſt communiter tam Paruulis, quàm Adultis perfectum remedium ad ſalutem.
Hær.Damn.in Clem. de ſum.Trin.& fide Cath.Direct. Inq. par.2. quæſt.7.

In

In Baptiſmo tàm Paruulis, quàm Adultis non conferuntur informans gratia, & virtutes.
Err.Damn.ibidem.

62 Tunc primò hominem verè Baptizari, cum in ſuorum ſectam, aiunt Pauperes de Lugduno, fuerit inductus.
Ex ſumma Fr. Yeconeti 5.par.cap.2.manuſcr. in Bibliotheca Vaticana Ro.

63 Baptiſmum eſſe quid vanum, & inane.
Hær. Manich. Direct. Inq. 2.p.q. 13. nam,

64 Loco Baptiſmi ipſius Aquę, eſſe ſpiritualem quendam Baptiſmum, quod eſt conſolamentum ſpirituſs. quod Manichæi conferre gloriabantur ad ſuam ſectam venientibus manuum impoſitione. *Ibidem.*

1 BARTHOLOMEI S. excoriationis Hiſtoriam fide carere.
Hæc inter concluſiones Eraſmi ſuſpectas, vel ſcandaloſas adducitur à Iacobo Lop.ſtunica poſt ſuum Itinerarium.

1 BEATOS non videre in cœlo Dei eſſentiam.
Hær. Armenorum, Petri Abaillardi. Alſ.C. ad.hær. Beatitudo. 1. Gabr.Prat. Trinitarij.

2 Beatos videre claritatem quandam Dei eſſentiæ, in qua viſione beatitudo eſt.
Hęr eorundem. Ibidem.

3 Beatitudo conſiſtit in viſione non Dei eſſentiæ, ſed claritatis illius eſſentiæ.
Hær. eorundem. Ibidem.

4 Beatos non videre Deum vllo pacto in ſe, ſed in ſuis creaturis.
Hær. Almarici. Alſ.C. ibidem. Gabr. Pr. Almaricus, Armeni, Arnaldiſtæ.

5 Beatitudinem conſiſtere in carnis delitijs, nam poſt Reſurrectionem regnum Chriſti futurum eſſe terrenum, & in eo beatos homines in carne concupiſcentiis, & libidini ſubiectam vitam acturos.

Hær.

Beatitudo 6. Gabr. Prat. Græci.

16 Beatitudinem ante diem Iudicij non dari iuſtis.

Hær. eorundem. ibidem.

17 Nec Beatitudinem iuſtis, nec pœnam peccatoribus ante diem Iudicij dari.

Hær. eorundem. Gabr. Pr. ibidem.

18 Beatos omnes pares eſſe in gloria, &

19 In Beatitudine cęleſti nullam eſſe præmiorum differentiã.

Hær. Iouinianiani, damnata in Concil. Thelenſe, & Florent. Alf. Caſt. ad. hęr. Beatit. 7. Gab. Prat. Iouinianus.

20 Beati, & contemplatiui mens perdit ſuum eſſe in proprio generè, & redit in illud eſſe ideale, quod habuit in mente diuina.

Err. Amarici Doct. Pariſ. Gabr. Prat. Almaricus.

21 Beatarum Animarum viſio diuinæ eſſentiæ non eſt viſio intuitiua, & facialis.

Damn. in Extrau. Bened. 11. quæ incipit, Benedictus Deus. Direct. Inq. 2. p. q. 7.

22 Secundum communem Dei ordinationem diuinæ eſſentię intuitiua, & facialis viſio, & fruitio in beatis euacuabitur, nec continuabitur, vſque ad finale Iudicium, nec ex tunc vſque in ſempiternum.

Damn. ibidem.

23 Beatitudinem hominis in cognitione vltimæ intelligentiæ conſiſtere.

Err. 12. Algazelis phil. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

24 Beatitudinem hominis poſſe naturaliter haberi. *Ibidem.*

25 Beatorum, ſiue Animarum viſio.

Vide ſuprà. Animę 39. vſque. 47.

1 BEGVINOS quoſdam pro hæreticis damnatos fuiſſe Martyres.

Er. Begard. Direct. Inq. p. 2. q. 15.

2 Beguinos eſſe Eccleſiam Dei, & quotquot eorum Dogmata recipiunt.

Hær.

Hær. Beguinorum. Ibidem.

3 Begardorum Hęreſes tenentes, & ob id damnatos tam per ſum. Pont. in Eccleſia Romana quàm alibi per fidei Inquiſitores, eſſe Beatos, & Chriſti Martyres.

Hær. temeraria Iacobi Iuſti. Gabr. Pr. Iacobus Iuſtus.

1 BENEDICTIONES omnes, quas eccleſia facit, vel dicit ſuper panem, vinum, aquam, oleum, ſal, ceram, incenſum, arbores oliuarum, palmarum, veſtimenta, calices, & quæcunque alia ad Eccleſiaſticum vſum pertinentia nullius eſſe momenti, ſed eſſe potius practicam Necromantię, quàm ſacrę Theologiæ.

Hær. Valdenſium. Vuitcleſ. Alf. Caſt. ad. hær. Benedictio. Gab. Pr. Pauperes de Lugduno. Damn. De conſecratione. diſt. 3. c. Aquam.

1 BESTIAS omnes rationis eſſe capaces, *&*

2 Bruta omnia æquè ut hominem, non ſolum ſentire, verum etiam intelligere.

Hunc errorem tribuit Philaſter Gnoſticis, & Manichęis. Alf. C. ad. hær. Beſtia. Gabr. Pr. Gnoſtici. Manichæi.

1 BIBLIA ficta, & indiſtincta eſt, & delirium eſt Euang.

Hær. Hermani Riſ. Gab. Pr. Hermanus Riſuich.

2 Bibliorum textum nudum ſolum recipiendum, legendum, ac proponendum populo in Eccleſia, vel in ſcholis ſine vlla interpretatione, quòd omnes ſumus diuinitùs à Deo edocti.

Er. com. Bibliſtarum. Gabr. Prat. Bibliſtæ.

3 Biblia à Luthero peruerſa, corrupta, adulterata.

Infrà, ſcriptura ſacra.

1 BONIFACIVM octauum, nec quemquam eius ſucceſſorem iure, & ordine creatum eſſe Pontificem.

Err. Hermani Itali. Gabr. Pr. Hermanus Italus.

1 BONA ſpiritualia, ut orationes, eleemoſine, litaniæ, & ſimilia comprehenduntur ſub ordine naturæ.

Err. Auerrois, ſunt enim ſub ordine gratię, quia ordinant nos ad ſupernaturalia, inquit Direct. Inq. 2. p. q. 4.

Cain

C

1 CAIN, & Sodomitas, ſalutem conſecutos eſſe, quòd ad Chriſtum, cum deſcendit ad Inferos, acceſſerint.
Hær. Marcion. Gabr. Pr. Marcion.
2 Cain ex altera virtute nempè Diaboli factum, Abel verò ex altera nempe Dei.
Err. Cainarum. ibidem.
3 Cain eſſe adorandum.
Suprà. Adorare 2.
1 CALceamenta portare non licet homini.
Err. Diſcalceatorum. ref. Aug. Alf. Caſt. ad. Calceam. Gabr. Pr. Antiluterani. Diſcal. Nudipedes.
1 CALCedoneſe Concilium impugnant Acephali.
Gabr. Prat. Acephali.
1 CALVINVS, non ſolum æquauit Apoſtolos, ſed etiam ſuperauit, in intelligentia Cœne: & Caluinus.
2 Caluinus vnicus nuſquam fuit lapſus, alij autem vt vmbræ volitarunt, atque aberrarunt.
Hær. hanc iniur. tem. ſchiſmaticam iactitant Bezanitæ. Gabr. Prat. Bezanitæ.

Profeſſionem verò, quam Caluinus omnes ſuos ſequaces facere vult cũ Articulorũ Tabula, quos abiurare debent, tanquàm falſos Erroneos, atque ſuperſtitioſos Papiſtis impoſitos hìc ſubſcripſi iuxta formam mihi traditam Romę die 26. Febr. anno. 1578. à Reuerendiſſ. Ioanne Lesleo Scoto Epiſcopo Roſſenſi.

Capita quædam generalia reformationum, quibus velim (inquit Caluinus) vt omnes quicunque participes eſſe volunt ſacramentorum, pro ſe ipſis, ſuis familiis, & ſubditis, pro executione officiorum, & quantum ad uitia punienda in vrbe attinet, aſſentiant, & ſubſcribant.

Profeſſio Diabolica.

Tabulam errorum Caluiniſtæ appellant canones ſac. Cōc. Triden.

Nos omnes, & ſinguli ſubſcripti coram Deo, & ſanta ſua congregatione ſpondemus nos iam, & in perpetuum, vale dicere omnis generis erroribus, ſuperſtitionibus, & falſis Dei adorationibus à Papiſtis vſitatis, vti iam per publicas verbi Dei prędicationes, in Eccleſia Scotica diſcoopertæ, & damnatæ ſunt, & ſpecialiùs in Tabula ſuorum errorum expreſſæ: & ſicuti omnes hæreſes, & falſam Dei adorationem vnà cum peſtilenti illa Epicureorum ſecta, & Deos libertinos deteſtamur, & abhorremus: ita corde, & ore promittimus, & profitemur fidem, & Religionem noſtram, & interiùs, & exteriùs ſolo Dei Verbo gubernaturos: & ideo conſtanter remanſuros in ſocietate Eccleſiæ, quam Deus ex ſua miſericordia in hoc regno per ſui verbi prædicationem plantauit. ſed quia interna tantùm fidei, & Religonis profeſſio vana eſt, niſi eius fructus in externa noſtra conuerſatione coram oculis hominum appareant, fideliter promittimus omnes noſtræ vitæ actiones ſecundum Dei verbum, & Eccleſiæ Doctrinam recturos: & ſpecialiter promittimus abſtinere ab omni dierum obſeruatione à Papiſtis abuſa: & ſolum diem Domino ſanctum obſeruare, audiendo preces publicas & verbi Dei predicationes ante Prandium, & à Prandio, & ſimili modo omnes alios dies, & horas ex Eccleſię Policia ad Dei verbi prædicationes, ſacramentorum adminiſtrationem, vel publicam humiliationem ſine aliqua ſuperſtitione conſtitutas. Et ſi culpabiles in Religione, conuerſatione, Doctrina, aut Eccleſiæ Policia inueniamur, ſpondemus nos Eccleſiæ animaduerſioni ſine contradictione obedientes fore. Quæ omnia non ſolùm pro nobis ſpondemus, ſed etiam pro noſtrorum omnium familijs, ſubditis, alijsq́; omnibus noſtro imperio ſubiectis, & ſi nobis verbo audientes eſſe noluerint, eos Eccleſiæ deferremus, eorumq́; conſortium, quantum diuina lege permiſſum fuerit, effugiemus. Promittimus etiam Miniſtris, & Ciuili magiſtratui in purganda Eccleſia, & vitiorum punitione, quantum per nos fieri poteſt, adiutores fore, quandocunque requiremur ſine aliqua exceptione affinium, amicorum, aut cognatorum: ſimili modo nos, qui aliqua Officij dignitate in hac vrbe tenemur, vel qui poſtea ad aliquod officium eligemur, fide promittimus

mus in publicos tranſgreſſores, acta, ſtatuta, Parlamenta, vel Conſilia executuros ſine aliqua perſonarum exceptione ſecundum noſtrum officium, & poteſtatem à lege Regionis nobis conceſſam: & quia Dominus noſter Rex, ſuus Gubernator, totaq; nobilium Synodus, ipſos ſe huic Religioni; & Eccleſiæ ſubmiſerunt, promittimus nos non ſolùm eius maieſtati obedientes fore, ſed vitã etiam, & bona pro eius ſalute contra omnem vim, omneſq; in illum, Patriamvè noſtram, aut Religionem inſurgentes, ſiue in hac Regione, vel extra hanc Regionem, effundere.

TABVLA ARTICVLORVM

quos Caluiniſtæ abiurant, & Papiſtis veluti deteſtabiles errores, ſuperſtitiones, falſas Dei adorationes, & impias hæreſes imponunt. Ex Caluini libello contra acta Conc. Trid.

Quo in loco videre eſt calliditatem Vafri Cal. qui totus in Concilium Trid. rabie inflammatus, quò obſurdiora reddat illius dogmata, quæ ſuis affeclis proponit deteſtanda, quedam detorquet, quædam dam corrumpit, quædam falſificat, quædam ei imponit, atque inſultat: quorum nonnulla hoc nos ſigno † obſeruauimus.

1 † Aduocati ſunt alij, vel mediatores ante Deum pro nobis quàm ſolus Chriſtus. Tabula euerſa.

Non æquat Conc. Trid. ſanctos interceſſores mediatori Chriſto (vt hîc mordet Caluinus) ſed docet nos ob beneficia impetranda à Deo, per filium eius, qui ſolus noſter Redemptor eſt, ad eorum orationes, opemq; confugere. Seſſ. 25.

2 † Concilia generalia poſt Aduentum Spi. S. in Apoſtolos non errarunt, nec errare poſſunt in fide, & bonis moribus.

Corrumpit Cal. Catholicum dogma in hoc 2. atque in 3. quod eſt de Conc. generalibus non quibuſcunque, ſed legitimis, & approbatis.

3 Quicquid in generali Concilio concluditur teneri oportet pro vera interpretatione ſcripturarum.

4 † Confeſsio auricularis exigitur ab omni Chriſtiano.

Conc. Trid. non in eâ voce (auricularis) ita anguſtiatur, vt hîc Cal.

ſed modum confitendi ſecretè, quo ab initio Eccleſia S. uſa eſt, non alienum à præcepto Diuino eſſe docet. Seſſ. 13. cap. 5.

5 † Cultus ab homine excogitatus Deo placere poteſt.

Temerarius Cal. non reperiet in Conc. Trid. cultum ab homine excogitatum, quin ex ſacris literis, vel traditionis explicitè, vel implicitè, vel ex Diuinæ inſpiratione habeatur.

6 Cultus imaginum, reliquiarum, ſigni Crucis, Canonizatio ſanctorum, vita monaſtica, conſignatio, vel geſtatio ſacrarum rerum ſuper viros, vel alias creaturas Dei, nõ ſunt vanę.

7 Coniuratio ſpirituum malignorum ex perſonis Dæmoniacis frequentari poteſt ſine ſpeciali dono, & mandato Dei.

8 Abiuratio Dæmonum de infantibus, vel alijs bonis creaturis Dei, non eſt ſuperſtitio, & præſumptio.

9 † Dilectio inimicorum non eſt niſi Conſilium.

Impoſtor Cal. hoc in Conc. Trid. nuſquam reperiet.

10 † Deus remittit peccatum propter Chriſtum, & non pœnam peccati.

Falſus Cal. falſificat Concil. Triden. quod docet totam pęnam ſimul cum culpa, non ſemper à Deo remitti. Seſſ. 14.

11 Sine baptiſmo omnes Infantes decedentes priuantur gloria Dei in perpetuum.

12 † Poſt baptiſmũ non remanet corruptio naturæ humanæ.

Praue detorquet Cal. verba Conc. quæ ſunt, ſi quis non confitetur Adam cum mandatum Dei fuit tranſgreſſus, ſanctitatem, & iuſtitiam, in qua conſtitutus fuerat, amiſiſſe &c. Et per illam præuaricationis offenſam ſecundum corpus, & animam in deterius commutatum fuiſſe. Anat. Seſſ. 5.

13 † Huiuſmodi corruptio non eſt peccatum, ſed inclinatio ad peccandum, vel fomes peccati (vt aiunt.)

Ob prauam detorſionem incidit Cal. in apertam contradictionem; Quomodo enim ſi in 12. nos per eum negamus poſt baptiſmum remanere naturæ humanæ corruptionem, in 13. aſſeremus eam non eſſe peccatum?

14 Ardentes cõcupiſcentię in Renatis aiunt peccata venialia,

Ad

15 Ad baptiſmum requiruntur oleum, & ſal, ſputum, conſignatio Crucis, Exorciſmi, veſtis alba, candelæ, & huiuſmodi ritus.

16 Mulieres poſſunt miniſtrare Baptiſmum, vel viri non deſignati ad prędicandum Verbum Dei.

17 A ciuilis Magiſtratus Iuriſdictione aliquis hominum ſtatus eximitur.

18 Eccleſia particularis, vel generalis audiri debet ſub Titulo ſpiritus ſine verbo.

19 Oportet vt Eccleſia Chriſti ſit omni tempore viſibilis, glorioſa, & patens oculis hominum.

20 † Omnes actiones, & proceſſus, quot ſunt ſub Titulo Eccleſię ſunt à ſpiritu Chriſti.

Impudens Cal. plus tribuit, vt magis feriat, dum de fide, ac morum neceſsitate decernit S. Syn. dicitur in ſpiritu ſancto legitimè congregata, non quòd in omnibus actionibus proceſsibus digreſsionibus vè ſemper neceſſariò ei aſsiſtat Chriſti ſpiritus.

21 † Chriſtus longo nunc tempore nullam habuit Eccleſiam ſuper faciem terræ, ſi congregatio Papiſtica non erat vera Eccleſia.

Hæc Calniniſtica ad carpendum elocutio in Conc. Trid. nuſquàm reperietur.

22 † Spiritus Chriſti regit Eccleſiam in fide, & bonis operibus ſine verbo.

Si arrogans Cal. perpendiſſet id Conc. Trid. initium (vt ſublatis erroribus puritas Euang. in Eccleſia conſeruetur, quod præmiſſum antè per Prophetas in ſcriptu. S. &c. Seſſ. 4.) non adiunxiſſet (ſine verbo.)

23 Fideles, qui deceſſerunt ante mortem Chriſti erant in Inferno.

24 † Fides eſt ſola cognitio hiſtoriæ abſque applicatione diuinæ miſericordiæ nobis.

Nequaquàm hæc fidei diffinitio reperitur in Conc. Trid. quin neceſſarium eſſe dicit credere, neque remitti, neque remiſſa fuiſſe pecca-

ta

35 † Leges conditę ad onerandum conſcientias hominum in rebus adiaphoris, vt in Cibis, & diebus ad ſeruiendum Deo, vel ad promouendam ſalutem noſtram, locum habere debent in Eccleſia Chriſti.

Detorquet impius Cal. ad onerandum conſcientias & ad res Adiaphoras, quæ ad mortificandam carnem, & ad augendam pietatem conducere docet Conc. Seſſ. 25.

36 Legem Dei homo in hac vita implere poteſt.

37 Limbus Patrum, & locus Puerorum decedentium ſine baptiſmo vnà cum Purgatorio non eſt fabula.

38 Homo non renatus liberum habet arbitrium ad Pietatem.

39 † Maria virgo concepta erat ſine originali peccato.

Si Conc. Trid. indeciſam hanc quæſtionem remittit ad conſt. Sixti 4. Seſſ. 5: Cur falsò hìc refert Cal. eam eſſe tanquam deciſam?

40 Mereri poteſt homo aliquid à Deo.

41 Miniſtri Eccleſiæ debent de neceſsitate agere vitam cęlibem, vel facere votum ea de re.

42 Miniſtri Eccleſię Chriſti non debent contrahere ſecundum Matrimonium, priore vxore mortua.

43 Miſſa eſt cœna Domini.

Ad cœnam, quæ ſua phraſis eſt, detorquet Cal. ſacrificium: in miſſa enim dicitur offerri ſacrificium, non quòd ſit cœna. Seſſ. 22.

44 Miſſa eſt cultus Dei.

45 Opera ſupererogatoria homo habere poteſt.

46 Papa eſt caput Eccleſię, vel Vicarius Chriſti, vel Epiſcopus omnium Epiſcoporum.

47 Iura canonica Papę, vel humanę traditiones admitti debent pro Regula ſeruiendi Deo, modò conformitatem habeant cum verbo Dei.

48 Papa conferre poteſt auctoritatem ciuili magiſtratui, vel eandem ab eodem auferre.

49 Papa eſt iudex omnium hominũ, & nemo eſt iudex ipſius.

50 Papam nemo iudicare debet tametſi videretur trahere milia ſecum in Infernum.

Inſul-

Inſultator Cal. in animarum perniciem in Concil. Trid. non tantam reperiet in ſummo Pontifice indulgentiam: non enim fruſtrà Eccleſiæ ſuæ capiti aſſiſtit ſpiritus ſanct.

51 Papali iuriſdictioni, & Cenſurę ſubijciuntur omnes cauſę Eccleſiaſticę, & Criminales, & licet appellare ab omnibus Eccleſijs, & iudicibus ad Eccleſiam Romanam.

52 Aſſertiones contrarię ſunt hęreſes, & verbo Dei repugnantes.

53 Papę, concilia, & Doctores non ſunt abuſi ſcripturis ad confirmationem ſuorum errorum.

54 † Multa falſa miracula non continentur in eorum ſcriptis ad confirmandam ſuam falſam Religionem.

Veritatem Cal. mendax protuliſſet ſi ſe fictitio miraculo ſuam attentaſſe confirmare doctrinam, dum Burgundiæ de viuo mortuum fecit: idemq; de quoddam Matthęo in Cal. falſi Euang. gratia confirmandi contigiſſe, propalaſſet, non in alterum proprium retorquendo crimen.

55 Papa, & Cardinales non ſunt ipſummet regnum Antichriſti mondana potentia roboratum, & per ſuas leges iniquas regnantes ſuper conſcientias hominum.

56 Eorum tyrannis non eſt nunc patefacta verè & depreſſa ſpiritu oris Chriſti.

57 Euangelium vt modò predicatur, eſt cauſa huius tribulationis.

58 Papa, & ſua Concilia generalia in omnibus preferri debent cuicunque particularis hominis iudicio ſine ampliori conſideratione.

59 Nulla Eccleſia, nullum Concilium, vel Miniſter aliquam habet auctoritatem prædicandi verbum Dei, miniſtrandi ſacramenta, & diſciplinā exercendi ſine permiſsione Papæ.

60 Purgatio eſt pro peccatis poſt hanc vitam.

61 † Pro peccato originali, & non pro noſtro actuali Chriſtus paſsus eſt.

Impoſtura eſt Cal. quoad partem ſecundam: Chriſtum enim (inquit Conc.)

Conc.) propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, non ſolùm autem pro noſt. ſed etiam pro totius Mundi. Seſſ.6.cap.2.

62 † Peccatum originale non eſt corruptio vniuerſæ naturæ humanæ.

Nolluit Cal.Conc.intelligere, vt bene ageret, vbi dicitur Adam inquinatum in omne humanum genus transfudiſſe peccatum, quod mors eſt animę. Seſſ. 5.

63 † Peccatum originale non ſufficit ad condemnationem.

Si aſſerit Conc. (vt mox dictum eſt) peccatum originale mortem eſſe animæ, quomodo negat ad condemnationem non ſufficere.

64 Proteſtãtibus nobis, nullũ promiſſum, & fides ſeruari dẽt.

65 Noſtri ſanguinis effuſio, vel bonorum noſtrorum ſpoliatio publica, vel priuata eſt Iuſtitiæ executio.

66 Sacramenta veteris teſtamenti erant tantum figuræ, & non conferebant gratiam fidelibus.

67 † Sacramenta miniſtrari poſſunt ſine prædicatione verbi Dei populo, vel in lingua extranea.

Si Conc.Trid.Seſſ.24.cap.7 in citando Calu. veridicus teſtis oculatus fuiſſet, hoc commentitium ei non impoſuiſſet. quò fit vt Miſellus ille dum hìc, atque alibi Conc.Trid.labefactare intendit, non ſine maxima ſui iniuria veniat ipſe labefactandus: quòd non propriè, non ſincerè, non fideliter, non integrè, non verè, non iuſtè referat, quæ tàm mordicùs impugnare inhiat.

68 Aliqua virtus imprimitur elementis virtute verborum conſecrationis.

69 Chriſtus iterum offerri poteſt in remiſsionem peccatorũ.

70 Hoſtia conſecrata venerari debet vt Chriſtus, vel cuſtodiri in Pixide, vel circunferri, vel aliquem ſpiritualem vſum habet extra actionem.

71 Eſt tranſubſtantiatio in Pane, vel vino, ita ut ipſemet Chriſtus ſit ibi in Carne, Sanguine, & in oſsibus.

72 Impius recipere põt corpus, & ſanguinẽ Chriſti, ſine fide.

73 Laici arceri debent à Calice. inferius nu.91.

f Satiſ-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

74 Satisfacere poſſumus pro peccatis noſtris.
75 Plura ſacramenta ſunt collata per Ieſum Chriſtum ſuę Eccleſiæ, quàm Baptiſmus, & cœna.
76 Sanctos Defunctos, vel Angelos inuocare debemus, vel poſſumus.
77 Sanctorum nomina, vel Angelorum adiungi poſſunt nomini Dei in iurando, orando, vel gratias agendo.
78 Sanctis, vel Angelis dedicari poſſunt templa, altaria, feſti dies, ludi, ſacrificia, ſacerdotes, & huiuſmodi.
79 Sanctis, vel Angelis vota fieri poſſunt.
80 Scripturis diuinis non comprehenduntur omnia ad ſalutem noſtram neceſſaria.
81 Scripturæ recipiunt ſuam auctoritatem ab Eccleſia.
82 Scripturarum interpretatio ſpectat ad Eccleſiam Dei, vel ad aliquam perſonam ratione alicuius prærogatiuę perſonalis, localis, vel ſucceſsionis linealis.
83 Verbum Dei, & recta adminiſtratio ſacramentorum non ſunt ſigna veræ Eccleſiæ.
84 Suffragia, & exequię fieri debent pro defunctis.
85 Superſtitio non eſt impoſitio manuum ſuper altaria, reliquias, & Cruces, vel Iuratio per eaſdem.
86 Vnctio Regum ad fungendum ſuo officio nunc locum habere debet.
87 Vota fieri poſſunt Deo de rebus non comprehenſis in verbo, vel de rebus, quæ non ſubiacent noſtræ poteſtati, ut perficiantur, ut eſt votum cęlibatus in viro, vel muliere non habente tale donum.
88 Effectus ſacramentorum pendent ex dignitate, vel intentione bona miniſtri.
89 Sacramenta conferunt gratiam ex opere operato.
90 Verba conſecrationis pronunciari debent ſuper elementa, & non ſuper Populo.
91 Eſt ſacramentũ aliquod pęnitẽtiæ, in Eccleſia præter bapt.
92 Confirmatio, ordinatio presbyteratus, & matrimonium

ſunt

ſunt ſacramenta in Eccleſia Dei.

93 Elementa extra vſum ſunt ſacramenta.

94 Extrema vnctio nunc requiritur in Eccleſia.

Hucusq; Calu. cuius errores, & veros errores, ac hæreſes videre eſt iuxta ſeriem Alphabeticam ſuis locis: & apud Gab.Pr.Caluiniſtæ.

1 CANTVM non eſſe admittendum in Eccleſia, *ſed*

2 In cantibus Eccleſiaſticis fruſtrà conteri tempus.

Hic error tribuitur ab Auguſtino cuidam Hilario ex ſecta Arianorum, quem ſuſcitarunt Valden. quos ſequitur Ioan. Vuitel. vt refert Alſon. Caſtr. ad hær. Cantus. Gabr. Pr. Pauperes de Lugd. Hilario.

3 Cantantes in Eccleſia vocandos eſſe ſacerdotes Baal.

Alſon. Caſtr. Ibidem.

4 Cantari pſalmos ſolitos vetuit Paulus Samoſatenus, hisq; alios ſuffecit, quos in ſuam ipſe laudem conſcripſerat.

Temeritas Pauli Samos. Gabr. Pr. Paulus Samoſatenus.

1 Capillos, ſeu crines capitis nutriendos, omnemq; virtutem iuſtitiæ in eis conſiſtere.

Err. Nazar. Gabr. Pr. Nazarei.

1 CAPVT vnum non eſſe totius Eccleſiæ.

Hær. Valdenſium, Armenorum Io. Huſſ. Lut. Alſ. Caſt. ad. hær. Caput. 1. Infrà Eccl. Papa.

1 CARNEM hominis à Diabolo eſſe factam.

Err. Patricianorum à Patricio Romano ait Philaſter, vt refert Alſon. Caſt. ad. hær. Caro. corpus.

2 Carnem hominis eſſe inſequendam, & morte plectendam.

Ibidem.

3 Carnis libertati indulgendum, quia ex ea impunè flagitia omnia pululant.

Err. Venuſtianorum. ibidem. Gabr. Pr. Venuſtiani.

4 Carnem tantùm peccare.

Error Liberorum. Gabr. Pr. Liberi.

5 Carnaliter in lege Domini eſſe uiuendum.

Err. Doſithei (teſte Philaſtrio) Gabr. Pr. Doſitheus.

6 Carnem, non animum contrahere peccatum. *ſup. Anima.*

7 Carnis vniuerſę creationem opificium eſſe non Dei, ſed malorum Angelorum. *ſup. Angeli.*

8 Carnibus veſci diebus prohibitis. *Infrà, Cibus.*

1 CARDinales ſunt miniſtri Antichriſti.
Hær. pro iniurioſa prop. adducta ab Alf. Caſt. de iuſt. hær. li. 1. c. 3.

2 Cardinales non ſunt veri, & manifeſti ſucceſſores collegij Apoſtolorum Chriſti, niſi vixerint more Apoſtolorum ſeruantes conſilia, & mandata Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Er. Io. Huſſ. dam. in Conc. Conſt. ſup. Papa.

1 CASEVM, & Panem ſolum Deo offerendum.
Err. Artotyr. Gabr. Pr. Artotyritæ.

1 CASTE neminem poſſe viuere. *Infrà continentia.*

1 CASTratum, & eunuchum debere eſſe quemlibet ad hoc, ut Deo benè, ac integrè ſeruiat.
Err. Valeſ. Gabr. Pr. Valeſii.

1 CATHolicam, & veram Eccleſiam non eſſe apud Latinos.
Gabr. Pr. Armeni. Infrà Eccleſia.

2 Catholicos Doctores erraſſe, atque errare in fide.
Err. Secundini. Gabr. Pr. Secundinus.

1 COELIBES non debere eſſe ſacerdotes.
Infrà ſacerdos.

1 COELOS trecentos ſexagintaquinque eſſe, à quibus Mundus eſt factus, non à Deo.
Err. Baſilid. Gabr. Pr. Baſilidiani.

2 Cœlum eſſe omnino vacuum, ſe autem ad id miſſum vt filios Regni cęleſtis hæres adoptaret (aiebat Georgius Dauid) qui in Friſia nouus Propheta ſurrexit.
Gabr. Pr. Georgius Dauid.

3 Cœlum nondùm reſeratum, ſed hominibus occluſum fore vſque ad extremum Iudicij diem.
Hær. Auguſt. Gab. Pr. Auguſtiniani.

4 Cœlum, Lunam, Stellas, & aquas, quæ ſuper cœlos ſunt, animatas, & rationales quaſdam virtutes.
Err. Orig. Gabr. Pr. Originiſtæ.

Cœlum

5 Cœlum non fuit factum, neque genitum, ſed ingenitum, & æternum.
Err. Ariſt. Direct. Inq. 2. p. q. 4.
6 Cœlum eſt animatum anima intellectiua. *Ibidem.*
7 Cœlum eſt quoddam animal obediens Deo, & eius motus æternus ab eius anima cauſatur. *Ibidem.*
8 Cœleſtia capita ſunt producta ab animalibus corporum cœleſtium, & vna anima producitur ab alia ſ. inferior à ſuperiori. *Ibidem.*
9 A primo cœlo proceſsit ſecundum cœlum, & deinceps uſque ad vltimum.
Err. Algazel. ibidem.
10 Cœleſtia corpora ſunt animata, & animalia rationabilia, quia dicitur pſ. 18 cœli enarrant gloriam Dei. Et Iob 38. cum me laudarent aſtra matutina.
Inter err. Rabbi Moſi. ibidem.
1 CENSVRIS Eccleſiaſticis excom. ſuſp. vel int. clerus populum laicalem ſibi ſuppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam protegit, uiam præparat Antichriſto.
Err. Io. Huſſ. damn. in Conc. Conſt. int. excommunicatio.
1 CERBERVM tricipitrem, vel Infernalem eſſe ſanctam Trinitatem. *Infrà Trinitas.*
1 CAEREMONIAS nullas debere eſſe in Eccleſia.
Hær. ſectar. Gabr. Pr. Sectarij.
2 Cęremonias Eccleſiæ res eſſe indifferentes, quas ſiue obſerues, violes, mutesvè, te nihil peccare.
Hær. Adiaph. Gabr. Pr. Adiaphoriſtæ.
3 Cæremonias antiquas nullas debere eſſe in Eccleſia.
Hęr. Antidiaph. Gabr. Pr. Antidiaphoriſtæ.
4 Cæremonias Euangelici hæretici ferè eaſdem cum Iudeis obſeruant.
Gabr. Pr. Iudeorum hæreſes.
5 Cæremonias peculiares inſtituerunt Manichæi.
Gabr. Pr. Manichęi.

Cultus

6 Cultus templi externus nihil iuuat.
Erronea propoſitio deducta ab Hæreticis ex Hierem.7.

1 CERTVS ſemper erit homo de gratia, de ſalute ſua, qualiacunque ſint eius opera, dummodò firma ſit eius fides.
Infrà. Fides. Gratia.

2 Certum vnumquemque eſſe debere, quòd gratis propter Chriſtum peccata ſibi remiſſa ſint, quòdq; Deo acceptus, & vitæ ſit hæres ęternæ, quicquid ſit de noſtris operibus.
Hær. Cacang. Gabr.Pr.Cacangelici.

1 CHAOS Poeticum fuiſſe ante Mundi conſtitutionem.
Err.Valen. Gabr.Pr. Valentiniani.

1 CHARACTEREM in nullo imprimi ſacramento.
Hær.Lutheri. Damn.in Conc.Florent. Alf.Caſt.ad.hær.Character. Gabr.Pr.Lutherani.

2 Characterem ſacramentalem eſſe meram nouorum Theologiſtarum fictionem. *Ibidem.*

3 Characteres habent actionem naturalem circa ea, ad quæ ordinantur.
Err. Algazelis phil. Direct.Inq.2.p.q.4.

4 Characteris Antichriſti efficacia. *ſuprà Antichriſtus.*

1 CHARITAS etiam brutis exhibenda.
Inepta, & impropria locutio ex 22.Leu.ab Hæret. educta.

2 Charitas imperfecta morituri fert ſecum neceſſariò magnum timorem, qui ſe ſolo ſatis eſt facere pęnam Purgatorij, & impedit introitum Regni.
Err. Lut.dam.in Bulla Leonis 10.

3 In charitate conſtituto nullum peccatum imputabitur.
Err. Almarici Doct.Par.damn.extra de ſum. Trin. refert Ioan.de Turrecr.de Eccl.lib.4.p.2.cap.35.

4 Ex charitate carnaliter comiſcentes, quæcunque ſtupra, adulteria &c. committunt non eſſe peccatum.
Inter err. Almarici. Direct.Inq.2.p.q.7.

5 Mulieres non peccabant comiſcendo his carnaliter, dummodò ex charitate id agerent. *Ibidem.*

Ex

6 Ex charitate huiuſmodi peccata facta Deus non puniebat, tunc temporis enim agebat Deus vt bonus, non vt iuſtus & ut bonus non puniebat ſtupro, adulteria &c. *Ibidem.*
7 Sicut licitum eſt amicos diligere, ita inimicos odire.
Err.Phariſ.damn.Mar.10.Direct.Inq.2.p.q.4.
1 CHRiſma ſacrum conſpuendum, & conculcandum eſſe.
Hær.Donat.& Caluin.Gabr.Pr. Donatiſtę.
1 CHRISTVS Ieſus non eſt Deus. Contra Diuinitatem.
Hær.Ebionis, Cerinthi, Carpocratis, & aliorum damn.in ſym.Patrtrum.Alſ.Caſt. ad.hær. Chriſtus.1.Gabr.Pr. Carpocratiani, Cerinthiani, Ebionitæ. Iudęi.
2 Chriſtus ſolam humanam habuit naturam. *Ibidem.*
3 Chriſtus fuit purus homo & ex vtroque ſexu natus. *Ibidem.*
4 Chriſtus ante Mariam eius matrem non extitit. *Ibidem.*
5 Chriſtus & ſi non fuerit ex vtroque ſexu natus, fuit tamen creatura, ſola adoptione non natura Dei filius.
Hær.Arrianorum. Alſ.Caſtr.ibidem.
6 Chriſtus non eſt natura Deus.
Hęr. Photini. Gab.Pr.Adamiani. Achillus Alex.Photinus.Artemon. Sergius Pſeudomont.Alban.
7 Chriſtus eſt filius Dei adoptiuus.
Gabr.Pr.Fęlix alius. Donoſiaci.
8 Chriſtus ex uiro Ioſeph natus.
Hoc ſenſit cum Ebione Aquila. Gab.Pr. Aquila.
9 Chriſtus non eſt Deus, ſed in quo Deus ſpeciali prærogatiua habitat.
Hær.Neſtorij. Alſ.Caſtr.ad.hær.Chriſtus.3. Gab.Pr. Neſtorius.
10 Chriſtus non Deus, ſed Deiferus eſt appellandus. *Ibidem.*
11 Chriſtus quoad diuinitatem ante Mariam non fuit nec propriam diuinitatis habuit ſubſtantiam, ſed ea, quæ Patris eſt Deitas, in eo tantùm habitauit.
Hær.Berylli. Gabr.Pr.Berillus.
12 Chriſtus eſt creatura.
Propoſitio ſapiens hæreſim cenſetur ab Alſ. C. de iuſt.hær.l.1.c.3.

At

At Io. à Roias de hær. 2. par. Aſſer. 10. ex Conc. Nic. deducit eam hæreticā. Melchior can. de l. Th. l. 12. c. 11. tenet eā fidei contrariā.

13 Chriſtus, & Deus, & mediator, & imago Dei non fuit ante ſecula: ſed eo tempore Chriſtus eſt factus, & filius Dei, ex quo ex Virgine carnem noſtram aſſumpſit ante 350. annos.
Hær. Coſmianorum. Gab. Pr. Coſmiani.

14 Chriſtus non eſt filius Patris, & primogenitus omnis creaturę.
Hęr. Sabellij. Gabr. Pr. Sabellius Hermogeniani.

15 Chriſtus eſt ſolùm excelſa quædam creatura omnes alias excellens creaturas.
Hær. Agaren. Gabr. Prat. Agareni.

16 Chriſtus eſt Dei virtus, creatura tamen, & merus homo.
Hær. Aſterij. Gabr. Pr. Aſterius.

17 Chriſtus non filius Dei patris omnipotentis.
Hær. Hermani. Gabr. Pr. Hermanus Riſſuich.

18 Chriſti diuina natura paſſa fuit.
Hær. Eutichetis abb. Alf. Caſt. ad. hær. Chriſtus. 4.

19 Chriſti diuina natura fuit crucifixa.
Alf. ibidem. Hær. Aceph. Gabr. Pr. Acephali. Dioſcorus Alexandrinus Epiſcopus.

20 Chriſtus iuſtificator ita fuit ſecundum vtranque naturam, vt diuina vnà cum humana in cruce fuerit mortua.
Hær. Antiſtanc. Gab. Pr. Antiſtancari. Muſculani.

21 Chriſtum eſſe iuſtificatorem iuxta ſolam huma. naturam.
Ibidem.

22 Chriſtum paſsionem in diuinitate ſua ſuſtinuiſſe, ac ſuſcepiſſe, ita vt diuinitas cum humanitate mortua fuerit, & reſuſcitata.
Hær. Apollinar. Gab. Pr. Apollinariſtæ.

23 Chriſtus non fuit Deus, ſed filius Dei ſecundum animam iuxta illud, hic eſt filius m. d. eò quòd in cruce hanc Deo (reddidit.
Hær. Lucę ſtern. Gabr. Pr. Lucas Sternb.

Chriſtus

24 Chriſtus non Maieſtate diuina, ſed magicis artibus fecit miracula.
Hær.Iudę Scarioth teſte Hieronymo.Gab.Pr. Iudæis Scar.

1 IN CHRISTO humana natura verè eſt Chriſtus, eſt perſona Chriſti, eſt perſona verbi, eſt veraciter Deus naturalis, & proprius. **Contra humanitatem.**
Inter err. Auguſtini de Roma Archiepiſcopi Nazareni, Damn.in Conc.Baſilien.Seſſ.22.ann.1435.

2 Chriſtus Patris filius humanum corpus paſsibile, & animam intellectiuam, ſiue rationalem ipſum corpus verè, & per ſe, & eſſentialiter informantem non aſſumpſit.
Hær.dam.in Clem.de ſum.Trin.Direct.2.p.q.7.

3 Chriſtus non fuit verus homo.
Hær.Colorb. Gabr.Pr. Colorboſii.

4 Chriſtus non habuit naturam humanam, ſed tantū diuinā.
Hær.Proclianitarum.Alſ.Caſt.ad.hær.Chriſtus.2.

5 Chriſtus non venit in carne. *Ibidem.*

6 Chriſtus carnem ſuam non de matre aſſumpſit, ſed ex elementis.
Alſ. ibidem.Hær.Appellis.Gab.Pr.Appellitę.

7 Chriſtus reſurgendo ex mortuis hanc carnem Mundo reliquit. *Ibidem.*

8 Chriſtus ſine carne in cœlum aſcendit. *Ibidem.*

9 Chriſtus non fuit verus homo, ſed Phantaſticus, & Phantaſma quoddam.
Hær.Manich.Alſ.Caſt. ibidem.Gab.Prat.Manichæi.

10 Chriſtum ex vtero matris non prodijſſe. *Ibidem.*

11 Chriſtum neq; natum ex fœmina neque habuiſſe carnem, neque verè mortuum, neque paſſum, ſed ſimulaſſe paſsionē.
Hær.Cerdon.Alſ.ibidem.Gab.Pr. Cerdoniani. Marcion.

12 Chriſtus verus quidem homo, at non eiuſdem naturæ nobiſcum: *quia*

13 Chriſtus à Patre miſſus corpus cœleſte ſecum traxit: *atq;*

14 Chriſtus per virginem, tanquam per rimam quandam ſine

vlla carne de ea aſſumpta tranſiuit.

Hæc Valentinus teſte Irenæo. Gabr.Pr.Eutychiani. Valentiniani. Alſ. ibidem.

15 Chriſtus non aſſumpſit carnem ex Virgine, ſed in ipſo Incarnationis opere aliquid verbi in carnem fuit conuerſum. *Alſ. ibidem.*

Hær.Apollinaris. Gab.Pr. Anabaptiſtæ Apolinariſtæ. Balthaſar.

16 Chriſtus carnem non aduentitiam ſuſcepit, ſed antequàm deſcendiſſet, in cœlo ante ſecularem, & conſubſtantialem habuit. *ibidem. Apollinariſtæ.*

17 Chriſtus cum una perſona vnam tantùm habuit naturam .ſ.diuinam. *nam*

18 Chriſtus & ſi fuerit incarnatus, in incarnationis tamen momento, caro in diuinitatem fuit conuerſa.

Hær.Euticetis abb.damn.in Conc.Calced.Ephefino. Alſ.C.ad. hær. Chriſtus 4.

19 Chriſtus non fuit aliquid ſecundum quod homo.

Hær.dam.ext.de hær. cap.cum Chriſtus Gab.Pr.Gainitæ.

20 Chriſtum Ieſum in carne veniſſe, omnis ſpiritus, qui non confitetur ex Deo non eſt.

Hoc ex 1.Io.4.eraſerunt Apellitæ, vt ſuum falſum dogma defenderent. Gab.Pr.Apellitę.

21 Chriſtus ſine carne & reſurrexit, & in cœlum aſcendit.

Alſ.Caſt. Chriſtus.12. Gabr. Pr. Appellitæ. ſuprà.

22 Chriſti anima poſt crucifixum corpus in cœlum fuit recepta, caro verò in terra dimiſſa, nec vnquàm glorificata.

Gab. Pr.Carpocratiani.

23 Chriſtus non in carne ſedet ad dexteram Patris, ſed carnem ſpoliauit, antequàm in cœlum conſcenderet,& in ſole poſuit.

Hær.Seleucian.Gabr.Pr. Seleuciani.

24 Chriſtus aſſumpſit humanitatem æqualem ſuę diuinitati.

Hær.Arnoldi.Gab.Pr.Arnaldus.

25 Chriſti corpus creatum quidem eſſe, ſed idem ab ipſa con-

conceptione incorruptibile.

Hær. Iuliani Halicarnaſſæi. Gab.Pr. Acephali.

26 Chriſti caro, quam ipſe ex virgine aſſumpſit, ante paſsionem fuit incorruptibilis.

Hær. Aphthartod. Gab.Pr. Apthartodocitæ.

27 Chriſtus in paſsione ita carnem dimiſit, & in cœlum ſic aſcendit, vt non ſit iam in carne diuinitas: neque enim poſt paſsionem ſurrexit in carne, neque cum carne aſcendit.

Hær. Paſſion. Gab.Pr. Paſsioniſtæ.

28 Chriſti humanitas vnà cum diuinitate eſt præſens in cœna ſacra, in baptiſmo, in verbo, in omni cœtu ritè congregato in nomine Domini.

Hoc docuiſſe Ioannem Boedecher. refert Gab.Pr. Vbiquetij.

29 Chriſti Humanitatem vbique eſſe ſicut Diuinitatem.

Aſſertio Zuinglij. ut refert Gab.Pr. Vbiquetij.

30 Chriſti humanam naturam eſſe genituram Spiritus ſancti, non Dei creaturam.

Hær. Suencfeldian. Gab.Pr. Suencfeldiani.

31 Chriſtum non ex Virginis carne, ſed ex Dei patris ſubſtantia cœlitus attuliſſe corpus.

Hær. Mennonit. Gab. Pr. Mennonitæ.

32 Chriſtum non veniſſe in carne, nec de Virgine natum.

Hær. Proclianit. Gab.Pr. Proclianitæ.

33 Chriſtus ſolùm corpus aſſumpſit, non autem Animam.

Hær. Apollin. Damn. Conc. Epheſ. Calced. Alfon. Caſt. Chriſtus. 5. Gab.Pr. Apollinariſtæ.

34 Chriſtus aſſumpſit Animam, quæ mentem non habebat, ſed verbum diuinum fuit pro mente in hominẽ aſſumptũ.

Idem Apollinaris corrigens prius dictum. Gab.Pr. ibidem.

35 In Chriſto vna fuit tantùm voluntas, & operatio. ſ. diuina.

Hær. Macharij Antioch. Epiſcopi. damn. in Conc. Conſtantinop. ſub Agat. Alf. Caſt. ad hær. Chriſtus. 6. Gabr. Pr. Macharius Ant.

36 In Chriſto non fuit ſpiritus timoris Domini.

Err. Petri Abailardi. Alf. C. ad hær. Chriſtus. 9.

37 Chriſti Natalem ſecundum carnem non eſſe piè veneràdũ.
Err.impũ Priſcilliani. Gab.Pr. Priſcillianus.

Contra Suppoſitũ

1 IN CHRISTO Duas ineſſe Hypoſtaſes.
Hær. Feliciana. Gab.Pr. Felix alius.

2 Chriſtum duas habuiſſe perſonas alteram diuinitatis naturæ, & alteram humanitatis.
Hær.Neſtorij. Alf.Caſt.ad hær.Chriſtus.3.Gabr.Pr. Neſtorius.

3 Chriſtus non vnus in Deitate, & humanitate fuit, ſed ſeparatim alter filius Dei, alter filius hominis. *Ibidem.*

4 In Chriſto duas fuiſſe perſonas vnam Paſſam, alteram Seorſum ſtetiſſe, & Paſsionis ſpectatricem fuiſſe.
Hær. Chanzinz. Gabr.Pr. Chanzinzarij.

5 Chriſtum non eſſe pro omnibus, aut omnium peccatis crucifixum, & mortuum, ſed tantùm pro fidelibus, & Pijs.
Hær. Boquini. Gabr.Pr. Boquini.

6 Chriſtum nec naſci, nec mori potuiſſe.
Hær.Fauſti Man.Gab.Pr.Fauſtus Manichæus.

7 Chriſtus non fuit crucifixus, ſed Simon Cirẹneus pro eo, qui angariatus ſuſtulit crucem.
Hær. Baſilidis Apoſtolorum tempore. Alf. C. ad. hær.Chriſtus 7. Gab.Pr. Baſilidiani.

8 Chriſtus non verè, ſed putatiuè fuit paſſus.
Hær.Marcitæ hæretici. Alf.C.ibidem. Gab.Pr.Lucianus.

9 Chriſtus non fuit interremptus, ſed quidam illi ſimillimus: Deus enim ad ſe ipſum Chriſtum accerſiuit.
Hær.Agarenorum. Gab.Pr.Agareni.

10 Chriſtum appariturum in finem Mundi, interempturum Antichriſtum, & poſt hæc Chriſtum ipſum moriturum.
Ibidem.

11 Chriſtum Dei filium, non vt hominem liberaret, fuiſſe incarnatum.
Err.Petri Abailardi. Alf.Caſt.ad.hær.Chriſtus.8.

12 In Chriſti maieſtate, vel eius corporali præſentia non ſperandam eſſe ſalutem.

Err.

Err. cuiuſdam nomine Baſſi. Alſ ibidem.

13 Chriſtum non eſſe ſaluatorem.
Hær. Theodoti Bizantini. Alſ. ibidem. Gab. Pr. Baſſus.

14 Chriſtus ſuſtinuit vulnus lanceæ cum adhuc eſſet viuus.
Hær. Petri Ioannis damnata in Conc. Vien. Clem. de ſum. Trin. ibid.

15 Chriſtum non ſurrexiſſe, ſed aliquando ſurrecturum.
Hær. Cerinthi. Alſ. Caſt. ad. hær. Chriſtus. 11.

16 Chriſtus reſurrexit à mortuis die ſabbati poſt Paraſceuen hora ſexta.
Err. Armen. Gab. Prat. Armeni. *Infrà Reſurrectio.*

17 Chriſtus ad Inferos non deſcendit.
Inter hæreſes hanc recenſet Iſidorus, vt refert Alſon. Caſt. ad. hær. Infernus 3.

18 Chriſtus redemptor noſter manſit per 40. dies, qui fluxerunt à Reſurrectione vſque ad Aſcenſionem, in Arca fœderis.
Propoſitio adducta pro temeraria ab Alſ. Caſt. de iuſt. hær. l. 1. c. 3.

19 Chriſtum neque Deum, neque verum fuiſſe hominem: &

20 Chriſtum neque carnem de Virgine ſumpſiſſe, ſed eam de cœlo duxiſſe: &

21 Chriſtum neque verè comediſſe, neque paſſum, neq; mortuum fuiſſe; &

22 Chriſtum neque Reſurrexiſſe, neque in cœlum aſcendiſſe.
Hæc omnia contra Chriſtum miſeri Alban. Gab. Pr. Albanenſes.

23 Chriſtum, quòd in cruce deſperarit, fuiſſe damnatum.
Hær. Præmonſtratenſis Apoſtatæ. Gab. Pr. Antichriſtiani.

24 Chriſtum non vnum, ſed plures fuiſſe.
Hær. Elceſeorum. Gab. Pr. Elceſei.

25 Chriſtum non verum illum promiſſum, ſed alium cum Iudæis expectandum.
Hær. Buceri. ibidem.

26 In Chriſto duas fuiſſe voluntates, & virtutes operatrices ante vnionem carnalem, diuinam ſ. & humanam, quæ poſt vnionem ita in unum confuſę ſunt, vt diuina paſſa ſit quæ ſunt humanæ, & è contrà.

Hær.

Hær. Sergij Conſt. Gabr. Pr. Sergius Conſtant.

27 Chriſtum abiurare, non eſſe peccatum.

Hær. Georgij Dauid. Gab. Prat. Georgius Dauid.

28 Chriſtus fuit ſtultus, ſimplex, Phantaſticus, & ſeductor ſimplicium hominũ: atque damnauit vniuerſum mundũ. &

29 Chriſti geſta omnia generi humano, & rectæ rationi eſſe contraria: quot nanque homines propter ipſum, fatuumq; ſuum Euangelium interfecti ſunt?

Hæc horrenda blasfemabat impius Hermanus Riſſ. Gabr. Pr. Hermanus Ruſſuich.

30 Chriſtum ſecundum corpus etiam in Inferno adeſſe præſentem.

Hær. Vbiquetij. Gabr. Pr. Vbiquetij.

31 In Chriſto duas naturas diuinitatem. s. & humanitatem vnum efficere Chriſtum. *vel ſic*

32 Duæ naturę Diuinitas, & humanitas ſunt unus Chriſtus.

Inter err. Ioan. Huſſ. hanc recenſet propoſitionem. Gab. Pr. Huſſitæ. nu. 13. Io. de Turrecr. de Eccleſia l. 4. c. 38.

33 In Chriſto fuiſſe vnionem non perſonalem in duabus naturis verè ſubſiſtentem, ſed tantùm habitualem. i ſecundum habitum, proprietatem, conditionemq; quandam diuinã, qua cum ſolus eſſet homo, diuina tamen aſsiſtente, per quandam participationem, virtute, miracula operaretur.

Hær. Seueri Antioch. Gab. Pr. Seuerus Antiochenus.

34 Chriſtum nec veniſſe, nec quicquam mali pertuliſſe.

Hær. Simon acori m. Gabr. Pr. Simoniaci.

35 De Chriſto nihil expreſſe fuiſſe dictũ in veteri Teſtamento.

Hær. Theodori. Gabr. Pr. Theodorus.

36 Chriſtum crucifixum etiam pro Dæmonibus, & futuris ſeculis ſæpius crucifigendum.

Hær. Origeniſtarum. Gab. Pr. Origeniſtæ.

37 Chriſtum reſuſcitatum ianuis clauſis ad Apoſtolos ingredientem per Rima aiunt Zuingliani, fuiſſe inductum. &

38 Chriſto ad Apoſtolos ingredienti integras ianuas aperuiſ-

ſet

ſet Caluinus, ne præſſuram vllam eius tenellum corpus pateretur. *&*

39 Chriſtus, cùm ingreſſus eſt ad Apoſtolos Ianuis clauſis, per feneſtram intraſſe, ait Petrus quidam Martyr antiluteranus.
Hæc Gab. Pr. Martyriani.

40 Chriſtum non propria virtute reſurrexiſſe; *&*

41 Chriſtum exercuiſſe opificium Patris ſui lignarij.
Gab. Pr. Lucas Sternb.

42 Chriſtum vmbraliter tantùm in Mundo apparuiſſe, atque omnem Oeconomiam miſterij ſaluatoris ita compleſſe.
Hær. Saturnini. Gab. Pr. Saturninus Secundus.

43 Chriſtus fuit homo in triduo.
Propoſitio pro erronea adducta ab Alf. Caſt. de iuſt. hær. l. 1. c. 3. id quod prius docuerat D. Thom. Aquin. dicens.

44 Chriſtum in triduo mortis hominem fuiſſe, dicere ſimpliciter, & abſolutè loquendo, erroneum eſt.
Hæc D. Tho. p. 3. q. 50. art. 4.

45 Chriſti corpus cum aſcendit in cęlum, planè Deũ eſſe factũ.
Hær. Metamorphiſt. Gab. Pr. Metamorphiſtæ.

46 Chriſti corpus eſſe Deum, omninò propriè dici debere.
Ibidem.

47 Chriſti corpus, quod eſt diuina eſſentia, non caro humanæ naturæ ſubſtantialis, eſt in cœna Domini, ſiue in hoſtia S.
Ibidem.

48 Chriſtus quotidie peccat, & ex quo fuit Chriſtus quotidie peccauit (aſſerit Auguſtinus de Roma Archiep Nazarenus,) quamuis non pro Chriſto capite Eccleſiæ dicat ſe intelligere, ſed ad membra ſua, quem cum Chriſto capite vnum eſſe Chriſtum aſſeruit, intelligentiam eius eſſe referendam.
Hanc propoſitionem, & ſequentes, & alias ex eadem radice procedentes tanquàm erroneas damnat, & reprobat Conc. Baſilien. ann. 1435. cum eiuſdem libello his, ac alijs erroribus refertum: quas elocutiones validiſſimis rationibus reprobat Io. Turrecr. ſum. de Eccl. lib. 1. c. 58. Notando. 5.

In

49 In Chriſto humana natura verè eſt Chriſtus, & eadem eſt perſona Chriſti. *Ibidem.*

50 In Chriſto humana natura eſt perſona Verbi. *Ibidem.*

51 Humana natura aſſumpta à Verbo in vnione perſonali eſt veraciter Deus naturalis. & proprius. *Ibidem.*

52 Chriſtus ſecundum voluntatem creatam tantum diligit naturam humanam vnitam Perſonæ Verbi, quantum diligit naturam diuinã, ſicut duę perſonæ in diuinis ſunt æquè diligibiles, ita duę naturę in Chriſto humana, & diuina ſunt æqualiter diligibiles propter perſonam communẽ. *Ibidem.*

53 Chriſti Anima videt Deum tàm clarè, & intenſè, quantum clarè, & intenſè Deus uidet ſe ipſum. *Ibidem.*

54 Ratio ſuppoſitatis determinans humanam naturam in Chriſto non realiter diſtinguitur ab ipſa natura determinata. *Ibidem.*

55 Chriſtus ſoluit tributum Cæſaris iubens dari ſtaterem piſcis neceſsitate coactionis, non liberalitate pietatis.
Err. Marſilii de Padua, & Io. de Ianduno dam. in extr. Io. 12. licet.

56 De Chriſto cætera uide infrà. *Filius. Trinitas.*

1 CHRISTIANI pluribus præmuntur cerimonijs, quàm Iudæi. &

2 Non probo quòd humanis conſtitutionibus tota penè chriſtianorum vita ceremonijs oneratur.
Hæ inter propoſitiones ſuſpectas, vel ſcandaloſas Eraſmi adducuntur à Iacobo Lop. ſtunica poſt ſuum itinerarium.

3 Chriſtianos omnes habentes vſum liberi arbitrij per Antichriſtum eſſe peruertendos. *ſuprà Antichriſtus.*

4 Chriſtianus Populus totus ad Infernum deducitur.
Hær. Arnoldi. Gab. Pr. Arnoldus à villa.

5 Chriſtianam Doctrinam 5. noſtri temporis impeditam eſſe, ſpinoſam, tenebricoſam, partim admixtu legum, partim ſomnijs, & inuentiunculis ambitioſorum hominum.
Hæc inter propoſitiones ſuſpectas, vel ſcandaloſas Eraſmi enumeratur à Iacobo Lop. Stun. poſt ſuum Itinerarium.

Chri-

6 Chriſtianis nullam legem ſiue ab hominibus, ſiue ab Angelis vllo iure imponi poſſe, niſi quantum ipſi velint.
Hær. Luter. Gabr. Pr. Luterani.

7 Chriſtianos omnes eſſe ſacerdotes. *Infrà Sacerdos.*

8 Chriſtianos eſſe garrulatores, & ſine ratione ſeipſos mouentes ad credenda ex fide cath. ſibi ſuppoſita.
Inter err. Auerrois. Direct. Inq. 2. p. q. 8.

9 Chriſtotocon Beatam Mariam appellandam, non Theotocon. *Infrà Maria V.*

1 CIBIS carnium veſci non licere.
Err. Manich. Tatiani. Alſ. Caſt. ad. hær. Cibus. 1. Gab. Prat. Encratitæ. Manichæi.

2 Cibos carnium immundos eſſe.
Err. Priſcillian. Alſ. ibidem. Gab. Prat. Priſcil.

3 Cibos, caſeum, oua, lac comedere non licere etiam ſi neceſsitas adſit.
Err. Cathari (teste Guidone) Alſon. ibidem. Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 35.

4 Cibos de ſuffocatis comedere non licet, aliasuè carnes in lege veteri prohibitas.
Err. Gręcorum. Gabr. Prat. Gręci. Alſon. ibidem. Damn. in Conc. Bracc. 1. c. 4.

5 Cibos, vel eſcas abominandas, tanquàm immundas; quia talium Deus non eſt Creator.
Err. Agin. Pabr. Pr. Aginen. Catharialij, Manichæi.

6 Ciborum vſum deteſtandum.
Err. Seuer. Gabr. Pr. Antilutherani. Seueriani.

7 Cibis carnium veſci, vel non veſci impertinens eſt chriſtianæ perfectioni.
Propoſitio hæc ſapit hæreſim, ait Alſ. C. de iuſta. Hær. punit lib. 1. cap. 3.

8 Cibos quoſlibet quolibet die comedere ſine vllo diſcrimine licere omnibus, quantumlibet per eccleſiaſticas ordinationes prohibitos.

Hær.Iouin.Valden. ac modernorum Lutheranorum.Alſ.C. ad.hær. Cibus.2.Gab.Pr.Iouin. &

9 Cibos carnium, ouorum,&c. ab Eccleſia prohibitos comedere non eſt peccatum.
Ibidem. Damn.in Concilio Toletano 8.cap.9. &

10 Ciborum abſtinentiam præcipere non poteſt Eccleſia.
Ibidem. &

11 Cibis carnium abſtinere nullum ineſt meritum.
Ibidem. Gab.Pr.Pauperes de Lugduno. &

12 Cibos carnium omni feria ſexta, omni ſabbato, & omnibus diebus quadrageſimæ effrenatè comedi poſſe.
Alſ.C. ibidem.

13 Ciborum delectu hodie videmus inter chriſtianos plus eſſe ſuperſtitionis, quàm unquàm fuerit inter Iudæos.
Hæc inter concluſiones Eraſ.ſuſp.Iac.Lop.Stu.poſt ſuum itinerariũ.

14 Ciborum, vel eſcarum abſtinentiam, quæ non legis præcepto, ſed maioris meriti conſequendi cauſa à Chriſto hominibus eſt conceſſa, eſſe prohibendam.
Err.Abſt.Gabr.Pr.Abſtinentes.

15 Cibos, eſcas abominandas, quas Deus cum benedictione humano generi tribuit ad percipiendum.
Err.Aerian. Gabr.Pr.Aeriani.

1 CIRCVNCIDI debere paruulos adhuc in noua lege.
Hær. Cerinthi, & Ebionis. Alſ.Caſt.ad.hær. Circ.1. Gab. Pr.Indiani. Paulus Samoſatenus. Dam.in Conc.Apoſtolorum Act.15.

2 Circuncisionem cum Euang. obſeruandam.
Hær.Cerenthianorum. Damn.4. q.3. Quidam autem Hær. Direct. Inq.p.2.q.6.

3 Circunciſionem, & legem veterem reducendas. ſ. in obſeruantiam.
Hær. Alexandri Aerarij, quem Paulus legitur tradidiſſe Sathanę. 2.Tim.2. Gab.Pr. Alex.Aer.

1 CLAVSTRA fundantes, & ea ingredientes ſunt viri Diaboli.

Err.

Err. Io. Vuicl. Gab. Pr. Io. Vuicleſ.

2 Clauſtra incolentes omnes ſunt extra charitatem, ideo damnantur; ac falſificant, quotquot ſunt, doctrinam Chriſti.
Hær. Arnoldi. Gabr. Prat. Arnoldus.

1 Clauium poteſtatem habent omnes homines boni.
Err. reprob. à Io. de Turrecr. Eccle. lib. 2. cap. 71.

1 CLERVM ditare eſt contra regulam Chriſti.
Err. Io. Vuicleſ. dam. in Concilio Conſtant. Alſ. Caſtr. ad. hær. Eccl. 4. Gabr. Pr. Io. Vuicl. infra Eccleſia.

2 Clericos, & religioſos Eccleſię, eſſe ſcribas, & phariſæos Apoſtolorum perſecutores.
Err. Paup. de Lug. ſum. Fr. Ycconeti in Biblioth. vaticana manuſcr.

3 Clericos omnes, & eis obedientes à tempore B. Syluestri P. eſſe damnatos.
Err. Paup. de Lugd. infrà Eccleſia.

1 COGitationes prauas ſola diſplicentia deleri.
Damn. inter propoſitiones Petri de Oſma. extr. Sixti 4. Alſ. Caſt. ad. hær. Conf. 1. Hær. Io. Vuicl. aſſerentis.

2 Cogitationes prauas ſola contritione ſine ordine ad claues, abſque confeſsione in re, vel in voto deleri. *Ibidem.*

1 COITVM promiſcuum fœminarum licere, vt quilibet qualibet ſine peccato vti poſsit.
Hær. Simoni Mag. Saturnini, Nicolai. Alſ. Caſt. ad. hær. Coitus. 1. Gabr. Pr. Nicolaitæ, Simoniaci.

2 Coitum promiſcuum miſcendo cum qualibet muliere licere congregatis in Eccleſia, extinctis luminibus poſt ſolis occaſum.
Alſ. Ibidem. Floriani. Gabr. Pr. Dulcinus Fratricelli.

3 Coitum quemcunque commixtum vrente carnis libidine tàm inter viros, quàm inter fęminas eſſe licitum: quia melius eſt nubere quàm vri dicunt Pauperes de Lugd. *& quòd*

4 Libidini ſatisfacere in quolibet actu turpi melius eſt, quàm intùs in corde tentari.
Err. Pauperes de Lugd. ex ſum. F. Ycconeti. p. 5. c. 2. in Bibliot. Vatic.

tic.manuſcr.& Valden.teſte Guid.car.quem refert Alſon.ibidem. Gabr.Pr.Baſiliani. Pauperes de Lugduno.

4 Coitum carnalem,vrente carnis libidine, quemcunque non eſſe peccatum, ſed oſculum, quia ad hoc non inclinat natura, ſed ad coitum eſt inclinatio naturalis.

Damn.inter hær.Beguin.& Begard.in Clem.de hær.ad noſtrum.Alſ. ibidem.Gabr.Pr. Fraticelli.

5 Coitum ſoluti cum ſoluta, quod ſimplex dicitur fornicatio, non eſſe peccatum.

Error Græcorum. Alſ.Caſt. ibidem.

6 Coitum, qui ſimplex eſt fornicatio, qui credit non eſſe peccatum, non eſt hæreticus.

Hæc prop. vt Erronea tribuitur cuidam Martino de Magiſtris ab Alſ. ibidem.

7 Coire tenetur mulier cum quolibet viro eam petente, & è contrà.

Gabr. pr. Anabaptiſtæ.

8 Coire cum fœminis licet cuiq; inſtar canum, omni pudore ſublato, publicitùs.

Hær.Cynicorum. Gabr.pr. Cynici, Balamitæ, Turrilupini.

9 Concupiſcit ſpiritus meus carnem tuam, veni itaq; faciamus mirabilia, aiebant Nicolaitæ, & nuper Monaſtarien.

Gabr.Pr. communia habentes.

10 In communi debere viros, ac fœminas, Iuuenes,ac Virgines in vno loco, & conclaui uiuere, & in eodem cubiculo dormire,vbi extinctis luminaribus ad omnes promiſcuè dicendum. Creſcite, & multiplicamini.

Hær.Condorm. Gabr.Pr. Condormientes.

11 Communes debere eſſe vxores.

Hær.Chriſtophori Sc.Gabr.Pr.Chriſtophorus Schaplerus.

13 Connubia permixta, ſeu promiſcua, vrente carnis libidine, eſſe permittenda.

Hanc legem ſtatuit quidã Picardus ex Gallia Belgica, teſte Aenea Syluio. Alſ.ibidem. Coitus. 1.*Gabriel Pr.Adamiani.Picardi.*

Luxu-

13 Luxuriæ nullum eſſe peccatum.
Hær.Cynicum. Gabr.Pr.Cynici. Balaamitæ. Turilupini.

14 Quilibet vir, & mulier nudi ſimul abſque peccato poſſunt iacere licitè in eodem lecto, tangere ſe mutuo in omni ſui parte, & oſculari ſe inuicem, & coniungere ventrem cum ventre, ſi ſit carnis ſtimulus, vt ceſſet tentatio.
Hær. Pſeudoap. damn. in extrau. Honorij Olim ſel.recor. ref.Ioan. de Turrecr.de Eccl.lib.4. p.2.c.37. Hær.Geraldi Segnarelli.

15 Iacere cum Muliere, & eam non cognoſcere carnaliter maius eſt, quàm ſuſcitare mortuum. *Ibidem.*

16 Quoſcunq; actus carnales, ſtuprum, adulterium,&c. committentes ex charitate non eſſe peccatum.
Err. Almarici Direct.Inq.2.p.q.7.

17 Adulteria, ſtupra, &c. Deus vt bonus non punit. *ibidem.*

1 COMMVNIA omnia debere eſſe, & propria omnia relinquenda.
Err.Antiluth. Gabr.Pr.Antilutherani.

2 Communia omnia debere eſſe in Republica.
Err. com. hab. Gabr. Pr. communia habentes.

3 Communia omnia, etiam vxores. *ſup. Coitus.*

1 CONCILIVM generale quantumcunq; probè, ac legitimè fuerit congregatum in fide, ac moribus poſſe errare. Hoc Arius, Neſtorius, Io.Huſſ. Luterus aſſerunt, ne hinc ſua venenoſa detegantur dogmata. *Ob id*

2 Concilium Conſtant.erraſſe in condemnando Io. Vuicclef. dicit Io.Huſſ. *& idem.*

3 Concilium in condemnatione Io.Huſſ.prædicabat Luterus.
Alſ. C.ad. Concilium. 1.Gabr.Pr. Luterani.

4 Concilij Niceni Symbolum, & decreta deſtruenda.
Hær. Eudoxij Ep.Gabr.Pr.Eudoxius Epiſcopus German.

5 Concilium, ſiue quartam ſynodum repudiandam.
Hær. Iacobitarum. Gabr.Pr. Iacobitæ.

6 Conciliorum generalium determinationes, canones, & decreta nihil valere.

Hær.

Hær. Rhutenorum. Gabr.Pr. Rhuteni.4.

7 Concilium ritè congregatum pręcisè tantùm decidere poteſt, quantum ſacra ſcriptura expreſsè continet.
Hær. Iacob.Præp. Gabr.Pr.Iacobus Præpoſiti.

8 Concilia generalia non eſſe congregata in ſpiritu ſancto.
Hær. Io.Vueſt. Gabr.Pr. Io.Vueſtphalus.

9 Conciliorum ſanctionibus non omnes tenentur obedire.
Gabr.Prat. ibidem.

10 Via nobis facta eſt enarrandi authoritatem conciliorum, & liberè contradicendi eorum geſtis, & iudicandi eorum decreta, & confidenter confitendi quicquid verum videtur, ſiue probatum fuerit, ſiue reprobatum à quocunq; concilio.
Inter err.Lut.damn.in Bullis Leonis 10.

11 Concilium generale legitimum Eccleſiam vniuerſalem non repræſentare.
Damn.in Conc.Conſt.à Martino 5.

1 Concupiſcentia, quæ in baptizato relinquitur eſt peccatum propriè dictum contra illud, non concupiſces.
Hær. Iacob. pre.Damn. in Conc.Trid.Gabr.Pr. Brentius. Iacobus præpoſiti.

1 Conditor &c.
Vide infrà Creator.

Err. gloſſ. Panor. c. vtriuſque. D. Bonauenturæ 4 d. 16. qui citat Hugonem in eodé err.

1 CONFESSIO peccatorum in ſpecie, ex vniuerſalis Eccleſiæ ſtatuto, non ex diuino iure habetur.
Hær. Petri de Oſma in Hiſpania Theologi Salmantini. Damn. in extrau. Sixti 4. Alf.C.ad.hær. Conf. 1.

2 Sacramentum Pœnitentiæ quantum ad collationem gratię naturæ eſt, non inſtitutionis noui, aut veteris Teſtamenti.
Eiuſdem: damn. ibidem.

3 Abſque confeſsione peccata mortalia, quò ad culpam, & pœnam alterius ſęculi ſola cordis coutritione, cogitationes verò prauę ſola diſplicentia delentur ſine ordine ad claues.
Eiuſdem damn ibidem.

4 Confeſsio inutilis eſt, & ſuperflua ſi contritio adſit.

Inter

Inter err. Io. Vuitcl. damn. in Conc. Conſt. Seſſ. 8. Alſ. ibidem. Gabr Pr. Io. Vuitcl.

5 Confiteri ſacerdoti peccata ſua non eſſe neceſſarium, ſed ſoli Deo confiteri ſufficit.
Hær. Iacobitarum. Alſ. ibidem.

6 Confeſsionem hanc clancularia non eſſe neceſſariam, quæ in aurem fit ſacerdotis, ſed ſufficit ſi ſoli Deo confiteatur.
Hær. Lut. Alſ. ibidem.

7 Confeſsionem ſacramentalem omnino eſſe tollendam.
Hær. Valdenſium. Alſ. ibidem.

8 Confiteri hominem, nec poſſe, nec debere poſt commiſſum peccatum.
Hær. Alban. Gabr. Pr. Albanenſes.

9 Confitenda non eſſe omnia peccata mortalia, nec neceſſarium eſſe omnium peccatorum examen.
Hær. Lutheri: ibidem: quia (vt ipſe ait.)

10 Confiteri dum volumus purè omnia peccata, nihil aliud facimus, quàm quòd miſericordię Dei nihil volumus relinquere ignoſcendum. *Alſ. ibidem.*

11 Confiteri peccata, & enumerare eſt Papiſtica carnificina, & impietas.
Hær. Sectariorum. Gabr. Pr. Sectarij.

12 In Confeſsione non cōferri gratiā, qua homo iuſtificatur.
Hær. Lutheri. Alſ. Caſt. ibidem.

13 Confeſsionem non poſſe dici ſacramentum.
Lut. ibidem.

14 Confeſsionem audire, & pœnitentem abſoluere poſſe omnes homines cuiuſcunque fuerit conditionis.
Lut. ibidem.

15 Confeſsio, quòd ſecreta ſit, non neceſſariò exigi.
Prop. numerata inter err. dam. Petri de Oſma. Extr. Sixti 4. *& hęc*

16 Confitentem non peracta ipſius pœnitentia abſolui non debere. *Ibidem.*

17 Confitendum non eſt fratribus Mendicātibus, & qui ipſis, vel

vel alijs habentibus priuilegium generale audiendi confeſſiones, eſt confeſſus, iterum confiteri tenetur curato tanquàm proprio ſacerdoti.

Err.Io.de Poliaco.dam.extr.Io.22.V.us elect.Gab.Prat.Io.de Poliaco.Io.de Turrecr.de Eccle.l.4.c.37.p.2.

18 Stante ſtatuto, omnis vtriuſque. Papa non poſt facere, quin Parochiani non teneantur quotoquoque anno omnia peccata ſua confiteri proprio ſacerdoti. ſ. curato, imò nec Deus ipſe, quia hoc implicat contradictionem.

Eiuſdem, ibidem dam. &

19 Papa non poſt dare poteſtatem generalem, nec Deus ipſe audiendi confeſsiones, ſed confeſsus habenti talem facultem, tenetur iterum confiteri curato, vt proprio ſacerdoti.

Err.eiuſdem dam. ibidem.

Brētij deteſtādum conſilium in Papæ, & Conc. deſpectū.

20 Non confitendum eſſe ſacramentaliter tempore Quadrag. vel Paſchatis, quo præcepit Papa: ſed ſi non præcepiſſet, uellē confiteri (ait Brentius) qn̄, & qūo voluntas libera me te-

Gabr.Pr. Aeriani. (tigerit.

21 Confeſsionem nullam fuiſſe antiquitùs ſecretam malè actę vitæ, ſed apertam (vt opinor) quam nec legimus exactam à quoquàm.

Hanc recenſet Iacob. Lep.Stunica poſt ſuum itinerarium inter prop. quas tanquam ſuſpectas ipſe excerpſit ex Eraſmi libr. *item*

22 Confeſsio clancularia, quæ nunc recepta eſt, & in aurem fit, videtur ex conſultationibus priuatis eſſe nata; quæ ſolet apud Epiſcopos fieri, ſiquis ſcrupulus vrgeret animum.

Eiuſdem, ibidem. *item*

23 Confeſsionem olim fuiſſe publicam, & de notis commiſſis publicam olim fuiſſe ſatisfactionem.

Eiuſdem. ibidem. *item*

24 Confeſsionem admiſſorum ſecretam, apparet Hieronymi tempore, nondum fuiſſe inſtitutam.

Eiuſdem, ibidem.

26 Nullo modo præſumas confiteri peccata venialia, ſed nec omnia

omnia mortalia, quia implere eſt, vt omnia mortalia cognoſcas: vnde in primitiua Eccleſia ſolùm manifeſta mortalia confitebantur.

Dam. inter err. lut. in Bulla Leonis 19.

26 Si homo debitè fuerit contritus, omnis confeſsio exterior eſt ſibi ſuperflua, & inutilis.

Inter err. Io. Vuicl. damn. in Conc. Conſtan. refert Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. *c.* 37. *p.* 2.

27 Confeſsionem peccatorum factam ſacerdotibus Ro. Eccleſiæ nihil valere ad ſalutem.

Hær. Manichæorum. Direct. p. 2. *q.* 13.

28 Confeſsio auricularis exigitur ab omni chriſtiano.

Hunc Art. tanquam falſum falsè Papiſtis impingit Calu. ſuprà Calu. Ar. 4.

1 CONFIRMATIONEM non eſſe ſacramentum.

Hær. Valdenſium. Alf. C. ad. hær. Confir. Gab. Pr. Paup. de Lugd. Rhuteni.

2 Confirmationem neque ſacramentum eſſe, neque gratiam conferre, ſed eſſe meram cerimoniam, & ritum quendam.

Hær. Luteri ibidem. Gabr. Pr. Luterani, Sectarij.

3 Sacrum Chriſma docent conſpuendum, & conculcandum

Sic Calu. nefarijs illudit verbis. Gab. Pr. Donatiſtæ.

Donatiſtæ.

4 Confirmationem poſſe à quolibet ſacerdote conferri.

Err. Io. Vuicl. Damn. Conc. Hiſpalen. Conſt. Trid.

5 Confirmationem Iuuenũ reſeruari Papæ, & Epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis. *Ibidem.*

6 Confirmationis ſacramentum fuiſſe ab Eccleſia in Concilio Meldenſi inſtitutum.

Er. fuit Alex. Alen. p. 4. *q.* 24. *poſtea damn. Conc. Trid. Seſſ.* 8.

7 Confirmationis ſacramento infanti nolenti aſſentiri non valere ſacramentum baptiſmi.

Inter er. Raymundi Lull. recenſet Direct. Inq. p. 2. *q.* 9.

8 Confirmationis ſacramento tolli peccatũ originale. *Ibidem.*

9 Confirmatio eſt ſacramentum in Eccleſia Dei.
Hunc Art, tanquam erroneum imponit Caluinus Papiſtis. Vide in Verbo, Caluinus.

1 CONIVGIA eſſe contemnenda ſub prętextu ſuperſtitioſæ continentiæ.
Hær. Abelon. Gab. Pr. Abeloni, Abſtinentes. Euſtachius Sebaſtien.

2 Coniugia inter fratres eſſe ſpiritualia, aiunt liberi, vnde & vxores habent communes, nec patiuntur eas ſuis Maritis non ſuæ ſectę reddere debitum.
Hær. Liberorum. Gab. Pr. Liberi.

3 Ex coniugatis plures ſaluantur, quàm ex Monachis.
Prop. temeraria, teſte Alſ. C. de iuſta hæret. l. 1. c. 3.

4 Coniugium eſſe legem, & conſtitutionem Diaboli.
Hęr. Manich. Gab. Prat. Manichæi.

5 Coniugia eſſe reſpuenda.
Hęr. Eraclitarum. dam. 24. q. 3. c. Quidam. Direct. Inq. 2. par. q. 6. Gabr. Pr. Eraclitæ.

1 CONIVRatio ſpirituum malignorum ex perſonis Dæmoniacis frequentari poteſt ſine ſpeciale dono, & mãdato Dei.
Hunc Art. tanquam erroneum Caluiniſtæ impingunt Papiſtis. De coniurat. vide. Abiuratio. Aqua benedicta. Exorciſmus. De hoc Art. vide ſup. Caluinus.

2 Coniurationes, & obſecrationes naturaliter poſſunt dominari in affectibus noſtris, ita quòd ſi aliquod opus etiam voluntarium inchoetur, dirigatur illud opus per prædictos characteres à principio vſque in finem.
Inter err. Algazelis phil. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

3 Coniuratio ſpirituum malignorum ex perſonis dæmoniacis frequentari poteſt ſine ſpeciali dono, & mandato Dei.
Hunc Ar. tanquam falſum falsè tribuit Calu. Papiſtis. ſuprà Caluin. Art. 7.

4 De coniuratione. *vide. Abiuratio. Aqua bened. Exorciſmus.*

1 CONnubia promiſcua, vrente carnis libidine, eſſe permittenda. *vide ſup. Coitus.*

CON-

1 CONScientia Dei timore imbuta pro Inferno, pro Paradiſo autem, conſcientia diuini Iudicij contemptrix, ſecura, ſtupida, & conſopita habetur apud Quintiniſtas.
Gab. Pr. Quintinus.

1 Conſecrare corpus Chriſti poſſe omnem hominem iuſtum ſuæ factionis, etiam ſi laicus fuerit: ſed ſi mortale committat, hanc poteſtatem amittit, etiam ſi ſacerdos ſit.
Hær. Valden. Alf. Caſt. ad. ſacerd. Gabr. Pr. Paup. de Lugd.

2 Conſecrationē locorum reſeruari Papæ, & Epiſcopis, ob cupiditatem lucri temporalis, & honoris.
Err. Io. Vuicl. Damn. in Conc. Conſt. & Alf. Caſt. ad hæc. Confirm.

1 CONSILIVM nullum eſſe in Euangelio.
2 Inter conſilium, & præceptum nullum eſſe diſcrimen.
3 Omnia commandata à Chriſto in Euangelio pręcepta eſſe.
Hæc cum Lutero videtur ſentire Caluinus: cuius verba hic ſubijciam, vt prudens lector, ex his apertè videat ipſius mendacia. Verba ſunt hæc.
Agè calumniam eſſe dicunt, quòd antea tradidi Monachos non eſſe contentos præſcripta à Deo Regula. Atqui etiam ſi taceam, ipſi plus ſatis ſe accuſant: apertè enim docent ſe plus oneris ſuſcipere, quàm ſuis Chriſtus impoſuerit: quoniam ſcilicet Euangelica conſilia de diligendis inimicis, de non appetenda vindicta, de non iurando, &c. ſe ſeruaturos promittunt: quibus non ſunt communiter aſtricti Chriſtiani. Hoc nulli vnquam veterum venit in mentem. Omnes vna voce clamant, nullam penitùs voculam à Chriſto emiſſam, cui non ſit neceſſariò obtemperandum: & hęc ipſa nominatim, quę iſti boni interpretes Chriſtum duntaxat conſuluiſſe nugantur, iuſſa eſſe, nulla dubitatione docent.
Hæc Caluinus de Inſtitut. Relig. Chriſt. cap. 4. ſect. 13. teſte Gabr. Pr. Caluiniſtæ.

1 CONStantinus Imperator errauit ditando Eccleſiam,
2 Ipſe conſtantinus, cęteriq; Domini temporales ſeducti ſunt à Diabolo, vt Eccleſiam bonis temporalibus dotarent.

Err. Io. Vuitcl. Dam. in Conc. Conſt. Alſ. Caſt. ad. hær. Eccl. 4. Gabr. Pr. Io. Vuitclef.

1 CONſtitutiones, & cęremonias Eccleſię, ac conciliorum legitimas non referre ad ſalutem.

Hær. Adaph. Gabr. Pr. Adiaphoriſtæ. vnde.

2 Conſtitutiones, ac cæremonias Eccleſiæ, & conciliorum legitimas ſiue quis obſeruet, ſiue violet, mutetvè, nihil peccat. *Ibidem.*

1 CONtinere nemo poteſt, & nec minùs quidem, quàm ſaliuam non expuere.

Hær. Luteri. Gabr. Pr. Sectarij.

2 Continentiæ clericorum legem inſtituendi nulla eſt rationabilis cauſa.

Hær. Io. Vueſt. Gabr. Pr. Io. Vueſphalus.

3 Continentiam tum caſtitatis, tũ Ieiunij dãnat vigilantius.

Gab. Pr. Vigilantius.

4 Continentia non eſt virtus, neque Caſtitas.

Inter err. Phiſ. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

1 CONTRITIO, quę paratur per diſcuſsionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua qquis cogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſsionem ęternæ beatitudinis, & acquiſitionem æternę damnationis; facit hominem hypocritam, imò magis peccatorem.

Hær. Luteri. In Bulla Leonis 10. Alſon. Caſt. ad. hær. Contritio. Gab. Pr. Luterani.

2 Contritione ſola ſine propoſito confitendi deleri peccata.

Error Petri Hoxom. hæret. damn. in Conc. Compluten. Conc. Trid. cap. de Contriti.

3 Propter tuam contritionem nullo modo confidas abſolui, ſed propter verbum Chriſti quodcunque ſolueris, &c. hìc inq; confidè, ſi ſacerdotis obtinueris abſolutionem, & crede fortiter te abſolutum, & abſolutus verè eris, quicquid ſit de contritione.

Inter err. Lut. Damn. In Bulla Leonis 10.

4 Nullus debet ſacerdoti reſpondere, ſe eſſe contritum, nec ſacerdos requirere. *Ibidem.*

5 Si per impoſsibile confeſſus non eſſet contritus, aut ſacerdos non ſerio, ſed ioco abſolueret, ſi tamen credat ſe abſolutum, veriſsimè eſt abſolutus. *Ibidem.*

6 Veriſsimum eſt prouerbium, & omnium doctrina de contritionibus hucuſq; data præſtantius, de cætero non facere, ſummam pœnitentia; optima pœnitentia, noua vita. *Ibidem.*

1 CORPVS ſuapte natura malum, ideo à malo principio factum.

Hær. Manichæor. Alf. C. ad. hær. caro. Corpus. Gabr. Pr. Manichæi.

2 Corporis humani inferiores partes non à Deo, ſed à Diabolo eſſe factas.

Hær. dam. Conc. Brac. Paternian. Venuſt. Alf. C. ibidem. Gabr. Pr. Venuſtiani.

3 Corpus hominis ſecundum duodecim cœli ſigna eſſe compoſitum, hiſq; alligatum.

Hær. Priſcill. Damn. Conc. Brac. Alf. C. ad. hær. Fatum.

4 Corpori hominis, non animæ imaginem Dei eſſe impreſſam, ad quam factus eſt homo.

Hanc hær. Philaſter, & Auguſtinus recitant ſine Autore, vt refert Alf. C. ad. hær. Imago. 2.

5 Corporis humani, ſiue carnis ſalutem non fieri, ſed Animi ſolùm.

Inter err. Carpocr. Gabr. Pr. Carpocratiani.

6 Corpus Chriſti mentem non habere, eidemq; diuinam naturam ſufficere, mentiſq; vim operatricem perficere.

Hær. Armen. Gabr. Pr. Armeni.

7 Corpus Chriſti creatum quidem fuiſſe, ſed in ipſa conceptione fuiſſe incorruptum. *Sup. Chriſtus.*

8 Corporum humanorum plaſmationem Diaboli eſſe figmētum, & ſemina conceptionum opere Dæmonium in mulieris vtero figurari, propterea carnis reſurrectionem non eſſe creden-

credendam, quòd concreatio corporis non ſit congruens Animę dignitati.
Hær. Patrician. Gabr. Pr. Patriciani.

9 Corpus Chriſti cum aſcendit in cęlum, planè Deum eſſe factum. *ſup. Chriſtus.*

10 Corpus Chriſti eſt Deus. *ſup. Chriſtus.*

11 Corpus Chriſti, quod eſt diuina eſſentia, non caro humanę naturę ſubſtantialis, eſt in Cœna Domini. *ſup. Chriſtus.*

1 Corrigere Pręlatos, ac Dominos ſuos poſſunt ſubditi, ac populares homines ad libitum ſuum, cum viderint eos delinquentes.
Inter err. Io. Vuitcl. damn. Conc. Conſtant. Alſ. C. ad. hęr. Subditus.

1 CREATOREM eſſe Angelum neſcio quem glorioſum ſuperioris Dei.
Hær. Apellitarum. Direct. Inq. 2. p. q. 6. *Infrà Deus.*

2 Creator, ſiue conditor malo ſuperior materiam accepit, condidit omnia, ex puriſsima parte cœlum, ex Craſsiori Paradiſum, ex eius Gleba Adam, cui ex propria ſubſtantia animam indidit, vnde perpetua inter corpus, & Animam pugna extat.
Hær. Marcion. Gabr. Pr. Marcion.

1 CREATIONEM .i. productionem ex nihilo non dari.
Er. multorum Philoſophorum, præcipuè Auerrois ſuper lib. 11. & 12. Methaph. aſſerens.

2 Nihil poſſe habere eſſe poſt omnino non eſſe. *&*

3 Potentiam in productione rei non poſſe eſſe ſolùm in Agente. *&*

4 Creationem vniuerſæ carnis non opificium eſſe Dei, ſed malorum Angelorum.
Hęr. Patricianorum. damn. Conc. Brac. Gabr. Pr. Patriciani.

5 In omni noua factione proſupponi materiam.
Teſte Direct. Inq. 2. p. q. 4.

1 CREATVRAS ab alio, quàm à Deo eſſe factas, nam Mundum factum eſſe ab Angelis.

Hær.

Hær. Symoni Mag. Alfon. Caſtr. ad. hær. creatura. Damn. Conc. Niceno, Lateran.

2 Creatum, ſiue factum fuiſſe Mundum ſolùm à ſeptem Angelis præter conſcientiam Patris.
Hær. Satur. Cerinthi. Alſ. C. ibidem.

3 Creaturas factas eſſe à malo Deo.
Hær. Gnoſticorum. Alſ. C. ibidem. Gab. Pr. Gnoſtici.

4 Creatum eſſe Mundum ab Archangelis.
Hær. Archont. Gabr. Pr. Archontici.

5 Creaturas ex ſe, & generatione ſua malas eſſe, quia à malo Deo creatę ſunt.
Hær. Manich. Damn. ibidem. Alſ. Caſt. ad. hær. Creatura. 2. Gabr. Pr. Gnoſtici.

6 Creaturas coęternas eſſe Deo.
Hær. Origeniſt. Gabr. Pr. Origeniſtę.

7 Creaturam non eſſe à Deo creatam, ſed à ſuperna quadam virtute.
Hær. Simoniacorum. Direct. Inq. 2. p. q. 6.

1 CREDERE teneri unumquenque ſe eſſe Chriſti membrum.
Hær. Almarici. Direct. Inq. p. 2. q. 7.

1 CRVcis ſigno non eſſe muniendum.
Hær. Catharorum. Io. Turrecr. de Eccl. lib. 4. cap. 35.

1 CVLtus ab homnie excogitatus Deo placere poteſt.
Hoc falsò tribuit Calu. Papiſtis. *ſuprà Calu. Art. 5.*

D

1 DAMNATI ſunt omnes homines vſque ad Paſsionem Chriſti, non propter peccatum originale, quod nullum eſt; ſed propter peccatum primorũ Parentũ.
Hær. Armenorum. Gabr. Pr. Armeni. *infrà. peccatum.*

1 DAVIDIS adulterium opus Dei eſſe.
Hęr. Melancton. Gabr. Pr. Melanctonici. *infrà opus.*

Decimæ

1 DECIMAE dari non debent ſacerdotibus Eccleſię Romanæ: quia non ſunt Pauperes ſicut Apoſtoli.
Hær. Dam. in Concil. Conſtan. Geraldi Sagarelli Parmen. hæretici. 126. Combuſti. Alſ. Caſt. ad. hær. Decimæ. Io. de Turrecr. de Eccle. lib. 4. cap. 37.

2 Decimas eſſe puras elemoſinas.
Io. Vuiclef. ibidem. dam. ibidem. Gabr. Pr. Io. Vuicl. & Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 38.

3 Decimas poſſunt Parochiani ob peccata ſuorum Prælatorũ ab eis ad libitum auferre.
Eiuſdem. dam. Ibidem.

4 A' Decimis, cenſibus, atque redditibus, & ab obedientia Principum cum quis ſe ſe eximit, & emancipat, libertatem eſſe dicunt liberi.
Gabr. Pr. liberi.

5 Laici non tenentur decimas dari alicui ſacerdoti, vel Prælato Eccleſiæ Romanæ, quia non ſunt in tanta perfectione, & paupertate, in quanta fuerunt Apoſtoli Chriſti, ideo debent dari ipſis (aiebant Pſeudoapoſtoli, quia ſunt pauperes Chriſti.
Er. Pſeudoap. Dam. in extrau. Honorij. Olim ſęl. rec. reſ. Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 37. p. 2.

1 DECRETALES epiſtolas eſſe apocriphas.
Err. Io. Vuiclef. Damn. in Conc. Conſtan. Alſ. C. ad. hær. Eccle. 3.

2 Decretales epiſtolas nullius eſſe momenti, & ſeducere à fide Chriſti.
Eiuſdem. ibidem.

3 Decretalibus epiſtolis clericos incumbentes ſtultos eſſe.
Eiuſdem. ibidem.

4 Decretis, canonibus, atque conſtitutionibus Papalibus nulla ſubeſt ſcientia, ſed mera tantum humana ſunt opera.
Err. Arnoldi. Gabr. Pr. Arnoldus.

1 DEFVNCTIS orationes non proſunt.
Hær. Luteri. Alſ. C. ad ſcript. 5. Damn. in Conc. Flor.

Defun-

2 Defunctis non prodeſt Miſſę ſacrificium.
Hær. Luteri. Alſ. C. ad. Miſſa. 3. damn. ibidem.
3 Pro defunctis ſuffragia fieri non debere.
Hær. Cathar. Gabr. Pr. Cathari. damn. ibidem.
4 Defunctis nec oblatio, nec res aliqua diuina, nec miniſterium aliquod Eccleſiaſticum ab Epiſcopis, & ſacerdotibus Acephalorum celebrabatur.
Gabr. Pr. Acephali. damn. ibidem.
5 Pro defunctis ſacrificium offerri non debere.
Hær. Aerianorum. Direct. 2. p. q. 6. damn. ibid. & Conc. Trid.
1 DEOS eſſe duos, bonum à quo omnia bona; & malum, à quo omnia mala.
Hær. Gnoſticorum. Gabr. Pr. Priſcil. Alſ. C. ad. Deus. 1.
2 Deum bonum vnum Principium eſſe, à quo factus eſt malus Deus, & malum alterum in ſua malignitate feciſſe Mundũ.
Hær. Apellis. Alſ. ibidem. Gab. Pr. Albanen. Apelles.
3 Deum bonum vetus condidiſſe teſtamentum, malum verò nouum.
Alſ. & Gabr. ibidem.
4 Deum bonum ſolum Patrem eſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti, dicebant Manichæi.
Alſ. ibidem. Gabr. Pr. Cerdoniani, Manichæi.
5 Deum alterum iuſtum, alterum eſſe bonum.
Hęr, Cerdon. ibidem. Gabr. & Alſ. ibidem.
6 Deum iuſtum, quia à Profetis pronunciatus eſt, non eſſe patrem Domini Ieſu Chriſti: Pater enim Chriſti ignoratur, hic verò pronunciatur, non ignoratur.
Hær. Cerdoni (teſte Ireneo.) Alſ. & Gabr. ibidem, & Albanen. & Albigen.
7 Deum bonum viuificare, & non occidere.
Hær. Alban. Gabr. Pr. Alban.
8 Deum malum vilificare, & interimere corpora.
Gabr. ibidem.
9 Deum veteris teſtamenti malum eſſe.

Hær. Fauſti Mani. Gabr. Pr. Fauſtus Manichæus.

10 Deum bonum omnes Animas, & Malum, ideſt, Diabolum corpora Creare.

Hær. Albig. Gabr. Pr. Albigenſes.

11 In Deo eſſe quippiam compoſitum.

Hær. Arnald. Gabr. Pr. Arnaldiſtæ.

12 Deum eſſe corporeum.

Err. Tertull. de quo Auguſt. de Hær. cap. 86. Alf. C. ad. hær. Deus 2. Gabr. Prat. Seleutiani. Tertullianiſtæ. D. Tho. 1. contra Gent. c. 21.

13 Deus, vt homines, habet membra.

Hær. Vadianorum. Alfon. ibidem. Gab. Pr. Anthropomorphitæ, Audeani, Vadiani. 24. q. 3. c. Quidam.

14 Deum neque ignem, neque tenebras craſſe.

Hær. Manetis. Gabr. Pr. Anthropomorphitæ, Audeani, Vadiani.

15 Deum eſſe non tantùm malorum; ſed etiā peccati autorē.

Hær. Caluin. Gabr. Pr. Caluiniſtæ. Blaſius.

16 Deum non tantum permittere malum, ſed etiam id operari efficaciter.

Hær. Caluin. Gabr. Pr. Caluiniſtæ.

17 Deum eſſe mendacem, dixerunt Armeni, (ut eis impingit Guido Carm.) quia dixit Deus, Cain non eſſe occidendum.

Gabr. Pr. Armeni. Alſ. Caſtr. ad. hær. Deus 3.

18 Deum potentia ordinaria mentiri poſſe.

Hæreticū eſt aſſerere, inquit Melchior can. de locis Theol. l. 2. c. 3.

19 Deum ordinaria potentia per adminiſtrum poſſe uel mentiri, vel fallere.

Hoc exiſtimans, errat in fide, ait idem Melchior. ibidem.

20 Deum non uideri per eſſentiam à Beatis, ſed per claritatem quandam illius eſſentiæ, in qua conſiſtit Beatitudo.

Err. Arnaldiſt. Gabr. Pr. Arnaldiſtæ.

21 Deum non videri in ſe, ſed in Creaturis, ſicut lumen in aiere.

Hær. Almarici. Damn. ext. de ſum. Tr. Gab. Pr. Almaricus Pariſ. doctor, Petrus Abailardus.

Deum

22 Deum humanam naturam ex Maria non ſuſcepiſſe.
Hær. Anabapt. Gabr. Pr. Anabaptiſtæ. Suprà Chriſtus.

23 Deum eſſe primam Materiam.
Hær. Dauid Din. Gabr. Pr. Dauid Dinantius.

24 Dei potentiam, & actualem Creationem eiuſdem eſſe Mēſuræ, & ita Deum non poſſe facere, niſi quæ facta ſunt, nec aliter quàm facit.
Hær. Petri Abail. Alſ. Caſt. ad. hær. Deus 4. Gabr. Pr. Arnaldiſtæ.

25 Deus non poſt facere ea quæ agit, niſi propter ordinem iuſtitiæ, & ſapientię ſuæ.
Inter er. Arnal. Gab. Pr. Arnaldiſtæ, Petrus Abailardus. vel quòd

26 Deus agit ex neceſsitate naturæ. *Ibidem.*

27 Deum non eſſe trinum in Perſonis.
Hoc dixit Noetus quidem, ſed ſub nomine Sabellij notior eſt hęc hæreſis, vt refert Alſ. C. ad. hær. Deus 5. Infrà Trinitas.

28 Deus dedit obedire Diabolo.
Inter err. Io. Huſſ. dam. Gabr. Pr. Io. Vuicleſ. Ioan. Turrecr. de Eccl. lib. 4. p. 2. cap. 38.

29 Deum non eſſe authorem omnium bonorum.
Hęr. Arnald. Gabr. Pr. Arnaldiſtæ. &

30 Præter Deum eſſe aliquid æternum.
Gabr. Pr. ibidem. & Petrus Abailardus.

31 Deus non pręſcit ex ſe aliquid malum, ſed per aduerſarium ſuum. ſ. Dæmonem.
Hær. Alban. Alſ. Caſt. ad. hær. præſcientia. Gab. Pr. Albanen.

32 Deus quod non extat præſciens, quod extat ſciens, quod extitit memoria tenens, non eodem modo ſemper ſe habet, ut qui cognitionē transferat ad præſentia, præterita, futura.
Sic dixit Theophronius Agnoetarum Dux. Gabr. Pr. Agnoetæ, qui & Seueritæ.

33 Deus non eſt malorum factor.
Dixit colluthus, qua de re velut hęreticus eſt damnatus, ut refert Gabr. Pr. Colluthiani.

34 Deus non poteſt habere filium, quia vxorem non habet;

k 2 nam

nam ſi Deus haberet filium, omnis res eſſet in periculo, tanquam futura inde ſeditio.
Hær. Agaren. Gabr. Pr. Agareni.

35 Deus à nobis nihil aliud requirit, quàm vt ipſum ſolum cognoſcamus.
Err. Aëtij, Eunomij. Gabr. Pr. Anomi.

36 Deum non eſſe omnipotentem.
Hær. Bezanit. Gab. Pr. Bezanitæ.

37 Deum in ſolis circulo contineri.
Hær. Baſilidianorum. Gab. Pr. Baſilidiani.

38 Deus verbum, naturam mutationi obnoxiam anima carentem aſſumpſit.
Hær. Arm. Gabr. Pr. Armeni. ſuprà Chriſtus.

39 Deum ſit locutum fuiſſe in Ouidio, ſicut in Auguſtino.
Err. Almarici. Gabr. Pr. Almaricus Pariſ. doctor.

40 Deum nullum eſſe, nullam diuinam prouidentiam.
Hær. Atheorum. Gabr. Pr. Athei.

41 Deum non eſſe, nec Chriſtum, nec Diabolum, nec cœlum, nec Infernum. *Ibidem. ſuprà Athei.*

42 Dei naturam ſe comprehendere dicebant Anomi.
Gab. Pr. Anomi, ſiue Anomei.

43 Deus creauit genus humanum ad perpetuam damnationem, & interitum potiſsimè.
Hoc Fridericus Staphylus impingit Caluino, quem refert Gabr. Pr. Caluiniſtæ. &

44 Deus non modo permittit fieri peccata, quæ homines faciunt, ſed etiã fiunt Deo volente, & impellente. *ibidem. &*

45 Dei opera omnino ſunt ſimpliciter omnia peccata, quæ fiunt ab hominibus. *Ibidem. &*

46 Nullum furtum, nulla ſcortatio, nullum adulterium fit ab homine, quod Deus non efficiat in homine. *Ibidem. &*

47 Deo volente, & iubente Diabolus mentitur in cordibus hominum. *Ibidem. &*

48 Deus eſt non ſolum cauſa omnis mali, ſed etiam hominibus,

bus, vt mala operetur, malas cogitationes in cordibus illorum inſpirat, adeoq; vt non homines peccent, ſed Deus ſit efficiens, & volens peccatum. *Ibidem.* &

49 Dei lex, & Dei voluntas ſępè ſunt inter ſe contraria. *Ibidem.*

50 Deus multas habet eſſentias, & diuina eſſentia non eſt otioſa, ſed eſſentia eſſentiat, natura naturificat, & bonitas bonificat.
Hær. Raym. Lull. Gabr. Pr. Raymundus Lullus.

51 Deus non creat, nec infundit nouas Animas.
Hær. concord. Gab. Pr. Concordenſes.

52 Deus eſt mutabilis.
Hær. Secundini. Gabr. Pr. Secundinus.

53 Deus eſt cauſa cuiuslibet modi actus, & cuiuslibet circunſtantiæ productæ.
Err. Trinitariorum. Gabr. Pr. Trinitarij.

54 Deus non eſt vnus.
Propoſitio hæc adducitur pro erronea in fide ab Alf. Caſt. de iuſta hær. pun. lib. 1. cap. 3. *& iſta, videlicet.*

55 Deus non eſt omnipotens.
Item erronea ibidem: eſt & hær. contra Symbolum fidei.

56 Dei opus ita eſſe Adulterium Dauidis, ſæuitiam Manlij, & perditionem Iudæ, æquè ac conuerſionem Pauli.
Hoc inpingit Melanctoni Melchior Canus de locis Theol. lib. 2. c. 4. in reſolutione ſexti Arg.

57 Deum eſſe crudelem, blaſphemauit Nouatianus.
Gabr. Pr. Cęleſtiani.

58 Deum de Deo, lumen de lumine, Deũ verum de Deo vero.
Hunc Symboli verſiculum eſſe ridiculoſam battalogiam, dixit Caluinus, ut refert Gabr. Pr. Trinitarij.

59 Deum non unum, ſed tres eſſe Deos.
Hær. Petri Statonij. Gabr. Pr. Lucas Stemberger.

60 Deos multos ſibi faciunt Euangelici.
Gab. Pr. Antichriſtiani.

Deus

61 Deus ideò dicitur finis omnium, quia omnia reuerſura ſunt in ipſum, vt in Deo immutabiliter quieſcant, & vt unū indiuiduum, atque in commutabile in eo permanebunt.
Err. Almarici damn. extr. de ſum. Trin. c. Damnamus. vt refert Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 35. quem non reſ. alij inter er. Alm.

62 Deum eſſentiam eſſe omnium creaturarum, & eſſe omnium; *Ibidem.* *&*

63 Sicut alterius naturæ non eſt Abraam, & alterius Iſaac, ſed vnius atque eiuſdem, ſic omnia eſſe vnum, & omnia eſſe Deum. *Ibidem.*

64 Deus nihil agit.
Err. Philoſoph. Direct. Inq. 2. p. q. 4. *&*

65 Deus non poteſt alium Mundum facere, quia quicquid fit ex præiacente materia fit, iſte autem Mundus conſtat ex tota ſua materia. *Ibidem.*

66 A' Deo nihil noui poteſt immediatè procedere, quia nihil fieri poteſt ſine diſpoſitione pręuia, & motu præcedente, Deus autem immobilis perſeuerat. *Ibidem.*

67 A' Deo inuariabili nullum variabile poteſt procedere.
Err. Auerois & Algazel. ibidem.

68 Ab vno Deo non procedit niſi vnum numero.
Ibidem. Algazel. & Auer.

59 Deus non præcedit creaturam durationis prioritate; hoc enim aſſerere eſt negare de Deo libertatem arbitrij: quia ſi Deus creaturam non produxit quandiu ipſe fuit, non habebat plenam libertatem ſuæ actionis, quia expectabat tempora, & horas, vt ageret.
Inter err. Auerois. ibidem.

70 In Deo bonitas, ſanctitas, & aliæ perfectiones non dicunt aliquid poſitiuè, ſed tantùm per remotionem.
Ait Algazel. quod eſt contra fidem, quæ vult veriùs & perfectiùs eas eſſe in Deo quàm in Creaturis.

71 Deus non cognoſcit ſingularia in propria forma.
Auer. 8. Meth. & Algazel philoſophus ibidem in Direct.

Deus

72 Deus non permittit mala fieri, vt eliciat bona, ſed mala in Mundo proueniunt ex neceſsitate materiæ, vel naturę;
Err. Algazelis philoſo. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

73 Deus legis, & Iſraelis igneus eſt, creator verò eſt Angelus quidam glorioſus ſuperioris Dei.
Apellitæ damn. 24. q. 3. c. Quidam. Direct. Inq. 2. p. q. 6.

74 A Deo quaſi ex aliquo fonte Animas emanare.
Err. Manich. damn. ibidem. Direct. ibidem.

1 DIABOLVS nunquam habuit unde poſſet ſtare, hoc eſt, ab inſtanti ſuę creationis fuit malus, & nunquàm niſi malus.
Hær. Trinit. Gab. Pr. Trinitarij.

2 Diabolum ex ſua natura malum eſſe, nec poſſe eſſe bonum.
Err. Manich. Priſcil. Damn. in Conc. Lateran. ſub Innoc. 3. de ſum. Trin. Conc. Brac. 1. c. 7. Alf. Caſt. ad. hær. Diabolus. 1. Gabr. Pr. Manich. Priſcil.

3 Diabolum non prius fuiſſe Angelum bonũ à Deo factũ. *&*
4 Diabolum non fuiſſe Dei opificium. *ſed*
5 Diabolum ex tenebris emerſiſſe: *&*
6 Diabolum non aliquem ſui habere Authorem. *ſed*
7 Diabolum eſſe Principium, & ſubſtantiam malam.
Hęc Manich. Priſc. ibidem. Damn. ibidem.

8 Diabolum Dei mandato eſſe mendacem.
Err. Calu. Gabr. Pr. Caluiniſtæ.

9 Diabolum nunc materiam, nunc Materiæ Principem vocat (Manetes.
Gabr. Pr. Manichæi.

10 Diabolum nouies in die inuocant, atque colunt Athei.
Idolatria Atheorum. Gabr. Pr. Athei.

11 Diabolum, ſiue dæmones aliquando fore ſaluandos.
Err. Origen. Alf. Caſt. ad. hær. Diabolus. 2. Gabr. Pr. Originiſtæ.

12 Diabolo Dei miſericordia poſt Iudicium præſto erit.
Hær. libertinorum. Gabr. Pr. Libertini.

13 Diabolus nullum vnquam ius in homine habuit, niſi fortè Deo permittente, vt carcerarius.
Impingit hoc Petro Abail. Alf. Caſt. ad hær. Chriſtus 8.

Diabo-

14 Diabolum creare omnia corpora.
Hær. Albigen. Gabr.Pr. Albigen.

15 Diabolum non eſſe, nec malos ſpiritus, nec vllas incantationes, aut Maleficia per dæmones concitata.
Hanc hęr. docent Georgiani, Dauidici, & Andreas Oſiander, vt refert Gabr.Pr. Antidemoniaci. Dauidici.

16 Diabolus ingenioſè fecit vniuerſum populum Chriſtianũ à veritate Chriſti deuiare, adeò quidem vt eius fides nihil diſcrepet ab ea, quæ dæmonum eſt, ſicq; totus populus Chriſtianus ad Infernum deducitur.
Hær. Arnoldi. Gabr.Pr. Arnoldus.

17 Diabolus fecit hunc Mundum, & omnia, quæ in eo ſunt.
Hær. Catharorum, ut refert Io. de Turrecr. de Eccl. l. 4. c. 35. 2. p.

18 Deus dedit obedire diabolo.
Inter er. Io. Vuicl. damn. in Conc. Conſt. ut refert Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 37. 2. p.

1 DITare, dotare Eccleſiam, Eccleſiaſticos Religioſos reprobatur ab Hæret.
In ver. Eccl. Papa. Relig. Imperator. Conſtantinus. excommunic.

1 DOCTOS omnes diuinitùs eſſe à Deo.
Err. Bibl. Gab.Pr. Bibliſtæ. *infrà Euang.*

2 Doctrinam omnem actenùs à Deo per Moiſen, & Prophetas, per Chriſtum, & Apoſtolos traditam fuiſſe imperfectam, & ad ſalutem conſequendam inutilem.
Hær. Dauidicorum. Gabr.Pr. Dauidici.

1 DOMINICO die operandum, ſabbato verò feriandum, quòd de hoc præcipiat coli Deus, non de illo.
Hær. Lucę Stern. Gabr.Pr. Lucas Sternberger.

2 Dominico die ieiunandum potius quàm alijs diebus.
Hær. Euſtachijs. Gabr.Pr. Euſtachius Sebaſtien. Epiſcopus.

1 DVALITATEM aliquam eſſe in diuinis, ſed quæ nihil honeſtum, & diuinis dignum in ſeipſa valeat dęmonſtrare, cum totius alterationis ſit principium.
Hær. Agarenorum. Gabr.Pr. Agareni.

Eccleſia

E

1 ECCLESIA nulla viſibilis eſt.
Hær. Luth. Melancton. Illyricani Anabaptiſtæ. Gabr. Pr. Inuiſibilium.

2 Eccleſiæ dogmata, quæ ipſa perpetuò credidit, per optimos, ac ſanctiſsimos Patres vitæ integritate, ac miraculorum vir tutes inſignes, Satanas iecit.
Hær. Bezanatarum. Gab. Pr. Bezanitę.

3 Eccleſiæ poſſunt domini temporales bona temporalia auferre ad arbitrium ſuum poſſeſsionatis habitualiter delinquentibus.
Err. Io. Vuicl. dam. Conc. Conſt. Gabr. Pr. Io. Vuicl.

4 Eccleſiam vniuerſalem non habere Anthoritatem exponendi verba Chriſti.
Hær. Io. Vueſph. Gabr. Pr. Io. Vueſtphalus.

5 Eccleſia poteſtatem habet diſcernendi quidem verbi Dei à verbis hominum, ſed non proindè Eccleſiam iudicem eſſe.
Err. Luteri. lib. de Capt. Babilonica. quem refert Melchior Can. de locis Theol. lib. 2. cap. 7.

6 Penes Eccleſiam poteſtatem eſſe ſacrę ſcripturæ iudicandæ, quaſi ab huius nutu illius certitudo pendeat, vaniſsimum commentum eſt.
Hoc ait Caluinus, ut refert Melch. can. lib. 2. cap. 6.

7 Eccleſię ſtatum collapſum, gloriabatur Chriſtophorus Schaphlerus, ſe reparaturum.
Quem inter hæreticos recenſet Gabr. Pr. Chriſt. Schaphl.

8 Eccleſiam Romanam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias, credere non eſt de neceſsitate ſalutis.
Hær. Io. Vuicl. damn. Conc. Conſtan. impug. à Ioan. Turrecr. de Eccl. lib. 2. cap. 36.

9 Eccleſiæ conſtitutiones, & cęremonias non acceptandas.
Hær. Sectar. Gabr. Pr. Sectarÿ.

10 Eccleſiam non continere bonos, & malos; ſed ſolos bonos ad eam pertinere.
Hær.Io.Vuicl.Huſſ.Lut.Damn.in Conc.Conſt.

11 Eccleſiam ex ſolis prędeſtinatis, & in gratia exiſtentibus conſtare, malos verò ad eam non pertinere.
Hær.Io.de Rocſ. Gabr.Pr. Io.de Rocſeſana.

12 Eccleſiam Catholicam, & veram non eſſe apud Latinos.
Hær. Armenorum. Gabr. Pr. Armeni.

13 Eccleſiam Chriſti eſſe in Aphrica: nec vſquam niſi iſtic eſſe verum baptiſma.
Hær. Donat. Gabr.Pr. Donatiſtæ. improb. à D.Aug.

14 Eccleſiam errare poſſe, & aliquando erraſſe: nec tantam eſſe Eccleſiæ certitudinē in definiendo, vt errare non poſſit.
Err. Io. de Vueſſalia, qui ob hunc, & alios errores Magunt. dam. refert Alſ.Caſt.ad.hær. Eccleſia 2. Gabr.Pr. Io.Vueſthalus.

15 Eccleſiam penes ſe ſolos eſſe aiunt Campates.
Gab. Pr. Campates. & Pauperes de Lugd. vt ref. Io. de Turrecr. de Eccleſia lib.4.cap.35.

16 Eccleſiam defeciſſe tempore Sylueſtri Papæ, ideoq; nullum quantumuis probum, & iuſtum ſaluari poſſe, fidem Eccleſię Romanę tenendo.
Hær.Paup.deLugd. Gabr.Pr. Pauperes de Lugd.

17 Eccleſię Pręlatos non habere à Chriſto auctoritatem condendi Canones, ſiue leges.
Hæreſis Io.de Vueſſalia, quam docuit & lut. refert Alſ.C.ad. hær. Eccleſia 3.

18 Eccleſia Apoſtolica ibi non eſt, vbi non eſt vita apoſtolica.
Hær.Donatiſt.& Apoſtolic.Gab.Pr. Apoſtolici. contra quos ſcripſit Aug.& D. Tho.lib.3.contra Gent.cap.127.

19 Eccleſiaſtica obedientia eſt obedientia ſecundum adinuentionem ſacerdotum Eccleſię, præter autoritatem expreſſam ſacrę ſcripturæ.
Err. Io. Huſſ.dam.Conc.Conſt. Alſ.C. ad.hær. Eccl.2.

20 Eccleſiæ Prælatis ſe non eſſe ſubditos, ſed ſoli Chriſto

aiunt Pſeudoapoſtoli. *Alſ. ibidem.*
Idem aiunt Paup. de Lugd. reſ. Io. Turrec. de Eccl. lib. 4. c. 35.
21 Eccleſię Prȩlatis, ſiue alicui homini obedire non tenentur perfecti homines in ſtatu perfectionis exiſtentes, & in ſpiritu libertatis. *Alſ. Ibidem.*
Err. Begard. & Begui. dam. in Conc. Vien. Clem. de hær. ad noſtrum.
22 Eccleſiæ nomen vindicare ſibi cuiq; cœtui liberum eſt.
Hoc impingere videtur Hoſſius, Ioan. Brentio, vt refert Gabr. Pr. Brentius.
23 Eccleſiaſticos viros habere poſſeſsiones eſt contra ſanctam ſcripturam.
Err. Io. Vuicl. damn. in Conc. Conſt. Alſ. Caſtr. ad. hær. Eccleſia 4. Gab. Pr. Io. Vuicl. Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. cap. 38.
24 Eccleſiam, ſiue clerum ditare eſt contra Regulam Chriſti.
Eiuſdem, ibidem damn.
25 Eccleſiam ditando errauerunt Sylueſter Papa, & Conſtantinus Imperator. *Ibidem.*
26 Eccleſiaſtici, Papa cum omnibus clericis poſſeſsionem habentibus ſunt hȩretici, eò quòd poſſeſsionem habent, & omnes conſentientes eis ſcilicet Domini ſeculares, & cȩteri laici. *Ibidem.*
27 Eccleſiæ bona eſſe diripienda perſuaſit Lutherus.
Alſ. ibidem. Gabr. Pr. Luterani.
28 Eccleſiam non poſſe niſi in communi poſsidere.
Err. Alban. Gabr. Pr. Alban.
29 Eccleſiam non poſſe excommunicare. *Ibidem.*
30 Eccleſiam non debere malos proſequi. *Ibidem.*
31 Eccleſiam non poſſe facere conſtitutiones. *Ibidem.*
32 Eccleſiam Romanam non eſſe Caput omnium Eccleſiarum. *&*
33 Eccleſia Romana longe eſt à Traditionibus Apoſtolorum.
Her. Hie on. Brag. Gabr. Hieronymus Bragen.
34 Eccleſia Romana eſt ſynagoga Satanȩ, nec Papa eſt immediatus, & proximus Vicarius Chriſti.

Err. Ioan. Vuicl.damn. in Conc.Conſt.Alſ.Caſt. Papa. 1. Gab. Pr. Io.Vuicleſ.

35 Extra Eccleſiam Cath.Ro. homines ſaluari poſſe, quemlibet in ſecta ſua.

Sic ſenſerunt quidam hæretici, vt refert Turrecr. de Eccleſia lib. 1. cap. 21.

36 Eccleſiam ſuam vocant Paradiſum Adamiani, arbitrantes ſe eſſe Adam in ſtatu Innocentiæ in Paradiſo conſtituti.

Hær. Adam. Gabr.Pr. Adamiani.

37 Eccleſiam ſuam reliquit Chriſtus ſine Vicario.

Hær. Marſilij. Gabr.Pr. Marſilius.

38 Eccleſiam totam tandem conſtituendam ex Iudeis, & cęteris infidelibus ad Deum conuertendis.

Hær. Bar. Iano. Gabr. Pr. Bartholomeus Ianoueſius.

39 Eccleſia Orientalis, & Conſtantinopolitana non eſt ſub Eccleſia Romana, nec Patriarcha Conſtantinopolitanus eſt inferior Ro. Pontifice.

Err. Græcorum damn. in Conc. Flor. vt refert Anton. Flor. in Cron. p. 3. Titt. 22. cap. 11. §. 1.

40 In Eccleſia Dei omnia ſancta, & impij ex eccleſia pellendi.

Erronea Propoſitio excludens peccatores ab Eccleſia, deducta ab hęreticis ex Zachariæ. cap. 14.

41 Ante Eccleſiam fuiſſe Regnum, vel Imperium.

Hoc aſſerere hæreticum eſt, ait Ioan. Turrecr. ſum. de Eccleſia lib. 1. cap. 27. in fin.

42 Eccleſiam Chriſti, & diſcipulos ſe eſſe affirmant, Pauperes de Lugduno.

vt refert Io. de Turrecr. de Eccleſia lib. 4. cap. 35.

43 Eccleſiam Romanam eſſe meretricem, Babilonem magnam, Eccleſiam carnalem, beſtiam, ſynagogam Satanæ.

Hær. iniur. Petri Io. Gab. Pr. Petrus Io. Pauperes de Lugd. vt ref. Io. Turrecr. de Eccl. lib. 4. cap. 35.

44 Eccleſiæ Romanę obedientes ſunt damnati. *Ibidem.*

45 Eccleſiæ Romanæ Auctoritas eſt omnino euacuata, & iamdudum

dudum ceſſauit propter malitiam Prælatorum.

Err. Geraldi Segnerelli de Parma, & ſectatorum, qui dicuntur Apoſtoli, vt ref. Turrecr. de Eccl. lib. 4. cap. 37. Damn. à Papa Honorio in extrau. Olim fęl. recor.

46 Eccleſia quam tenet Papa, & Cardinales, & Clerici, & Religioſi non eſt Eccleſia Dei, ſed probata Eccleſia ſine fructu. *Ibidem.*

47 Eccleſia Romana eſt illa meretrix, quæ à fide Chriſti apoſtatauit, de qua ſcribit Io. in Apocalipſi. *Ibidem.*

48 Eccleſia Dei ſunt ipſi ſoli, qui dicuntur Apoſtoli, & ſunt in illa perfectione, in qua fuerunt Apoſtoli Chriſti. *Ibidem.*

49 Eccleſiæ Romanæ Prælati omnes tàm maiores, quàm minores à tempore ſancti Syluestri Papæ declinauerunt à modo viuendi priorum ſanctorum: & ſunt præuaricatores, & ſeductores, excepto fratre Petro de Marrone, qui fuit Papa Cæleſtinus vocatus.

Hær. eorum, qui appellantur Apoſtoli damn. ab Honorio Papa in ſua extrauag. olim fęl.. record. vt refert Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. cap. 37. p. 2.

50 Totius vniuerſalis Eccleſiæ, non eſt vnũ caput aſsignandũ.

Contra hunc er. definit Bonif. 8. in extrau. vnam ſanctam. d. cum Eccleſia vna ſit, corporis eius non ſunt capita, ſed vnũ, Chriſtus, eiusq; Vicarius Pont. Rom. vt ref. Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 37.

51 Ad eccleſiam nullo pacto pertinere gladium temporalem, nec ſubeſſe gladio ſpirituali.

Contra hunc errorem definit idem Bonif. 8. ibidẽ. d. in poteſtate Eccleſiæ duos eſſe gladios. ſ. ſpiritualem, & temporalem, gladiumq; temporalem ſubeſſe ſpirituali, & poteſtatem temporalem ſpirituali. vide extrau. dignam ſanè conſideratione.

52 Duas eſſe Eccleſias, vnam carnalem, & affluentem diuitijs, ſceleribus maculatam, cui Romanus Pontifex, alijq; inferiores Prælati dominantur: aliam ſpiritualem virtute decoratam, paupertate ſuccinctam, in qua ipſi ſoli, eorumq; complices continentur.

Hoc

Hoc aiunt quidam Fr. Minores. Damn. in extrauag. Clem. 5. Glorioſam Eccleſiam, vt refert Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. cap. 37.

53 Omnis iuriſdictionis auctoritas eſt omnino in Miniſtris Eccleſiæ Romanæ euacuata, & in ſolis ipſis manet, ſicut ſpiritualis vitæ ſanctitas.

Eorundem, ibidem. *vel*

54 Venerabiles Eccleſiæ ſacerdotes, alijq; miniſtri ſic ſunt Iuriſdictionis, & originis auctoritate deſerti, vt nec ſententiam ferre, nec ſacramenta conficere, nec ſubiectum populum inſtruere ualeant, vel docere, ſed ſunt priuati omni eccleſiaſtica poteſtate, niſi ſint de eorum Begardorum perfidia, apud quos ſolùm aiunt, ſicut ſpiritualis vitę ſanctitas, ſic & eccleſiaſtica auctoritas perſeuerat.

Direct. Inq. 2. p. q. 8.

55 Error eſſet ſi per Ro. Eccleſiam intelligatur vniuerſalis Eccleſia, aut Conc. gen.

Er. Io. Vuicl. damn. in Conc. Conſt. refert Io. de Turrecr. de Eccleſia lib. 4. cap. 37.

56 Vnica eſt ſancta vniuerſalis Eccleſia, quæ eſt Prędeſtinatorum vniuerſitas.

Er. Io. Huſſ. damn. Conc. Conſt. reprob. à Io. Turrecr. de Eccl. lib. 1.

57 Præſciti non ſunt partes Eccleſiæ, cum nulla pars eius ab ea finaliter excidat, eò quòd prędeſtinationis Charitas, quæ ipſam ligat, non excidat. *Ibidem.*

58 Sumendo Eccleſiam pro conuocatione Prędeſtinatorum, ſiue ſint in gratia, ſiue non ſecundum pręſentem iuſtitiam; iſto modo Eccleſia eſt articulus fidei. *Ibidem.*

Cùm Io. 22. de Conſilio ſacrorum Theologorum cuiuſdam Petri Io. ord. Min. Diœc. Biterren. vel Biran. poſtillam in Apocalıp. damnauerit ob multas in Eccleſiam Cath. Rom. hæreſes, eas omnes hùc inſerui, prout penitùs redactæ ſunt in Direct. Inq. 1578. Romæ Impreſſo. quo in loco Petrus ille Ioan. diligentiſſimè obſeruatur in 20. ſuis hæreſibus hìc ſubiectis per Babiloniam meretricem, Eccleſiam carnalem, Beſtiam, & ſynagogã Satanæ, intelligere Eccleſiam Ro.

Sanctam

Sanctam, Catho. & Apoſtolicam: & per miſticum Antichriſtum intelligere Pontificem Rom. per Eccleſiam verò ſpiritualem, & Chriſti militiam, ſectam Begardorum, ſeu eorum hæreſibus credentes: & per Angelum conſignatum B. Franciſcum: ac tandem per Euangelicam vitam, nihil prorſùs tàm in communi, quàm in proprio eſſe habendum.

59 Prima hæreſis eſt, quòd ſextus ſtatus eccleſię quæ incępit, vt dicit, à tempore beati Franciſci, & pleniùs à tempore condemnationis Babylonis meretricis magnę, quando Angelus Chriſti ſigno ſignauit per ſuos futuram militiam Chriſti, & durabit vſque ad tempus Antichriſti, & pręminet notabiliter quinque primis. Petri Io. hær. 10.

60 Secunda hæreſis eſt, quòd ſicut in primo Chriſti aduentu formata eſt noua eccleſia, veteri ſynagoga reiecta: ſic & in initio ſexti ſtatus vetuſtas prioris temporis eſt vniuerſaliter repellenda, vt videatur nouum ſeculum, ſeu noua eccleſia tunc formari veteribus iam reiectis. Et ſicut in ſexta ætate reiecto carnali iudaiſmo, & vetuſtate prioris ſeculi, venit nouus homo Chriſtus cum noua lege, vita, & cruce: ſic in ſexto ſtatu reiecta carnali eccleſia, & vetuſtate prioris ſeculi, renouabitur Chriſti lex, & vita, & crux: propter quod in eius primo initio Franciſcus apparuit † cauteriatus, & Chriſto totus crucifixus, & conſignatus. † Aliàs: characterizatus.

61 Tertia hæreſis eſt, quòd ſicut gloria, quę fuerat ſynagogæ parata, & Pontificibus ſuis, ſi in Chriſtũ credidiſſent trãſlata fuit ad primitiuam eccleſiam, & ad paſtores eius: ſic & gloria parata finali eccleſiæ quinti ſtatus, propter eius malitiam ad electos ſexti ſtatus tranſlata fuit.

62 Quarta hęreſis eſt, quòd conſtat regula Fratrum Minorum per beatum Franciſcum editam, eſſe verè & propriè illam euangelicam, quam Chriſtus in ſe ipſo ſeruauit, & apoſtolis impoſuit, & in euangelijs ſuis conſcribi fecit.

63 Quinta hæreſis eſt, quòd regula beati Franciſci eſt condemnanda à pluribus ab eccleſia carnali, & ſuperborum nequiter,

quiter, & ſophiſticè, ſicut Chriſtus condemnatus fuit à ſynagoga reprobata Iudæorum: & quòd hoc oportet præire exterminium eccleſiæ, ſicut Chriſti & ſuorum condemnatio à Iudęis prçiuit temporale exterminium ſynagogæ.

64 Sexta hæreſis eſt, quòd beatus Franciſcus eſt ille Angelus, de quo dicitur in Apocalypſi: Vidi alterum angelum habentem ſignum Dei viui: euangelicæ vitæ & regulę ſexto & ſeptimo tempore propagandę, & magnificandæ renouator, & ſummus poſt Chriſtum, & eius matrem obſeruator.

65 Septima hęreſis eſt, quòd decet condemnationem regulæ beati Franciſci pręire exterminium carnalis eccleſię, ad hoc, vt iuſto Dei iudicio carnalis eccleſia prout meruit excitetur, & eius malitia creſcat, & conſumetur vſque ad impugnationem vitæ & ſpiritus ſancti.

66 Octaua hæreſis eſt, quòd ferè omnes clerici & regulares poſsidentes aliquid in communi, videntur minus benè ſentire de abrenunciatione Euangelica huiuſmodi in cōmuni.

67 Nona hęreſis eſt, ꝙ ſicut ſynagoga propagata eſt ex duodecim patriarchis, & eccleſia de gentibus ex duodecim Apoſtolis: ſic finalis eccleſia reliquiarum Iudęorum & gentium eſt per duodecim viros Euangelicos propaganda. vnde Beatus Franciſcus habuit duodecim filios & ſocios per quos & in quibus fuit fundatus & initiatus ordo Euangelicus.

68 Decima hæreſis eſt, quòd tertia tribulatio transfigit manus per apparentiam celebris auctoritatis eccleſiæ, & plebeię multitudinis ſibi ſubditę, & per apparentiam contrarij in ſpiritualibus viris.

69 Vndecima hæreſis eſt, quòd Angelus Franciſcus ſentiret ſe proſperari: non ita in carnali eccleſia Latinorum, ſicut in Gręcis, & Saracenis, & Tartaris, & tandem in Iudęis.

70 Duodecima hęreſis eſt quòd omnes abbates quinti temporis, conuenient in quintum caput beſtię, quæ eſt diabolus aut Antichriſtus, & congregatio malorum.

71 Tertiadecima hęreſis eſt, quòd illa eccleſia, quam nos vocamus

camus vniuerſalem eccleſiam catholicam militantem; eſt eccleſia carnalis, Babylon meretrix magna extenſiuè: quia boni ſic ſunt in ea, ſicut pauca grana auri inter immenſos aceruos arenæ: & ſicut pauca grana tritici ſub immenſo cumulo palearũ; quæ etiam eccleſia carnalis publicè & impudentiſsimè adulteratur à ſuo ſponſo Chriſto: quæ etiam ſe & omnes gentes ſibi ſubiectas corrumpit, fœdis carnalitatibus, & ſimoniacis cupiditatibus, & terrena gloria huius mundi, quę etiam nunc exarſit in iram contra viros ſpirituales, & contra vires, & influxus ſpiritus ſancti; quæ etiam cecidit intus ſpiritualiter, & exterius corporaliter; & quæ per temporale exterminium cecidit in mundo; deinde ad æternum ſupplicium cecidit in inferno: & quę ſua malitia & poteſtate impediuit & anguſtiauit ſpiritum electorum, & conuerſionem totius orbis; quæ etiam eſt exterminanda, & eius exterminium erit ſanctis quaſi exitus de carcere, ad libertatis latitudinem & volatum, & exitus de tenebroſiſsimo fumo fornacis ad lucem ſolarem: & ſicut exoneratio à lapide molari, ſeu à monte immenſo.

72 Quartadecima hæreſis eſt, quòd ſicut per quatuor animalia quatuor primos ſtatus ſanctorum deſignantia, ſublimata eſt generalis ſedes Romanæ Eccleſiæ, cæteris patriarchalibus ſeu orientalibus à Chriſto & ab eius vera fide reiectis: ſic in eodem tempore per quatuor beſtias à Daniele viſas, quatuor primis ordinibus ſanctorum contrarias, ſublimata eſt ſedes beſtię, id eſt, beſtialis caterue, ita vt numero & poteſtate præualeat, & ferè abſorbeat ſedem Chriſti, cui localiter, & nominaliter eſt commixta: vnde & ſic appellatur eccleſia fidelium, ſicut & illa, quæ verè eſt per gratiam ſedes & eccleſia Chriſti. Super huiuſmodi verò malitiam, non ceſſant zelatores ſancti huius quinti tẽporis effundere phialam deteſtationis, & celebris increpationis, ita quòd regnũ eius, velit nolit, euidenter apparet omnibus, & etiam ipſiſmet tenebroſum, id eſt, fœda & enormi luxuria, & auaritia;

ſimonia, & ſuperbia, & doloſa negotiatione, & aſtutia: & ferè omni malitia diſsipatum, & abominandum. Vnde & infrà vocatur Babylon meretrix habens in manu ſua poculum aureum plenum abominatione. Per hanc autem ſedem beſtiæ deſignatur principaliter carnalis clerus, in hoc quinto tempore regnans & toti eccleſiæ prȩſidens: in quo quidẽ beſtialis vita tranſcendenter, & ſingulariter regnat, & ſedet ſicut in ſua principali ſede. Et longè plus, quàm in laicis plebibus ſibi ſubiectis.

73 Quintadecima hæreſis eſt, quòd tempore Antichriſti myſtici, carnalis eccleſia, per quam intelligit in toto ſuo proceſſu eccleſiam Romanam, contra doctrinam Sanctorum, & vitam & zelum, acrius exardeſcens quaſi omnino † ſiccetur ſpirituali ſapientia, & virtuali gratia, & opulentia Chriſti: ſicut factum fuit in Iudæis, & in Grȩcis, ita vt pateat omni errori.

† Aliàs: ſiccabitur

74 Sextadecima hæreſis eſt, quòd ſicut Vaſthi regina à regno & coniugio regis Aſſueri abiecta, electa eſt Eſther humilis & ſancta ad eiuſdem regis connubium & regnum, fecitq́; rex magnificum conuiuium cunctis principibus & ſeruis ſuis: ſic reiecta ſynagoga, electa eſt eccleſia plenitudinis gentiũ: ſicq́; in ſexto ſtatu eccleſia reiecta Babylone adultera, oportet ſpiritualem eccleſiam exaltari, & celebre ac ſpirituale conuiuium poſt eius nuptias celebrari.

75 Decimaſeptima hȩreſis eſt, quòd ſub myſtico Antichriſto fienda eſt ſubuerſio & commotio, per quam tota carnalis eccleſia terribiliter † excitabitur, & commouebitur contra Euangelicum ſpiritum Chriſti.

† Aliàs: excæcabitur.

76 Decimaoctaua hȩreſis eſt, quòd ſub myſtico Antichriſto cadet Babylon meretrix carnalis eccleſia, quo tempore ſancti patres fortiter prædicabunt dicentes, quòd ex tunc non eſt eccleſia Chriſti, ſed ſynagoga ſatanȩ, & habitatio dæmoniorum, quæ antè in corde ſuo dicebat ſuperbiendo: Sedeo regina in magna præſidentia & gloria, ſuper regnum meum

dominor,

dominor, & quieſco, & uidua non ſum; ideſt non ſum deſtituta glorioſis epiſcopis & regibus.

77 Decimanona hæreſis eſt, quòd Romana eccleſia eſt mulier illa meretrix magna, de qua agitur in Apoc. quę fuit quondam in ſtatu paganiſmi, & poſtmodum fuit in fide Chriſti, quæ nunc multis criminibus cum hoc mundo fornicata eſt; quæ merito vocatur meretrix magna, quia à fideli cultu & à ſyncero amore, & delitijs Chriſti ſponſi ſui recedens adhęret huic ſeculo, & diuitijs; & delitijs eius, & diabolo, & regibus, & magnatibus, & prælatis, & omnibus aliis amatoribus huius ſeculi.

78 Viceſima hæreſis eſt, quòd magis appropriatè competit doctoribus ſtatus tertij generalis, qui eſt ſextus & ſeptimus, eſſe ſpirituales portas apertas introducentes aperitores, ſeu explicatores ſapientię Chriſtianæ, quàm Apoſtolis.

79 Eccleſias adire orationis cauſa nihil prodeſſe. &

80 Eccleſias, qui Dæmonum habitacula eſſe blaſphemauerint. &

81 Eccleſię altaria, luminaria, incenſa, congregationes in ea factas, &c. qui contempſerint. &

82 De Eccleſia materiali in vniuerſum. *vide infrà templum*.

1 EIVLARE perpetim adeò eſſe Deo gratum, vt nihil gratius ſit, atque deuotius.

Err. Eiulantium (teſte Staphilo) vt refert Gab. Pr. Eiulantes;

1 ELECTORES, vel eorum maior pars non eo ipſo, quo conſenſerint viua voce ſecundum ritus hominum in perſonam aliquam, illa eſt legitimè electa: vnde electores, ſiue malè, ſiue benè elegerint operibus electi debemus credere.

Er. 26. Io. Huſſ. damn. in Conc. Conſt. Seſſ. 15.

2 Electis nulla peccata eſſe mortalia, & nulla reprobis venialia.

Hær. Theod. Bezanitæ in can. 1. Io. 1. teſte Gabr. Pr. Bezanitæ.

3 Electio Papę per Diabolum eſt introducta, quę fit à Cardinalibus.

Inter er. Io. Vuicl. damn. in Conc. Conſt.

1 ELEemoſinam conferens fratribus ipſo facto eſt excommunicatus.
Err. Io. Vuicl. domn. in Conc. Conſt. Alſ. C. ad. hær. Eleemoſ. 1. Gab. Pr. Io. Vuicl.

2 Eleemoſinę tantæ ſunt virtutis, vt qui eas exercuerit quantumlibet criminoſè, & nefariè viuat, ęternum tamen ſupplicium non eſt habiturus.
Err. notatus ab Aug. ciuit. l. 21. c. 22. refert Alſon. Caſt. ad. hær. Eleemoſ. 2.

3 Eleemoſinam duntaxàt non facientibus ſupplicium perpetuum eſſe deſtinatum. *Ibidem.*

4 Eleemoſinarum largitione magis Chriſti repræſentatur, & exhibetur paſsio, quàm altaris ſacrificio;
Hær. Arnoldi. Gabr. Pr. Arnoldus.

5 Eleemoſinam pauperibus elargiri maioris meriti eſt, quàm eleemoſinam pro Miſſę ſacrificio offerre.
Prop. ſcandaloſa, teſte Alſ. C. de iuſta hær. pun. l. 1. cap. 3.

1 ELementa omnia eſſe animata. *Sectatores Manetis.*
Gab. Pr. Manichæi. vbi videto chimericam rerum productionem.

1 ENOC apud inferos manere, quòd ad Chriſtum non acceſſerit.
Hær. Marcion. Gab. Pr. Marcion.

1 EPISCOPIS non licere diuitias poſsidere.
1 NICodemi Euang. in ſuis miſsis legunt Copti.
Hoc ref. Gab. Pr. Copti.

1 NOcturnum ſacrum facere plena luna, & antè cuiuſque fores

res ſaltibus indecoris pernoctare cupiam Deo, cuius nomen ignorant, conſueuerunt celtiberi.

Hoc nefandum ſacrificium eis aſcribit Alexander ab Alexandro Gen. dierum. l. 5. quem ref. Gab. Pr. Baalitæ.

2 Noctis vigilias reſpuendas, quòd ſuperſtitio ſit, iura temerari diuina, quæ noctem ad requiem tribuunt.

Hær. Nictagium, authore Iſidoro, à ſomno dictorum, contra illud. Media nocte ſurgebam ad confit. tibi. pſ. 18.

1 Noe non fuiſſe Saluum, ſed apud Inferos manere, quòd ad Chriſtum non acceſſerit.

Hær. Marcion. Gab. Pr. Marcion.

1 NOMEN Ieſu & Mariæ, quemadmodum à Iudeis, ita execratum eſſe ab Hæreticis.

Hoc Euangelicis hæret. impingit Lindanus in Frigia habitantibus, vt ref. Gab. Pr. inter Iudæorum hæreſes.

2 Nomina hæc. ſ. Potentia, Sapientia, Bonitas, propria eſſe ſingulis perſonis diuinis, Patri, Filio, & Spiritui ſancto non appropriata. *Sup. Appropriata.*

1 NVLLVS eſt Dominus ciuilis, nullus eſt Prælatus, nullus eſt Epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

Art. Io. Vuicl. damn. in Conc. Conſtant. Alſ. C. ad. hær. Poteſtas.

1 NVDI orant, & inter ſe mares fœminæq; conueniunt.

Inſania Adamianorum. Direct. Inq. 2. p. q. 6.

1 NVPTIAS eſſe illicitas.

Hær. Tatiani. Marcion, teſte Hieronymo lib. 1. contra Iouinianum. Alſ. C. ad. hær. Nuptiæ 1. Gab. Pr. Adamiani, Marcion. Aeriani. Apoſtolici. Encratitæ. damn. in Conc. Gangr. Braccar.

2 Nuptiarum fœdera inter ſe iungentes peccare. *Ibidem.*

3 Nuptias execrabiles, & ſpurcas eſſe.

Hæc eorundem. Gabr. Prat. etiam Aginen. Manichæi. Tatiani.

4 Nuptiæ non fuiſſent, ſi Adam non peccaſſet.

Err. Adamianorum. Gabr. Pr. Adam. Alſ. C. ibidem.

5 Nuptias eſſe fugiendas, vt imitemur Adam. *Ibidem.*

6 Nuptijs coniugatos non eſſe ad ſanctam communionem ad-

u mitten-

mittendos, ſed tantùm continentes.
Hoc falſum dogma ſeruarunt Aeriani, vt ref. Aug. ex relatu aliorum. Alf. C. ibidem.

7 Nuptijs coniugatis eſſe ſeparandos.
Hoc ſeruarunt Priſcianiſtæ, fœminas à nolentibus viris, & viros à nolentibus fœminis, quantum poterant, diſiungentes. Alf. C. ad. hær. Ibidem.

8 Nuptias primas quidem admittendas, ſed ſecundas damnandas.
Er. Cathaphrigium, quem defendit Tertullianus in lib. ſuo de Monogomia. er. etiam Nouati Ro. presb. à quo Nouatiani, & Græcorum. Damn. in Conc. Floren. ſub Eugenio 4. c. iſte. 32. q. 4. Alf. Caſt. ad. hær. Nupt. 2. Gab. Pr. Ablabius. Græci, Montaniſtæ.

9 Nuptias ſecundas loco fornicationis habent Cataphriges.
Gab. Pr. Cataphriges

10 Nuptiis non ineſſe ſacramentum, illam S. Maris, & fœminæ indiſſolubilem coniunctionem non eſſe ſacramentum, neque per eam aliquam conferri gratiam.
Commentum eſt hoc Armenorum, quod poſtmodum docuit Lutherus. damn. in Conc. Conſtan. Gab. Pr. Armeni. Lutherani. Alf. C. ad. hær. Nupt. 3.

11 Nuptiarum fœdus, & vinculum poſſe pro coniugum arbitrio diſſolui.
Hær. Græcorum. Montaniſtarum, Armen. Alf. C. ad. hær. Nupt. 4. Gabr. Pr. in eorum tit.

12 Nuptias pares eſſe virginitati.
Hær. dam. in Conc. Trid. Alf. C. ad. hær. Virginitas. Gabr. Pr. Baſilidiani, Iouinianus. de hoc vide D. Tho. opus. de Religione. cap. 6.

13 Ad nuptias contrahendas omnes obligantur, & eſt præceptum vniuerſale.
Caluini error. Gab. Pr. Caluiniſtæ.

14 Ad Matrimonium, ſiue Nuptias contrahendas ſufficere conſenſum ſolùm internum.
Er. Io. Vuicl. notatur etiam Abb. Panor. in c. non ſolum. de ſponſal.

Ioſeph

Joſeph Angles.Flores quæſt.de eſſentialibus Matrim.diſt.27.ar.2.

15 Licitum eſſe Chriſtiano dimittere vxorem ob fornicationem carnalem ipſius vxoris, & poſſe ducere aliam vxorem.
Er. Eraſ.in Matth. 19. & in Paraphraſi. 1. Cor. 7. quo Mat. loco ait Tho. Caiet. intelligo ex hac D. lege licitum eſſe Chriſtiano dimittere vxorem ob fornicationem carnalem ipſius vxoris, & poſse ducere aliam vxorem, ſalua ſemper Eccleſiæ definitione, quę hactenus non apparet. ſed poſt aliter Conc. Trid. definiuit. vide, & Conc.Gangr. confir.in 6.Conſtant.contra præfatos er. & hęreſes.

O

1 OBEDIENDVM non eſſe Ro. Pontifici, aut aliis Eccleſiæ Prælatis.
Hær.Valden.Vuicl. Huſsit. Alf.C. ad. hær. Obedientia. Gabr. Pr. Pauperes de Lugduno. Io. de Turrecr.de Eccl.lib.4.c.37.

2 Obediendum non eſſe Eccleſiæ Prælatis niſi in his quæ ſunt in S.ſcriptura apertiſsimè manifeſta.
Hęr.Luteri. Alf. Ibidem. Gab. Pr. Luterani.

3 Obedire alicui humanę poteſtati non tenentur illi, qui ad perfectionis ſtatum peruenerint.
Hær. Begard.Beguin. Alf. Caſt. ibidem. Eccleſia. Papa. Præfatus. Dam.Clem. de Hęret.ad Noſtrum.

4 Obedientia Eccleſiaſtica eſt obedientia ſecundum adinuentionem ſacerdotum Eccleſię præter expreſſam auctoritatem S.ſcripturæ.
Er.Io. Huſſ. reprobatus à Io.Turrecr. de Eccl.lib.2.c.50.

5 Obediendum non eſſe ſtatutis Papalibus. *Ibidem.*

6 Non tenētur alicui obedire, nec ſummo Pontifici, quia eorum Regula à Chriſto immediatè exiſtens libera eſt, & perfectiſsima vita, aiunt quidam, dicti Apoſtoli.
Hanc temerariam hær.ref.Io.de Turrecr.de Eccl.lib.4.c.37.

7 Obedientia Chriſti eſt iuſtitia noſtra.

Inter er. Iuſtific. vt ref. Gab. Pr. Iuſtificatorij. *ſuprà Iuſtitia.*

1 OBLatio pro defunctis (vt mos eſt Eccleſiæ Cath.) non celebratur apud Acephalos.

Hoc Acephalis, quòd ſine capite ſint, aſcribit Nicephorus.

1 Obſeruare, vel non obſeruare legitimas Eccleſię, & Conc. conſtitutiones nihil referre ad ſalutem.

Hęr. Adiaphoriſtarum. quòd indifferentes ſint. Gab. Pr. Adiaph.

1 OCCIDI non poſſe ullum hominem iuſtè, etiam ſi id fiat ex pręcepto.

Hær. primùm Valden. poſt Nicolai Galeci. Alſ. Caſt. ad hær. Occidere. 1. Gab. Pr. Nicolaus Galecus.

2 Occidi non poſſe vllum hominem nouę legis tempore, quòd nouum teſtamentum hoc non dictitet.

Gab. Pr. Ibidem.

3 Occidere ſe ipſos poſſe homines, vt Martyrij Palmam conſequi mereantur.

Dementia Circuncilionũ. Alſ. C. ad hær. Occidere. 2. ſup. Martyr.

4 Occidendos eſſe omnes Infideles cum Principibus, & Magiſtratibus.

Temeritas Muntz. Gab. pr. Muntzerici.

5 Occidi quilibet tyrãnus põt, & debet licitè, & meritoriè per quemlibet vaſſalum ſuum, & ſubditum, etiam per inſidias, non obſtante quacunque confœderatione inter eos facta etiam cum Iuramento firmata, abſque ſententia, & mandato Iudicis.

Hær. Io. Parui (teſte Ioanne Gerſone) damn. in Conc. Conſtantienſi. Seſſ. 15. Alſ. Caſt. ad hær. Occidere 3. *Infrà Tyrannum.*

6 Occidi non debent Malefici per iudicem ſecularem.

Er. Pauperum de Lugduno ex ſumma Fr. Ycconet. 5. p. c. 2. in Bibl. vatic. manuſcripta.

7 Occidi non debent animalia bruta. *Ibidem.*

1 OMNIA ex neceſsitate abſoluta fieri, nec poſſe aliter fieri, quàm fiunt.

Hær. Huſſit. Vuicl. Lut. Gab. Pr. Huſsitæ. Io. Vuicl. Luterani.

Omnia

2 Omnia veniunt de neceſsitate, quare homines ignorantes ſunt, qui ſperant, deſiderant, & timent futura.
Er. Algazelis phil. Direct. Inq. p. 2. q. 4.

3 Omnia ante diem Domini abliguriendа.
Hunc er. in ſui, & aliorum detrimentum docuerunt Hutitæ ſecta Antilut. qui ob id ad ſummam deuenerunt inopiam, fruſtrà illum Diem intempeſtiuè expectantes. ait Lindanus. Dubit. dial. 2.

1 OMNipotentiam Dei negarunt Bezanitę.
Hoc eis impingit lindanus: quem ref. Gab. Pr. Bezanitæ.

1 OPERA omnia cuiuslibet etiam rectè facta quomodocunque ſunt peccata.
Hær. Luteri. Gab. Pr. Luterani. Alf. Cast. ad. hær. Opera 1.

2 In omni opere ſuo etiam bono iuſtus ſemper peccat, quia non poteſt adimplere illa duo præcepta (non concupiſces) & (diliges D. Deum tuum.) *Ibidem.*

3 Opera noſtra omnia cum incerta ſint, immo ex ſe nihil ſint, nulla eorum habenda eſt ratio.
Hær. Buceri in Ro. cap. 2. vt ref. Gab. Pr. Buccerus Apoſtata.

4 Opus nullum eſſe bonum, niſi fiat ex puro, & ſincero amore quacunque ex cauſa fiat etiam ſpe mercedis æternę.
Er. Baguarij de Monteſalcone, qui in partibus Cataloniæ fuit damnatus cum ſuo errore. Gab. Pr. Baguarius de Monteſalcone.

5 Sine operibus præcedentibus nullum hominem vnquam fuiſſe iuſtum, aut ſaluatum, nec etiam Infantes.
Hær. Maioran. Gab. Pr. Maiorani.

6 Opera bona neceſſaria eſſe ad ſalutem Infantibus. *Ibidem.*

7 Opera bona nulla debet facere homo, cum ad vltimum ſtatum perfectionis venerit.
Hanc hær. docebant Beguinæ, & Begardi exiſtimantes ſe ad ſtatum perfectionis perueniſſe. Alf. C. Opera 3. Gab. Pr. Begardi.

8 Imperfecti hominis eſſe in operibus virtutum ſe ſe exercere.
Hær. eorundem. Gab. Pr. ibidem.

9 Opera ſanctorum omnia peccata ſunt, & egent miſericordia ignoſcente, & remittente. *Infrà Sancti.*

Hær.

Hær. Bezanitarum. Gabr. Pr. Bezanitę.

10 Opera nulli homini eſſe neceſſaria ad vitam ęternam conſequendam.

Hær. Caluini. Gab. Pr. Caluiniſtæ. Alf. C. Opera. 3.

11 Opera nullo modo iuſtificare. *Ibidem.*

12 Sine operibus ſolam fidem iuſtificare. *Ibidem.*

Gabr. Pr. etiam Cacangelici.

13 Opera noſtra mereri quidem præmia corporalia, & ſpiritualia, ſed non vitam æternam.

Gabr. Pr. Melanctonici. Alf. C. ad. Opera. 4. Hær. Caluini etiam, & Martini Butzeri. & Luteri quo ad partem negatiuam.

14 Opera bona pernicioſa eſſe ad ſalutem.

Hær. Amſdorph. Gab. Pr. Amſdorphiani.

15 Opera bona non eſſe neceſſaria ad ſalutem.

Hær. antiquata, ſed temp. Luteri ſuſcitata Gab. Pr. Illyricani. Io. ſpangebergus. Alf. C. ad. Opera. 4.

16 Operum legem eſſe reijciendam.

Hær. Antinomorum. Gab. Pr. Antinomi.

17 Propter promiſsiones ſuas parcit Deus. *vel*

18 Pœnitenti, & fidenti parcit Deus propter promiſsiones.

Propoſitiones ſuſpectę eductæ ex 12. Ioſuè ab Hæret. quòd innuant nulla requiri opera ad iuſtificationem. vt notauit Cenſ. Gen. in Bibl.

19 Propter ſe ipsũ, & propter promiſsiones ſuas ſaluat Deus.

Suſpecta ob eandem cauſam, & ex 4. Reg. 19. ab Hæret. deducta. Ibidem.

20 Opera nulla ſine fide.

Propoſitio erronea deducta ab Hæret. ex Io. 15. ibidem.

21 Non opera, ſed fides iuſtificat.

Hær. deducta ab Hæret. ex Ro. 4. ibidem. itidem Simon Magus docuit, opera bona nos non ſaluare, ſed fidem.

22 In opere bono iuſtus peccat.

Inter er. Lut. damn. in Bulla Leonis 10.

23 Opus bonum optimè factum eſt veniale peccatum. *Ibidem.*

24 Nulla ſunt opera indifferentia, ſed hæc eſt diuiſio immediata

diata humanorum operum, quòd ſunt vel virtuoſa, vel vitioſa, quia ſi homo eſt vitioſus, & agat quicquam, tunc agit vitioſe; & ſi eſt virtuoſus, & agat quicquam, tunc agit virtuoſè, quia ſicut peccatum inficit vniuerſaliter omnes actus hominis vitioſi, ſic virtus viuificat omnes actus hominis virtuoſi.

Er. Io. Huß, damn. in Conc. Conſtan.

25 Nequaquam ſentiendum eſt, quod propter dignitatem, & munditiam bonorum operum detur vita æterna: ſed eſt beneficium gratuitum, & datur per miſericordiam propter Chriſtum.

Er. Io. Spangebergi vt ref. Alſ. C. ad. Opera 4.

26 Opera ad ſalutem neceſſaria nunc aſſerit, nunc negat Luterus.

Volubilitatem hanc Luteri ref. Gabr. Pr. Luterani.

27 Opera aliena nihil prodeſſe, etiam ſanctorum.

Hoc malè dixit Mahometes cū Pelagio proprys innixus operibus, at peiùs docuit Luterus, ſcilicet.

29 Opera etiam propria, etiam bona, vt à Spritu ſancto piorum corda inhabitante, eſſe peccata.

Quomodo impietate dogmatum Luterani Euang. vincant Mahometem refert. Gab. Pr. tit. Mahometes. Hæreſes autem præfatæ omnes de operibus damn. in Conc. Trid. Seſſ. 6.

1 OPERationem manuum vti malignam eſſe reijciendam.

Hær. Anthiaſiſtarum. Bernard. Lutzemb. Cath. Hær. Gabr. Prat. Anthiaſiſtæ.

1 ORATIO ſola ſufficit ad vitam æternam habendam, etiam ſi baptiſmus, & reliqua omnia deſint.

Err. Adelphij ex Hæreſi Pſallianorum. Hiſt. trip. lib. 7. ca. 11. Alſ. Caſt. ad. hær. Oratio 1. Gab. Pr. Enthuſiaſtę. *Nam*

2 Oratio ſola ſedula Dęmonem vernaculum, & familiarem eijcit ex baptizato, nihil Baptiſmate efficiente.

Huius hær. Meſſalianorum dux fuit Adelphius. Gabr. Pr. Adelphius. & Hermas.

Oratio

3 Oratio ſola ſufficit ad omnia peccata delenda, ac bona reconcilianda, abſque alijs pietatis exercitiis etiam ſine baptiſmo.
Gabr. Pr. ibidem. & Enthuſiaſtæ.

4 Orandum non eſſe pro Reprobis.
Hær. Bezanitarum. Gabr. Pr. Bezanitæ.

5 Orandum ſemper eſſe, & nunquam ab oratione actuali ceſſandum.
Hær. Meſſalianorum, ſiue Pſallianorum, quos refert Auguſtinus de hær. cap. 57. tantum orare, ut incredibile ſit dictu. Alf. C. ad. hær. Oratio 2. Gab. Pr. Pſalliani.

6 Orationes inutiles ſunt, quia oĩa fiunt neceſsitate abſoluta.
Hęr. Huſsitarum. Gab. Pr. Huſsitæ.

7 Orationem nullam eſſe admittendam, nullasq; orandi formulas pręter eam, quam Dominicam appellamus.
Hęr. Inſabat. & modernorum hær. Gabr. Pr. Inſabbatati. Pauperes de Lugduno.

8 Orationem prorſus eſſe inutilem, nulliusq; virtutis.
Hær. Pelagij. Alf. C. ad. hær. Oratio 3. Gab. Pr. Pelagius.

9 Orationes, quas facit Eccleſia pro infidelibus, & alijs peccatoribus ut conuertantur, ſiue pro fidelibus vt perſeuerent, fruſtrà fieri, quoniam adhoc ſufficit noſtri Arbitrij libera poteſtas.
Hęr. eiuſdem. Alf. C. Gabr. Pr. Ibidem.

10 Orare pro nobis mutuo dum viuimus, poſſumus, poſtquàm verò mortui fuerimus, nullius pro alio exaudienda eſt oratio.
Hęr. Vigilantij, quam ab orco reuocarunt Luterus, Zuingl. Calu. Gab. Pr. Vigilantius.

11 Orationes factæ pro defunctis non eis proſunt.
Er. Luteri. Alf. C. ad. hær. Scriptura ſac. 2.

12 Orandum nõn eſſe pro Mortuis.
Hanc hær. Publicanorum an. D. 1274. toties damn. noſtris temporibus excitarunt Luter. Calu. Gabr. Pr. Publicani.

Orandum

13 Orandũ eſſe horis ſtatutis nolebat, at ſemouebat Lutherus.
Gabr. Pr. Lutherani.

14 Orandum non eſſe pro aliqua particulari perſona.
Er. Io. Vuicl. Alſ. C. ad. hær. Oratio 4. Gabr. Pr. Io. Vuicl.

15 Oratio, quæ pro vno ſolo fit, non plus prodeſt, quàm alijs.
Ibidem.

16 Orationes ſpeciales applicatæ vni perſonæ per Prælatos, vel Religioſos non plus proſunt eidem, quàm Generales cęteris paribus. *Ibidem. error damn. in Conc. Conſtantienſi.*

17 Oratio preſciti nulli valet, aut prodeſt.
Inter Art. dam. Io. Vuicl. ibidem.

18 Orare in Eccleſiis nihil prodeſt.
Hær. Albigenſium. Gabr. Pr. Albigenſes.

19 Orare licèt ſit bonum, non eſt tamen æquum, vt quis arctetur ad orãdum certo, & determinato tempore, quia hoc repugnat libertati Chriſtianæ, ſed vt liberum ſit cuilibet, vt oret cum voluerit.
Inter err. Io. Vuicl. refert Alſ. C. ad hær. Horæ canonicæ.

20 Orandum non eſſe quod Deus nunquam voluit, & nuſquã debuit euenire, quia Deus cognoſcit ſingula.
Hær. Trinitariorum ſecta Antilut. Gab. Pr. Trinitarij Turilupini.

21 Orare Deum, ac adorare debemus in ſolo ſpiritu, quia Deus ſpiritus eſt. *Ibidem.*

22 Deus ſpiritus eſt, ideo debemus in ſolo ſpiritu, hoc eſt mentaliter, & non vocaliter eum inuocare, & adorare.
Ibidem.

23 Orandum non eſſe vocaliter, ſed mentaliter tantùm.
Ibidem Turilupini.

24 Orare Deum ampliùs non eos oportet, qui ad ſtatum perfectionis quendam peruenerunt.
Hanc iactatam hær. docent, ut ref. Gabr. Pr. Begardi, quia tunc (vt ipſi aiunt) ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritui, & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt liberè corpori concedere quicquid placet.

25 Omnes ſunt Simoniaci, qui ſe obligant orare pro alijs, qui eis in temporalibus ſubueniunt.
Inter er. Io. Vuicl. damn. in Conc. Conſtan. vt ref. Io. de Turrecr de Eccl. lib. 4. cap. 38.

26 Orationes, eleemoſinę, Litanię, & ſimilia comprehendun tur ſub ordine naturę.
Er. Auerois. ſunt enim in ordine gratiæ, cum ordinent nos ad beatitudinem ſupernaturalem, inquit Direct. Inq. 2. p q. 4.

27 Orationes ad Deum effuſas naturali quadam vi verborum, & deſiderij humani ſunt efficaces.
Er. Algazelis Direct. Inq. p. 2. q. 4.

28 Orantes Deum ſine charitate facere graue malum.
Inter Art. damn. Raymundi Lul. rel. in Direct. p 2. q. 9.

29 In oratione Dom. id omittdēū (Dimitte nob. deb. noſtra.)
Hanc iactatam hær. damn. in Conc. Mileuit. cap. 38. docuerunt Cathari, quòd nulla peccatorum venia opus ſe habere dicerent, teſte Lindano, quem ref. Gab. Pr. Cathari. ob idq;

30 Orationes quoque aliorum pro ſe non eſſe neceſſarias aiebant.
Cathari. n. hoc eſt, puri dicti ſunt propter mundiciam, quam ſuperbiſſimè, & arrogantiſſimè iactabant. Ibidem.

1 ORDO ſacer non eſt Eccleſiæ ſacramentum.
Err. Lutheri, vt ei impingit Alſ. Caſt. ad. hær. Ordo 1. Gab. Pr. Luterani. Damn. in Conc. Carthag. & Trid. Item

2 Ordo non confert gratiam. *Ibidem. Item*

3 Ordo non eſt alter altero dignior dignitate, & poteſtate, ſed omnes Chriſtiani in eodem ſunt ordinis gradu. *Ibidem.*

4 Ordines tres tantùm in Eccleſia eſſe, Diaconum, Presbyterum, & Epiſcopum.
Hanc hær. dam. Conc. Trid. Guido tribuit Valdenſibus. Ibidem.

5 Ordinis ſacramentum quid ſit, Eccleſiā ignorare. *Ibidem.*

6 Ordinis ſacramentum nil aliud eſſe, quàm ritum quendam eligendi concionatorem in Eccleſia. *Ibidem.*

7 Ordinis ſacramentum figmentum eſſe ex hominibus natum

nihil

nihil de re Eccleſiaſtica, & de ſacramento intelligentibus.
Ibidem.

8 Ordinem lectoratus tantùm ex minoribus eſſe, Oſtiarium verò Exorciſtam, & Accolytum non debere inter ordines computari.
Er. Græcorum teſte Guidone. Alf. Ibidem.

9 Ordinibus ſacris Mulierem poſſe initiari.
Her. Cataphrig. Gabr. Pr. Cataphrigæ.

10 Ordinationem Clericorum reſeruari Papæ, & Epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis, & honoris.
Inter er. Io. Vuicl. Damn. in Conc. Conſt. Ibidem.

11 Quilibet de quolibet ſtatu, & ordine poteſt licitè tranſire ad eorum ſtatum, ſiue ordinem, ſiue ſit religioſus, ſiue ſecularis, ita vt vir ſine conſenſu vxoris, & è conuerſò poteſt relinquere matrimonium, & ordinem ipſorum intrare, dicebant quidam dicti Apoſtoli.
Inter er. Apoſtolorum. damn. ab Honorio Papa in extrauag. quæ incipit. Olim ſel. record. vt ref. Io. de Turrecr. Eccl. lib. 4. p. 2 c. 37.

12 Nullus de ordine, ſiue ſtatu ipſorũ poteſt licitè intrare aliũ ordinem, ſiue Regulam ſine peccato mortali, nec ſe ſupponere obedientiæ alicuius hominis, quia hoc eſſet deſcendere à vita perfectiſsima ad minùs perfectam. *Ibidem.*

13 Omnes ordines Religioſorum, Sacerdotum, Diaconorũ, Subdiaconorum, & Prælatorum ſunt ad fidei Eccleſiæ detrimentum. *Ibidem.*

14 Nullus poteſt ſaluari, nec intrare in regnum Cœlorum, niſi ſit de ſtatu, ſeu ordine ipſorum. *Ibidem.*
Hær. contra ſacram. Ordinis damn. Conc. Conſtantienſe. Florentino, & Trid. Seſſ. 13.

1 ORIginale peccatum nihil eſſe.
Hær. Albanenſium. vt ref. Gab. Pr. Albanenſes.

2 Originale peccatum in ſe nullum habent Pueri, licèt propter peccatum proprium primorum Parentum damnentur.
Hær. Armenorum. vt ref. Gabr. Pr. Armeni.

1 OSCVlari mulierem, cum ad hoc natura non inclinet, peccatum eſt mortale. *ſupra Coitus.*

1 OSIander ſe eſſe alterum Enoch iactitabat.
Hic fuit Andreas Oſiander, qui tandem planè mutus vt Beſtia oribiliter extinctus eſt an.D.1552.17. Oct. ait Lind.Dub. dial.2.

1 O V A, carnes, & caſeum non comedenda.
Hær. Manichæorum. Direct. p.2.q.13. porrò Catharialij, Manichæorum familię, quos Aug. Catharistas. i. mundatores appellat, adeò ab ouorum eſu abhorrebant, vt cum ea frangerentur, expirarent. vt reſ. Gabr.Prat.tit.Catharialij.

1 In Ouidio ſic locutum fuiſſe Deum, ſicut in Auguſtino.
In hanc hær. dementauit Amaricus ille doctor Pariſien. natione Gallus. vt reſ.Gab. Pr. Tit.einſdem.

P

1 PANEM propoſitum in honorem B. M. V. offerebant Collyridiani, quo participantes, eidem vt Deo ſacrificia libabant.
Hanc Idololatriam reſ. Epiph. ſanctum quidem eſſe Mariæ V. Corpus, non tamen Deum, aſſerens.

2 Panem ſemine humano commixtum pro Euchariſtia conficiendum.
Ex hoc pane ſediſſ. & execrando ſacramentum conficiebant Catharistæ. Sup.Euchariſtia.

3 Pane fermentato, non azimo qui in ſacrificio vtantur. &

4 Panis ſubſtantiam ſimul cum corpore Chriſti poſt conſecrationem manere. *ſup. Euchar.*

1 Panem ſolùm, & Caſeum Deo eſſe offerendum.
Gabr. Pr. Artotyritæ.

2 Panis non poteſt benedici, quia eſt creatura Diaboli.
Hær. Catharorum, vt reſ. Io.Turrecr.de Eccl.lib.4. cap.35. par.2.

1 PAPA ſi ſit præſcitus, & malus & per conſequens membrum dia-

diaboli, non habet poteſtatem ſuper fideles ab aliquo ſibi data niſi forte à Cæſare. Io. Vuicl. err. 7 ex Turrecre. de Eccl. p. 2. lib 4. cap 38.

Er. Io. Vuicl. vt ref. Io. Turrecrem. de Eccl. par. 2. lib. 4. c. 38. De hoc er. & alij ſeq. dam. in Conc. Conſt. & Flor. contra ſum. Pontificem videre eſt ſummam Conc. in Conſt. Alf. C. ad. hær. Tit. Papa. Gab. Pr. tit. Io. Vuicl. Io. Huß. Nos. n. in his recenſendis ſecuti ſumus Io. de Turrecr. de Eccl. p. 2. l. 4. c. 38. vt in ſacris litteris, ac canonibus peritiorem, atque illis hæreticis proximiorem.

2 Poſt Vrbanum ſextum non eſt aliquis recipiendus in papam, ſed viuendum eſt more græcorũ ſub legibus proprijs. *Ibidem.*

3 Syluester papa, & Conſtantinus Imperator errauerunt eccleſiam dotando. *Ibidem.*

4 Papa cum omnibus ſuis poſſeſsiones habentibus ſunt hæretici, eò quòd poſſeſsiones habent, & omnes conſentientes eis, ſcilicet domini ſeculares, & laici cæteri. *Ibidem.*

5 Eccleſia Romana eſt ſynagoga Sathanę, nec papa eſt immediatus Vicarius Chriſti, & Apoſtolorum. *Ibidem.*

6 Electio papę à cardinalibus per diabolum eſt introducta. *Ibidem.*

7 Auguſtinus Benedictus, & Bernardus damnati ſunt, niſi pęnituerint de hoc quòd habuerunt poſſeſsiones, & inſtituerunt, & intrauerunt religiones, & ſic à papa vſque ad vltimum religioſum omnes ſunt hæretici. *Ibidem.*

8 Petrus non eſt nec fuit caput eccleſię ſanctę catholicæ. Io. Huſſ. err. 15. ex eodē Tur recr. ibid.

Er. Io. Huſſ. vt refert de Turrecr. de Eccl. p. 2. lib. 4. c. 38.

9 Papalis dignitas à Cæſare inoleuit, & papæ perfectio, & inſtitutio à Cæſare emanauit. *Ibidem.*

10 Nullus ſine reuelatione aſſereret rationabiliter de ſe vel de alio quòd eſſet caput eccleſię particularis ſanctæ, vel Romanus pontifex caput Romanę Eccleſię. *Ibidem.*

11 Non oportet credere quòd iſte quicunque eſt Romanus pontifex ſit caput cuiuſlibet eccleſiæ particularis ſanctę, niſi Deus eum prędeſtinauerit. *Ibidem.*

Nemo

12 Nemo gerit vicem Chriſti vel patris, niſi ſequatur eum in moribus, cum nulla alia ſequela ſit pertinentior nec alia recipiat à Deo procuratoriam poteſtatem: quoniam ad illud officium vicariatus requiritur & morum conformitas, & inſtituentis auctoritas. *Ibidem.*

13 papa non eſt verus nec manifeſtus ſucceſſor principis apoſtolorum ſi viuit moribus contrariis Petro, & ſi quęrit auaritiam tunc eſt vicarius Iudę Scarioth, & pari euidentia cardinales non ſunt veri & manifeſti ſucceſſores collegii aliorum apoſtolorum Chriſti, niſi uixerint more apoſtolorum ſeruantes mandata, & conſilia domini noſtri Ieſu Chriſti. *Ibidem.*

14 Si papa mandat ſacerdoti ad prædicandum idoneo, non prædicare, non debet ſacerdos ei obedire. *Ibidem.*

15 Si papa eſt malus, & præſertim ſi eſt præſcitus, tunc vt Iudas apoſtolus eſt diabolus, fur, & filius perditionis, & non eſt caput eccleſiæ ſanctę militantis: cum nec ſit membrum eius. *Ibidem.*

16 Papa vel pręlatus malus, & pręſcitus eſt æquiuocè paſtor, & uerè fur & latro. *Ibidem.*

17 Papa non debet dici ſanctiſsimus etiam ſecundum officiū: quia aliàs etiam rex deberet dici ſanctiſsimus ſecundum officium, & tortores, & præcones dicerentur ſancti, immo etiam diabolus deberet vocari ſanctus: cum ſit officiarius Dei. *Ibidem.*

18 Si papa viuit Chriſto contrariè etiā ſi aſcēderet per ritam, & legitimam electionem ſecundum conſtitutionem humanam vulgatam, tamen aliundè aſcenderet, quàm per Chriſtum: dato etiam quòd intraret per electionem à Deo principaliter factam. Nam Iudas Scarioth ritè & legitimè eſt electus à Deo Chriſto Ieſu ad epiſcopatum, & tamen aſcendit aliunde in ouile ouium. *Ibidem.*

19 Non eo ipſo quòd electores vel maior pars eorum conſenſerint viua voce ſecundum ritus hominum in perſonam aliquam

quam eoipſo illa perſona legitimè eſt electa, vel quòd eoipſo eſt verus, & manifeſtus ſucceſſor vel vicarius Petri apoſtoli, vel alterius apoſtoli in officio eccleſiaſtico: vnde ſiue electores benè vel malè egerint, operibus electi debemus credere, nam eo ipſo quo quis copioſiùs operatur meritoriè ad perfectum eccleſię, habet â Deo ad hoc copioſiùs poteſtatem. *Ibidem.*

20 Non eſt ſcintilla apparentiæ quòd oporteat eſſe vnum caput in ſpiritualibus regens eccleſiam, quod ſemper cum illa militante eccleſia conuerſetur. *Ibidem.*

21 Chriſtus ſine talibus monſtruoſis capitibus per ſuos veraces diſcipulos ſparſos per orbem terrarum meliùs ſuam eccleſiam regularet.

22 Apoſtoli & fideles, & ſacerdotes domini ſtrennuè in neceſſariis ad ſalutem regularunt eccleſiam, antequam papæ officium fuerit introductum: ſic facerent, deficiente perſummè poſsibile papa, vſque ad diem iudicij. *Ibidem.*

23 Pontifex Ro. legitimè inſtitutus non eſt Vicarius Chriſti. *Her. Io. Vueſtph. Gab. Pr. Io. Vueſtphalus.*

24 Pontificum nomen inane prorsùs eſſe, quia re ipſa nihil aliud eſt, quàm Regnum Diaboli, & Potentia Robuſti renatoris Nemroth.
Blaſphemia hær. Lutheri damn. in Conc. Florentino Alſ. C. ad. hær. Papa. Gabr. Pr. Luterani. Armeni.

25 Papam ſuper alios Pontifices mera Tyrannide fuiſſe exaltatum. *Ibidem, eiuſdem.*

26 Pontifici Romano non eſſe obediendum.
Hær. Græcorum damn. in Conc. Florentino ſub Eugenio 4. Gab. Pr. Græci. Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 2. cap. 48.

27 Pontifex Ro. purgatorij pœnam remittere non poteſt.
Hær. Petri de Oſma dān. in extr. Sixti 4. Alſ. C. ad. hęr. Confeſs. 1.

28 Pontifex Ro. ſuper his, quæ vniuerſalis Eccleſia ſtatuit, diſpenſare non poteſt.
Eiuſdem, damn. ibidem.

29 Papa poteſt Iudicium Imperatoris ſubire, ipſeq; Imperatór papę ſuccedere ſede vacante.
Hær. Marſilij. Gab. Pr. Marſilius.

30 Papa poſt Chriſti aſcenſionem non manſit ipſius Vicarius generalis. *Ibidem.*

31 Papa aliquem abſoluere non poteſt, niſi ea præditus ſit ſanctitate, qua polluit beatus Petrus.
Hær. Pſeudoapoſtolorum Alſ. C. ad hær. Papa 2. Gab. Pr. Pſeudoapoſtoli.

32 Poteſtas, quam Chriſtus Romano pontifici, & cuicunque ſucceſſori Petri conceſſerat, iam inanis reddita eſt, & omnino periit ob pontificum Ro. malitiam. *Ibidem.*

33 Pontificem Ro. reliquis Epiſcopis parem eſſe.
Hær. Io. Huſſ. damn. in Conc. Conſtan. ut refert Gab. Pr. Huſſitæ.

34 Quod papa ſit ſuper omnes, & unus Epiſcopus ſuper aliū, non à Chriſto, ſed hominum electione conſtitutum eſt.
Hær. Io. Vueſtphali. Gabr. Pr. Io. Vueſtph.

35 Pontifici ſummo non eſt præſtanda obedientia, aut alijs quibuſuis Eccleſiæ pręlatis.
Her. Pauperum de Lugd. Gabr. Pr. Pauperes de Lugduno. Pſeudoapoſtoli. Turrecr. de Eccl. lib. 4. cap. 35. qui Paup. Ro. Pont. & prælatis Eccleſiæ dicunt ſe non ſubeſſe.

36 Papa, vel Eccleſia nec vult, nec quidem poteſt ſibi ſubditos ſub pęna peccati mortalis obligare adhûc ſenſum, quòd quis tranſgrediens pręceptum hominis peccet mortaliter.
Inter hęr. Iacobi Præp. Gab. Pr. Iacobus Præpoſiti.

37 Papa de iure non eſt caput Eccleſię. *Ibidem.*

38 Papa non eſt ſuperior cęteris Epiſcopis.
Propoſitio adducta pro ſchiſmatica ab Alſ. C. de iuſta hęr. l. 1. c. 3.

39 Papam, ſiue Ro. Pontificem eſſe Antichriſtum.
Hær. impudentiſſ. Luteri, & Caluini. Gab. Pr. Antichriſtus. Caluiniſtæ. Luterani:

40 Papam debere ipſi potiùs morem gerere, quàm ipſe papæ, dictitabat Anaſtaſius Imperator.

Gabr. Pr. Anaſtaſius Imperator.

41 Papæ, & Epiſcopis reſeruatur confirmatio, Ieiunium, clericorum ordinatio, locorum conſecratio ob lucri temporalis, & honoris ambitionem.

Her. Io. Vuicl. Gabr. Pr. Io. Vuicl.

42 Papam verum nõ fuiſſe D. Petrum, & Ro. ſedis Antiſtitem, nec eius ſucceſſores.

Hær. Rhuteni. Gab. Pr. Rhuteni.

43 Ro. pontificem pro Antichriſto, & Epiſcopos, prælatos, & ſacerdotes pro membris Sathanæ habent ſectę omnes.

Hanc temerariam her. pro ſecundo Sectariorum Art. recenſet Fridericus Staphylus in ſua Apologia, vt ref. Gab. Pr. Tit. Sectarij.

44 Ne quis ob hoc primum omnium Apoſtolorum faciat Petrum, quòd in Cathalogo Apoſtolorum primus à Mattheo recenſetur.

In his 9. Eraſmi propoſitionibus latet anguis ſub herba.

Propoſitio hæc cum ſequentibus octo recenſetur inter propoſitiones ſuſpectas, vel ſcandal. Eraſmi contra primatum Petri, & ſedis apoſtolicæ à Iacobo Lop. ſtunica poſt ſuum Itinerarium.

45 Verba Saluatoris Matt. 16. ego dico tibi quia tu es Petrus & ſup. hanc pe. ędifi. Eccl. m. non vni ſoli Romano pontifici pertinere, ſed illi tanquam Eccleſiæ principi, & vnà cum eo vniuerſo Populo Chriſtiano. *Ibidem.*

46 Ro. pontifex apud veteres non appellabatur ſummus, ſed Romanus. *Ibidem.*

47 Aetate D. Hieronymi non ſolere quemquam arcere à communione (quod nouo verbo vocant) excommunicare, niſi qui ad eam pertinuiſſet Eccleſiam.

Ex quibus verbis ſatis probatur (inquit dictus Iacobus) Eraſmum credere Ro. Pontificem illis temporibus non habuiſſe ius alios excommunicandi præter proprios, & peculiares Parochianos, quod ex ſequenti eius inſana concluſione infertur, quæ falſa ſuppoſitio eſt. Videlicet.

48 Ro. pontificis Monarchia poſt Hieronymi ſeculum exorta eſt. *Ibidem.*

49 Quod Petro dicitur, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ęd. & tibi dab. cl. reg. cœl. ad vniuerſum populi Chriſtiani corpus pertinet. *Ibidem.*

50 An Damaſus fuerit ſummus orbis pontifex in dubio relinquo. *Ibidem.*

51 Auguſtinum non agnouiſſe Romanæ ſedis auctoritatem, quam illi nunc tribuimus. *Ibidem.*

52 Non committitur Grex, pro quo mortuus eſt Chriſtus, niſi vehementer amanti Chriſtum. *Ibidem.*

53 Paſtorem vnum totius Eccleſiæ non eſſe à Chriſto in beato Petro inſtitutum.

Hæc hær. impingitur Græcis à Melchiore Cano de locis Theol. lib. 4. cap. vlt. ad 12. argum. quæ hær. ſolemniter cum vnione Græcorum ipſorum in Conc. Floren. damn. fuit. an. D. 1439.

54 Petrum Galileum Apoſtolum fuiſſe Romæ, ibiq; defunctũ, non credens, aut ſtultum, aut hæreticum certò ſe eſſe demoſtrat.

Hoc concludit Melch. can. dè locis Theol. lib. 6. cap. 8. in reſpon. ad decimum & lib. 11. cap. 4. concl. 3. Ioan. de Turrecr. Eccl. 2. c. 36. Petrum fuiſſe Romæ probat ex illo 1. Petri 5. (Sal. vos Eccl. quæ eſt in Babilone) .i. Roma, ſecundum expoſi. Bedę, & Hieronymi.

55 Petrus Galileus ſolo iure humano factus eſt primus & ſupremus inter reliquos apoſtolos; & idẽ cenſendum eſt de quolibet Petri ſucceſſore.

Hær. Iacobi Præp. Gab. Pr. Iacobus Præpoſiti.

56 Petrum Chriſti abnegatorem, Paulum vas fractum appellitat Quintinus. *ſuprà Apoſtolus.*

57 Patriarcha Conſtantinop. non eſt inferior Ro. pontifice, vel non eſt ei ſubiectus.

Hær. Græcorum. Arch. Flor. in Cron. p. 3. Tit. 22. c. 11. §. 1. damn. in Conc. Flor.

58 Ro. pontifex Petri ſucceſſor non eſt Chriſti Vicarius ſuper omnes totius mundi Eccleſias ab ipſo Chriſto in beato Petro inſtitutus.

Hær.

Hær.Lut.dam.in Bulla Leonis 10.

59 Verbum Chriſti ad Petrum. quodcunque ſolu. extenditur duntaxat ad ligata ab ipſo Petro. *Ibidem.*

60 Certum eſt in manu Eccleſię, aut papæ non eſſe ſtatuere Articulos fidei, imò nec leges morum, ſeu bonorum operum. *Ibidem.*

61 Si papa cum magna parte Eccleſiæ ſic, vel ſic ſentiret, nec etiam erraret, adhuc non eſt peccatum, aut hæreſis contrarium ſentire, præſertim in re non neceſſaria ad ſalutem, donec fuerit per Concilium vniuerſale alterum reprobatum, alterum approbatum. *Ibidem.*

62 Nec Papa, nec tota ſimul Eccleſia poteſt aliquem punire punitione coactiua, niſi concedat Imperator.
Err.Marſilij de Padua reprobatus à Ioan. Turrecr. de Eccl. lib. 2. cap.47.

63 Papa non habet Iuriſdictionem coactiuam ſuper fideles, niſi inquantum Imperator concedit. *ibidem.*

64 Romano pontifici parere non tenentur prelati, & clerici in ſynodo congregati.
Er.Baſilienſium, quem ref.Io.Turrecr.de Eccl. lib.2.cap.48.

65 Licitum eſt ſuſpendere, aut ſubtrahere aliquando obedientiam à vero, & indubitato Ro.pontifice. *Ibidem.*

66 Pontifex Ro non habet plenitudinē poteſtatis in Eccleſia.
Er.reprobatus à Io.Turrecr. de Eccl.lib.2.cap.52. nam id aſſerentes (ſecundum D.Tho. contra Græcos) ait, contra vnitatem Eccleſiæ errant.

67 Papa non habet aliquam plenitudinem poteſtatis abſque determinatione i. conceſsione Imperatoris.
Er.Marſilij de Padua reprobatus à Io.Turrecr.de Eccl.lib.2.c.53.

68 Papa licèt ſit principalior Parochialium, non eſt tamen immediatè aliorum curatus, ſiue non habet immediatè curam aliorum.
Er.Io.de Poliaco.dam.extrau.Vaſelech.reprob.à Io. Turrecr.de Eccle.lib.2.cap.65.

69 Papa non poteſt audire cõfeſsiones parochianorum, quin tenentur eadem peccata quæ papę confeſsi ſunt, confiteri parochialibus ſacerdotibus. *Ibidem.*

70 Papa non poteſt dare generalem poteſtatem audiendi confeſsiones aliquibus. *Ibidem.*

71 Pontif. Romanum Chriſti vicarium non habere vniuerſalis Eccleſię primatum.
Hoc aſſerere error eſt ſimilis errori dicentium Spi. ſanct. à filio non procedere, ait D. Tho. contra er. Græc. cap. 63. vt ref. Io. Turrecr. de Eccle. lib. 2. cap. 80.

72 Nullus papa Ro. Eccleſiæ poteſt aliquem abſoluere à peccatis niſi eſſet ita ſanctus ſicut fuit beatus Petrus Apoſtolus in viuendo in omnimoda paupertate, & ſine proprio, & in humilitate, non faciendo Guerras, nec aliquem perſequendo, ſed permittendo viuere quemlibet in ſua libertate.
Hær. eorum, qui appellantur Apoſtoli, dam. ab Honorio Papa in extrau. Olim fœl. record. vt ref. Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 37.

73 Pontifici Ro. non omnes fideles eſſe ſubiectos.
Contra hanc hær. definit Bonif. 8. in extrau. vnam ſanctam. Ro. Pontifici ſubeſſe videlicet humanam creaturam, eſſe de neceſſitate ſalutis. vt ref. Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. cap. 37. idem def. Conc. Flor.

74 Beatus Petrus Apoſtolus nõ plus fuit caput Eccleſię, quàm quilibet aliorum Apoſtolorum.
Hær. Marſilij de Padua, & Io. de Ianduno damn. in Extrau. Io. 22. licet iuxta doctrinam. vt ref. Io. de Turrecr. de Eccle. lib. 4. c. 37.

75 Beatus Petrus non habuit plus auctoritatis, quàm alii Apoſtoli. *Ibidem.*

76 Chriſtus nullum caput dimiſit eccleſiæ, nec aliquem fecit vicarium ſuum. *Ibidem.*

77 Ad Imperatorem pertinet corrigere Papam, ac inſtituere. *Ibidem.*

78 Papa, Archiepiſcopus, Epiſcopus ac ſimplex ſacerdos ſunt omnes æqualis auctoritatis, ac iuriſdictionis ex inſtitutione Chriſti, ſed quòd vnus plus habeat alio, eſt ex con-

conceſsione Imperatoris, & ſicut conceſsit, ita reuocare poteſt. *Ibidem.*

79 Papa vel tota Eccleſia ſimul iuncta nullum hominem, quantumcunq; ſceleratum poteſt punire punitione coactiua, niſi Imperator daret eis auctoritatem. *Ibidem.*

1 PARAclitum, & diuinum ſpiritum ſe nominauere Montanus, Manetes, & Manichęus.
O abſurdam, & importunam blaſphemiam, inquit Niceph.l.4.Eccl.ſuæ.Hiſt.c.22.

2 Paradiſum dicunt Adamæi ſuam eſſe Eccleſiam.
Hoc eis impingit Epiph.contra 80.hær.quos, ait, Adam, & Euam ſe ipſos eſſe putantes.

3 Paradiſum non eſſe.
Hær.inuincibilis ignorantiæ tanti Doctoris Pariſien.Almerici, qui in ſe Dei cognitionem habentem, illum habere quoque in ſe Paradiſum volebat, vt tradit Cæſarius lib.dial.diſt.5.dam.extr.de ſum. Trin. cap. fin.

4 Paradiſum nondum reſeratum, ſed hominibus occluſum fore vſque ad extremam diem.
Hær. Auguſtinianorum ex quodam hæretico Boemo, vt ref. Lind. Dubit. ſui dial.2.

5 Paradiſum eſſe conſcientiam diuini iudicij cótemptricem, ſecuram, ſtupidam, & conſopitam.
Hoc Petrus Viretus lib. 2. quem de Miniſterio verbi edidit, recenſet inter impios err. Libertinorum, quibus è contrà verus Dei timor, & eo imbuta conſcientia pro Inferno habetur: Hoc idem de Paradiſo, & Inferno de Quintino Sartore Picardo, à quò Quintaniſtæ, ſcribit Lindanus Dubitantij ſui Dial.2.

6 Paradiſum viſibilem eſſe.
Hanc hær. ex Platone venantur Seleuciani, & Hermiani vanitatibus Mundi inſeruientes, teſte Philaſtrio, & Aug.de hęr. c.59.

1 PARendum non eſſe illi, qui mortalis culpę reus ſit.
Er. Io.Vuicl.damn.in Conc.Conſt.Alſ.Caſt.ad.hær. Poteſtas.

1 PAria eſſe peccata in hac vita, & merita in alia.

Hær.

Hær. Iouiniani Ro. Apoſtatæ. Alf. C. ad hęr. Beatitudo 7. &

2 Pares eſſe omnes peccatores in peccatis, & pares fore in pęnis. *Ibidem* &

3 Pares omnes erunt in pœna, vel in gloria.
Er. Cathar. ut ref. Io. de Turrecre. de Eccl. lib. 4. cap. 35. Hæc omnia damn. Conc. Flor. Seſs. publ. an. 1439. vbi definitur animas in cœlo, aliam alia pro meritorum diuerſitate Deum perfectiùs intueri, & in Inferno pœnis diſparibus puniri.

1 PARochiani non poſſunt reduci in Deum per pęnitentiam, niſi mediantibus parochialibus ſacerdotibus.
Er. Io. de Poliaco dam in extr. Io. 22. Vas electionis. reprob. à Io. Turrecr. de Eccl. lib. 2. cap. 65. in fine, *quia*

2 Licèt papa, & Epiſcopi ſint principaliores parochianorum, non ſunt immediate eorum curati, ſiue quòd non immediatè curam eorum habent. *Ibidem.* &

3 Nec papa, nec Epiſcopus poſſunt audire confeſsiones parochianorum, quin teneantur eadem peccata confiteri parochialibus ſacerdotibus. *Ibidem.* &

4 Nec papa, nec Epiſcopus poſſunt dare generalem poteſtatem audiendi confeſsiones aliquibus, quoniam confeſsi talibus, tenentur confiteri eadem peccata parochialibus ſacerdotibus. *Ibidem.*

1 PARuulos ſine baptiſmo decedentes fore nihilominus beatos, extra tamen Regnum Dei; non enim baptizātur ob peccatum originale delendum, ſed vt recipiantur in gratiam filiorum Dei.
Alf. C. ad hær. peccatum. 1. Infrà peccatum Originale.

2 Paruulos non conſequi Regnum cęlorum.
Hær. Heraclitarum. Gabr. Pr. Eraclitæ, de quibus diſtin. 24. q. 3. cap. Quidam.

3 Paruulis mox poſt baptiſmum Euchariſtiam miniſtrandā.
Hær. Gręcorum. Gab. Pr. Greci. damn. in Conc. Trid. Seſs. 21.

4 Paruulos non egere baptiſmo ad delendum peccatum origiginale. *quia*

paruu-

5 Paruuli ante baptiſmum nullum contrahunt peccatum originale.
Hær. Pelagij. Gabr. Pr. Pelagius.

6 Paruulis vſu rationis carentibus non prodeſſe baptiſma, quòd cum ſint rationis expertes fidem habere nequeant, nec Dei verbo, quod illis prædicatum fuerit, credere.
Hanc hær. an. 1124. à Petro de Brui eructatam hæretici moderni glutiuerunt. Gab. Pr. Petrus de Bruis.

7 Si placeret Maioribus Eccleſiæ, Paruuli cum ueniunt ad ætatem adultam eſſent interrogandi, an vellent ſeruare legem Chriſti, (quam.ſ. per alios vouerunt in Bapt.) qui ſi nollent ſuo arbitrio ſunt relinquendi.
Eraſm. in Prol. Matth. Damn. in Conc. Trid. de Bapt. Seſſ. 7. Can. vlt. at Seſſ. 5. hær. de pecc. Orig. paruulorum damnantur.

1 PASCHA Dominicum inuiolabiliter, & neceſſariò celebrandum quartadecima luna, quacunque die veniat, quòd eo die ex lege veteri Paſcha celebraretur à Iudaico populo.
Er r. Blaſti, & Florini hæreticorum, authore Tertulliano lib. de Hęreſ. vt reſ. Gab. Pr. Blaſtus. Paſchatitæ. Quatuordecimani.

1 PAter in diuinis. *infrà Trinitas.*

2 Meliùs, & ſanctiùs eſt temporalia ſacerdotibus offerre, quàm patrem, & matrem egentes, & neceſsitatem patientes ſuſtentare.
Hær. Phariſæorum. dam. Mat. 15. Direct. Inq. p. 2. q. 5.

1 PAVLVM legis Apoſtatam fuiſſe.
Hęr. Hebionitarum. vt reſ. Gab. Pr. Hebionitæ.

2 Paulum vas fractum eſſe.
Blaſphemia hæret. libertinorum. Gabr. Pr. Libertini.

3 Paulus nunquam fuit membrum Diaboli, licèt fecerit actus quoſdam actibus Eccleſiæ malignantium conſimiles.
Hær. Io. Huſſ. dam. in Conc. Conſtan.

4 Paulum, ac omnes eius Epiſtolas reijciunt Seueriani.
Gabr. Pr. Seueriani. *Sup. ſacra ſcriptura.*

1 PAVpertatem voluntariam fruſtraneam eſſe.

Gab.

Commentum Armenorum, inquit Guido. Alſ. C. ad. hęr. pecc. Gab. Pr. Armeni.

6 Peccato inobedientiæ primi Parentes ſunt perpetuò damnati. *Vide ſup. Adam.*

7 Peccatum ſe non habere dicebant Cathari, omittentes illud, Dimitte nob. deb. no.
Gab. Pr. Cathari.

8 Peccatum non eſſe à libero Arbitrio, ſed à Dęmone.
Hęr. Valentini. Manich. Armenorum. Alſ. Peccatum 3. Gabr. Pr. Alban. Armeni. Manichæi. Valentiniani.

9 Peccatum nullum extitiſſe ſi dæmon non fuiſſet, qui homines ad illud impuliſſet. *Ibidem.*

10 Peccatum nullo pacto vitari poſſe. *Ibidem.*

11 Pecc. mortale nullum eſt, niſi incredulitas.
Hær. Buceri, Lutheri, Melancton. Caluini. Gabr. Pr. Bucerus, Caluiniſtæ, Melanctonici.

12 Pecc. eſſe omne opus quantumlibet rectè factum.
Dementia hæreticalia Lutheri, vt ref. Alſ. C. ad. hær. Pec. 4. & ſequentia, quæ damn. in Conc. Trid. Seſſ. 6.

13 Peccare iuſtum ſemper in omni opere bono. *Ibidem. quare*

14 Nemo eſt certus ſe non peccare ſemper mortaliter. *Ibidem.*

15 Peccatum eſt quicquid agit homo ante iuſtificantē gratiā.
Hær. Iacobi Præp. Gabr. Pr. Iacobus Præpoſiti.

16 Inter peccatum mortale, & veniale nullum eſt diſcrimen.
Hær. Caluini. Gab. Pr. Caluiniſtæ. &

17 Peccatum nullū eſſe veniale, ſed omne eſſe mortale. *Ibidem.*

18 Peccatum nullum quantumlibet graue imputari homini habenti fidem.
Adinuenit hunc errorem Aetius, quem ſuſcitando poſtmodum docuit Lut. Alſ. pecc. 5. Gab. Pr. Aetiani, Eunomiani.

19 Peccata aliqua eſſe prorſus irremiſsibilia, quæ à nullo vnquam ſacerdote remitti poſſunt.
Hic err. impingitur Armenis ab Alſon. Caſt. ad. hær. 6. Gabr. Pr. Armeni.

20 Peccata poſt baptiſmum commiſſa eſſe irremiſsibilia.
Hær. Nouatianorum, quam cum tribus ſequentibus erroribus recenſet Vega.lib. 13. ſuper Conc.Trid. cap. 13. vide Ioſephum Angles or.min. in lib.inſcr.Flores quæſt.De ſacramento Pœnit. quæſt. 1.ar.3.conclu. 2.

21 Peccatum quartum eſſe irremiſsibile.
Err.quorundam Iudæorum. *Ibidem.*

22 Peccatorum eſſe certum numerum irremiſsibilem, ita vt qui illum attingat, veniam conſequi non poſsit.
Error ſine Authore. *Ibidem.*

23 Pecatores aliquos eſſe in via ita obſtinatos in malitia, vt ſecundum legem communem eos pœnitere non poſsit.
Pro err.hoc tribuit Armachano Vega vbi ſuprà.

24 Peccata contrahit non animus, ſed ſola caro.
Hær.Georgij D. Gabr.Pr. Georgius Dauid.

25 Homines non poſſe non peccare.
Hær. Cacangelicorum. Gabr. Pr. Cacangelici.

26 Peccatum nullum capitale eſſe tollerandum, etiam ſi permittatur gratia vitandi quantumuis maioris mali.
Hoc inter err. Valdenſium recenſet Aeneas ſyluius de Orig.Bohem. quem er.refellit Alſ.C. ad.pecc.7.authorit.5.ſcrip.Moyſes ad dur. cord.u.per m.u.dimitt.ux.Mat.19. & Conc. Tolet. 8. cap.2. ſuorum Decret. & Gab. Pr. Paup.de Lugd.

27 Non audio, qui mihi dicat fœdam illam pruriginem, & Veneris ſtimulos non à natura, ſed à peccato profectam.
Hæc inter concluſiones Eraſmi ſuſp. vel ſcandal. adducitur à Iacobo Lop.ſtunica poſt ſuum Itinerarium.

28 Peccata omnia eſſe paria. *ſup.Paria.*
Hoc impingit Aug.Iouin.Monacho. Alſ.C.ad. pecc.8.

29 Peccatores omnes in peccatis, & in pœnis eſſe pares.
Ibidem. Damn.in Conc. Florentino.

30 Peccatum non eſt, niſi opinione eorum, qui ſe peccare putant.
Hær. Libertinorum. Gabr.Pr. Libertini. Quintinus.

peccare

31 Peccare eum amplius non poſſe, qui ſemel per gratiam fue rit iuſtificatus.

Her.damn.Conc.Trid.Seſſ.6.Alſ.C.ad.hær.pecc.9. ſup. Iuſtific.

32 Qui accepta gratia voluntariè peccat, nunquam in gratiam recipi poteſt.

Damn.ibidem Conc.Trid.Gabr.Pr.Melchioritæ. ſup.Liberum arb.

33 Peccare ille non poteſt, qui ad tantam virtutis peruenit perfectionem in hac uita, quantam aſsignabant Beguinæ, & Begardi.

Alſ. ibidem. ſup.Ibidem.

34 Peccare non poſſe plena fide baptiſmo renatos. *Ibidem.*

35 Sine peccato ſe eſſe, iactant Cathari.

Gabr.Pr. Antiluterani, Cathari, Nouatiani.

36 Peccatorum omnium non eſſe neceſſarium Examen. in Confeſsione ſacramentali, & omnia mortalia non eſſe Confitenda.

Hęc hęreticalia damn. Conc. Trid. Seſſ. 14. tribuuntur Lutero ab Alſ.C.ad. hær. Confeſſ. 1. ſup. Confeſſio.

37 Peccatum eſt dolor de vno peccato, ſine dolore omnium.

Inter Art. quos, vt à S. Patribus reprobatos, reuocauit Iacobus Prępoſiti ord.Eremitarum.S.Aug. vt ref. Bernardus à Lutzemb. Cath. hæretic.

38 Peccati mortalis cuicunque Reo non eſſe obediendum.

Valdenſium error.Alſ.C.ad.hær. Poteſtas. *nam.*

39 Peccati mortalis Reum non potiri auctoritate vlla tàm Ecclesiaſtica, quàm laicali. *Ibidem.* *item.*

40 Peccatoribus, ac ſceleratis poteſtatem, & dona ſua Deum non præſtare. *Ibidem.* *item.*

41 Peccati mortalis cauſa amitti omnem poteſtatem tam laicalem, quàm Eccleſiaſticam. *Ibidem.* *nam.*

42 Nullus eſt Dominus ciuilis, nullus prælatus, nullus Epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

Hær.Io.Vuicl. & Huſſ.damn. in Conc. Conſt.

43 Qui manet in peccato mortali non manet in baptiſmo, in

ſacerdotio, Epiſcopatu, vel papatu.

Hær.Iacobi Præp.Gabr.Pr. Iacobus Præpoſiti.

44 Peccata, & malam vitam prælatorum obeſſe ſubdito, & ſacramento.

Hær.Albenſium. Gabr.Pr.Albenſes.

45 In peccato mortali exiſtens ſacerdos, vel Epiſcopus non ordinat, non conficit, non conſecrat, non baptizat.

Hær. Huſſ.dam.Conc.Conſt.Gabr.Pr.Io.Vuicl. & Huſſ.

46 Peccatum, quòd aliàs eſſet mortale, factum in Charitate non eſſe peccatum.

Err. Almarici. Gabr.Pr. Almaricus Pariſ. Doctor.

47 Peccata omnia, vt Rubiginem igne, ita paupertate conſumi, & ante Deum nulla haberi.

Hær. Græcorum. Gab.Pr. Græci.

48 Nullus peccat volendo aliqualiter aliter, quàm Deus velit eum velle.

Inter err.execrandos Trinit.ref. Gab.Pr. Trinitarij.

49 Peccans conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei, ſic quòd ille vult, ſicut Deus vult eũ velle. *Ibidem.*

50 Non peccat peccato Adulterij habens vſum liberi arbitrii, ſi incidens in tentationem tantam, vt non valeat illi reſiſtere, moueatur ad illecebram cum aliena vxore, & item de alijs tentationibus, & peccatis. *Ibidem.*

51 In peccatum relapſi ad pęnitentiam non ſunt admittendi, ſed ad luporum rapinam, & Diaboli prædam proijciendi.

Hær.Nouatianorum. Gabr.Pr.Nouatiani.

52 Peccantes ad mortem poſt baptiſmum, & Diis ſacrificantes à communione diuinorum Miſteriorum eſſe reiiciendos, & ſolius Dei, & non ſacerdotum eſſe poteſtatem huiuſmodi peccatoribus delicti remiſsionem concedere.

Hær.Nouat.Gab.Pr.Aceſius Nouatianorum Epiſcopus.

53 Peccatoribus non dari pœnam ante diem Iudicij.

Hær. Græcorum. Alf.Caſt.ad.hær.Beatitu.6. Gab.Pr. Græci.

54 Peccatoribus hanc ſolam pœnam reddi, quòd pro amiſ-

ſione

ſione vltimi finis affligerentur.

Hoc D.Tho.aſcribit Algazeli, lib.3.contra Gent.Cap.145. contra Concil.Flor. Gabr. Pr. Algazel.

55 Peccantibus nunquam comminatus eſt Deus æternam damnationem, ſed iis ſolùm, qui ſunt alijs malo exemplo, & offenſioni.

Err. Arnoldi. Gab.Pr. Arnoldus.

56 Peccatis, & nefandis fœditatibus omnibus oportet ſatisfacere, qui Mundi princepes vult effugere.

Err. Capocratian. Gabr.Pr. Capocratiani.

57 Peccata omnia noſtra ad pęnam non imputari, præter vnum infidelitatis peccatum.

Err. Lutheri. *Ibidem.*

58 Pro peccatis ſola Chriſti oblatio.

Sup.prop.deducta ab Hær. ex hæbr. 10.vt notat cenſ. Gen.in Bib.

59 Peccati fomes etiam ſi nullum adſit actuale peccatum moratur exeuntem à corpore animam ab ingreſſu cęli.

Inter err. Luteri damn. in Bulla Leone 10.

60 Peccata non ſunt vlli remiſsa, niſi remittente ſacerdote credat ſibi remitti; immò peccatum maneret, niſi remiſſum crederet: non enim ſufficit remiſsio peccati, & gratiæ donatio, ſed oportet etiam credere eſſe remiſſum.

Inter err. Lut. damn. in Bulla Leonis 10. ibidem.

61 Nemo eſt certus ſe non ſemper peccare mortaliter propter occultiſsimum ſuperbię vitium. *Ibidem.*

62 Peccator, ſiue impius vbiq; perfidè agit.

Erronea propoſitio deducta ab Hæreticis ex Abac.2. ut notat Cenſ. gen. in Bibl.

63 Omne peccatum eſt vniforme, & æquale; vnde ſic nocens eſt ille, qui Paleas furatus fuerit, ſicut quòd aurum, vel argentum, & non plùs, neque minùs, quia non res, ſed animus crimen facit.

Inter err. Philoſophorum, ut refert Direct. Inq.2.p.q.4.

68 Peccata omnia poteſt homo vitare per ſe ipſum abſque

Dei

Dei auxilo, & omnes monitiones prophetarum perfectè adimplere.

Hær. Rabbi Moyſi. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

1 PECVniam recipientibus ſpem non eſſe ſalutis.

Hær. Pſeudoapoſt. vt ref. Gabr. Pr. Pſeudoapoſtoli.

1 POENItentiæ ſacramenti non eſſe tres partes.

Hær. damn. Conc. Trid. Seſſ. 14. Lutheri, quam refert Alſon. C. ad. hær. Pœnit. 1. Gabr. Prat. Luteri ani ſed inquit Luther.

2 Pœnitentiam veram, ac optimam eſſe nouam uitã. *Ibidem.*

Hær. Prop. in quo ſenſu à Luthero profertur ad tollendam. ſ. ſatisfactionis opera, hær. eſt dam. Conc. Trid. Seſs. 14. can. 12. & ſi reperiatur à Catholicis catholicè prolata ad innuẽdam tantam per omnes pœnitentiæ partes mutationem factam, vt ad peccatum pęnitens ampliùs non reuertatur, vt docet Aug. de verè pęnitentibus. To. 10. Hom. 114.

3 Pœnitentię partes duas tantùm eſſe, ſcilicet contritionem, & fidem.

Hær. Io. Spangeb. damn. ibidem. Gab. Pr. Io. Spangebergus.

4 Pœnitentiam eſſe peſtiferam, quæ à timore gehennę oritur.

Hær. Luther. Alſ. C. Pęn. 2. Gabr. Pr. Luterani.

5 Iudęi aiunt remiſſum eſſe peccatum ſtatim à reſipiſcentia, & dolore, nullam agentibus pęnitentiam, neque confitentibus, ſic & Lutherani.

In hoc conuenire Lut. cum Iudæis ref. Gab. Pr. Iudæorum hæreſes.

6 Pęnitere eos non poſſe, vt remiſsionem peccatorum conſequantur, qui ſemel lapſi ſunt in peccatum poſt baptiſmum.

Hær. Nouat. Montani. Alſ. C. ad. hęr. Pęn. 3. Gabr. Pr. Ablabius. Aceſius. Montaniſtæ.

7 In peccatu prolapſi non ad Pęnitentiam, ſed ad Diaboli prędam admittendi.

Hær. Nouat. Gabr. Pr. Nouatiani. ſup. Peccatum.

8 Pœnitentiæ ſacramentum quantum ad collationem gratię, eſſe naturæ, non inſtitutionis noui, aut veteris Teſtamenti.

Alſ. C. ad. hær. Confeſs. 1. ſup. Confeſſio.

Inter

Inter errores Petri de Oſma damn. in Extrau. Sixti 4.

9 Pœnitentia, ſiue dolor de vno peccato ſine dolore omnium eſt peccatum.

Err. Iacobi Prep. Gabr. Pr. Iacobus Præp. *ſup. peccatum.*

10 Dolor, ſiue Diſplicentia de peccatis admiſsis non eſt via ad gratiam iuſtificantem, ſed è contrà gratia eſt via ad ipſam Diſplicentiam. *Ibidem.*

11 Pęnarum penſationem pro peccatis debitarum non poſſe fieri per pęnas, quas ſuſtulit Chriſtus.

Hær. Io. Veſt. Gabr. Pr. Io. Veſtphales. *ſup. Indulgentiæ.*

12 Pœna, quæ culpæ debetur, dimiſſa ipſa culpa, remanet & ipſa dimiſſa.

Hęr. Luteri ad Tollendam ſatisfaciunt, quam refert Alſ. C. ad. hær. ſatisfactio.

13 Aliquos eſſe in via in malitia ita obſtinatos, vt ſecundum legem communem eos pœnitere non poſsit. *ſup. Peccatum.*

14 Tres eſſe partes Pœnitentię, Contritionem, Confeſsionem, & ſatisfactionem, non eſt fundatum in S. Scriptura, nec in antiquis ſanctis Chriſtianis Doctoribus.

Hær. Lut. Damn. in Bulla Leonis 10.

15 Veriſsimum eſt prouerbium, & omnium doctrina de contritionibus hucuſq; data præſtantiùs, de cætero non facere: ſumma pęnitentia, optima pęnitentia noua vita. *Ibidem.*

16 Per pœnitentiam nec gloria augetur, nec pœna Inferni minuitur.

Catharorum hær. vt ref. Io. Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 35.

17 Non eſt pœnitendum de peccatis. *Ibidem.*

18 Pœnitentia, quæ ex timore Gehenæ oritur, eſt non ſolùm inanis, verùm etiam noxia.

Hær. Luteri, ut ref. Gab. Pr. Luterani. Hęr. autem contra ſacramentum pęn. dam. Conc. Trid. Seſſ. 14.

1 PERiurium eſſe licitum. *ſup. Iuramentum.*

1 PERFEctionis gradum tantum poteſt homo in hac vita acquirere, vt nec peccare ampliùs, nec in gratia proficere valeat,

leat, & ita ſpiritui ſenſum ſubijciet, vt ampliùs nec ieiunare, nec orare, nec alicuius obedientiæ etiam Eccleſiæ ſe ſubijcere oporteat, ſed liberè corpori, quicquid placet, concedere poteſt.

Hær. Begard. Gab. Pr. Begardi. *nam*

2 Perfecta anima licentiat à ſe Virtutes, quia imperfecti hominis eſt exercere ſe in actibus virtutum. *Ibidem.*

1 PETRVM non fuiſſe Romæ.

Hoc eſſe contra S. ſcrip. probat Io. Turrecr. de Eccl. lib. 2. c. 36. ex 1. Petri 5. vbi in fine inquit ſal. vos Eccleſia, quæ eſt in Babilone. 1. Roma ob Idola ſecundum expoſitionem Bedæ: & Hieronymi.

2 Petrus non fuit, neque eſt caput Eccleſiæ ſanctæ Catholicę.

Hęr. Io. Huß. damn. in Conc. Conſt. ſup. Papa.

1 Phantaſias iniquitatum prophetias eſſe.

Hær. Anabaptiſt. Berard. Lutz. Cath. hær. Anabaptiſtæ.

1 PHILoſophiam immiſcentes Theologi ſuis operibus non rectè faciunt.

Err. Arnoldi. Gabr. Pr. Arnoldus.

2 Philoſophiam omnem eſſe damnandam. *Ibidem.*

1 PICHARDVS Adamitarum hæreſis reſtitutor filium Dei ſe fecit, & Adam ſe vocari præcepit.

Gabr. Pr. Adamiani.

1 POTentia Dei, & actualem creationē eſſe eiuſdē menſurę.

Hær. Io. Vuicl. Alf. C. ad. futura conting. *ſup. Deus.*

1 POTeſtatem omnem amitti per pecc. mor. *ſup. Peccatum. nā*

2 Poteſtatem ſuam, & dona non præſtat Deus peccatoribus.

Ibidem. Hær. Valden. quam excitarunt Io. Vuicl. & Huſſ.

3 Poteſtati legitimæ ſubiectos non eſſe homines.

Hær. Anabapt. Gabr. Pr. Anabapt. Balthaſar Pacimontanus.

4 Poteſtatem ciuilem eſſe eijciendam.

Hær. Manich. Gabr. Pr. Manichæi.

5 Poteſtates ſeculares peccant mortaliter puniendo malefactores, vel Hæreticos.

Hær. Cathar. Io. Turrecr. de Eccle. lib. 4. c. 35.

1 Præcepiſſe Deum impoſsibilia, vt à nobis ſeruentur.
Hær. Luteri. Alſ. Caſt.ad.hær. Præceptum. Gabr.Pr.Luterani.
2 Præcepta (Non concupiſces, & Dilig. D. D.t. ex toto, &c.) non poſſe in hac vita ſeruari. *Ibidem.*
3 Præceptum nullum eſſe in tota lege Euangelica. *Ibidem.*
4 Præcepta poſſe ſeruari abſque gratia Dei. *ſup. Gratia.*
5 Inter præceptum, & concilium Euangelicum nullum prorsùs eſſe diſcrimen, neque aliquod eſſe in Euangelio conſilium, ſed præcepta eſſe omnia, quæ nobis in Euangelio à Chriſto commendata ſunt.
Hær. Caluini. Gab.Pr.Caluiniſtæ. Melanctonici. Hæc omnia contra Dei præcepta dam. Conc. Trid. Seſs. 6.
1 Preces fuſæ ſunt Deo ad conſequendum bonum, & ſugiendum malum, & hoc naturaliter, non quòd propter tales preces Deus bona nobis tribuat, ſed ab ipſis verbis, & ab ipſo deſiderio dum præcamur Deum, deriuantur quidam radii, qui naturaliter in nobis efficiunt illud, quod optamus.
Er. Algazelis philoſophi, & Auicenæ. Direct. Inq. 2.p.q.4.
2 Precibus, & ſacrificijs Deus non placatur. *Ibidem.*
1 PRAEDICATIO verbi Dei libera eſt cuilibet Chriſtiano adeo, ut quamuis à ſuperioribus ſit prohibitus, poteſt quilibet prædicare verbum Dei.
Hær. Valdenſium. Alſ. Caſt.ad.hær. Prædicatio. Gabr.Pr. Huſsitæ. Pauperes de Lugduno damn. in Conc. Conſtant.
2 Prædicare, ſiue audire verbum Dei dimittentes ob hominum excommunicationes, ſunt excommunicati, & in die Iudicij traditores Chriſti habebuntur. *Ibidem.*
3 Prędicare verbum Dei licet Diacono, uel Presbytero ſine auctoritate ſedis Apoſtolicæ, uel Epiſcopi Catholici. *Ibidē.*
4 Prædicans aliud, quàm verbum Dei, eſt interficiendus.
Propoſitio ſuſpecta. deducta ab Hæret. ex Leuit. 18. ut notat cenſura Gen. in Biblia.
1 PRAEDeſtinatis à Deo ad vitam æternam non obeſſe quæcũque ſcelera ab eis cõmiſſa, & piè viuentibus non prodeſſe

bonorum operum laborem, ſi à Deo ad mortẽ ſint ordinati.
Huius hær. authores vocat Sigibertus Monachus in ſuis chronicis Prædeſtinatos, ait Alf.Caſt.ad.hęr. Prædeſtinatio. quam per mille annos ſepultam ſuſcitauit ab inſeris Io. Huſſ.dicens.

2 Prædeſtinatum à Deo ad vitam, etiã ſi ipſe mala opera agat, nunquam poſſe eſſe membrum Diaboli, & è contra Prędeſtinatum ad mortem, quantuncunq; ipſe benè viuat, nunquam poſſe eſſe membrum Dei. *Ibidem.*

3 Gratia Prædeſtinationis eſt vinculum, quo corpus Eccleſiæ, & quodlibet eius membrum iungitur Chriſto capiti indiſſolubiliter. *Ibidem.*

4 Prędeſtinatus ſemper manet membrum Eccleſiæ licet aliquando excidat à gratia aduentitia, ſed non à gratia Prędeſtinationis. *Ibidem.*

5 Præſcitus & ſi aliquando ſit in gratia ſecundum pręſentem iuſtitiam, tamen nunquam eſt pars S.Eccleſiæ. *Ibidem.*

6 Ex ſola prędeſtinatione, & Præſcientia diuina omnia pendere, & nulli homini bonum opus prodeſſe, aut malum obeſſe.
In hunc err.incidiſſe quoſdam Idiotas in Hollandria, & Phriſia. Anno. 1534.refert Alf.Caſt. ibidem.

7 Si ad Prædeſtinationem referas humanam voluntatem nec in externis, nec internis operibus vlla eſt libertas, ſed eueniunt omnia iuxta Prędeſtinationem diuinam.
Hær.Melanchon.Gabr.Pr. Melanctonici.

8 Non omnes fideles iuſtificati ſunt membra Chriſti, ſed ſoli Prędeſtinati.
Err. Auguſtini de Roma.Damn.in Conc.Baſil.ſumma Conc. Baſil. Seſſ. 22.

1 PRæordinauit Deus aliquem ab ęterno propter alicuius bona futura.
Hoc inter err. Trinitariorum ref. Gabr.Pr.Trinitarij.
Hęr. contra Prædeſt.damn.Conc.Conſt.& Trid.Seſſ.6.

1 PRAELAtis non licet tẽpore nouę legis conſilia per Chriſtũ data pro præceptis ſtatuere, quo iugum Chriſti amarum faciunt

ciunt, & onus Euang. Graue.

Hac ſententia damnans quaſcunque Religiones, & Regulas per ſanctos Patres inſtitutas, & à ſede apoſtolica approbatas (ait Gabr. Pr.) hęc protulit in Iudicio Ioannes Vueſtphalus, tit. Io. Vueſt. fuit autem excerptus hic Art. ex lib. ipſius Ioan. Vueſt. Moguntiæ per Inq. hær. prauitatis combuſtis.

2 Prælatos Eccleſię non habere auctoritatem à Chriſto condendi canones, ſeu leges.

Ibidem Alſ. Caſt. ad. hær. Eccl. 3.

3 Prętatorum malam vitam obeſſe ſubdito, & ſacramento.

De Prælatis Eccleſiæ cætera vide. ſup. Eccleſia.

1 PRAEMIVM æquale operariorum.

Propoſitio ſuſpecta, quòd videatur tollere merita operum, ab hæret. deducta ex Matth. 20. vt notat cenſ. gen. in Bib.

1 PRESBYteros exercere poſſe munus Epiſcopi in eius abſentia. *Infr. Sacerdos.*

2 Presbyteros non differre ab Epiſcopis. *Sup. Epiſcopus.*

3 Presbytero licet prędicare verbum Dei, abſque ſedis apoſtolicę, uel Epiſcopi catholici permiſſu, vel authoritate.

Inter err. dam. Io. Vuicl. vt ref. Gabr. Pr. Io. Vuicl.

4 Presbyteros eſſe ęquales dignitate.

Hoc inter err. Io. Vueſtphali annotauit Bernardus de Luthzemb. ord. Præd. in ſuo cat. Hæreticorum.

1 Principia rerum duo eſſe, à quibus inter ſe diuerſis, ac diuiſis Prophetę fuere inſpirati, ut contraria dixerint.

Hunc er. Euſebius lib. 5. Hiſt. Eccl. cap. 12. tribuit apelli. Alſ. Caſt. ad. hær. Proph. Gabr. Pr. Apellitæ.

2 Principia rerum duo eſſe, alterum bonorum, alterum malorum.

Gabr. Pr. Albanenſes. Bagnolenſes. ſup. Deus.

3 Principes omnes, & Magiſtratus cum Infidelibus eſſe occidendos.

Gabr. Pr. Muntzerici. Can. ad hoc inſtitutum, uide ſup. Deus.

1 PROpoſitionem negare, quę ex altera parte ſit reuelata, ex

aa 2 altera

altera lumine naturali certa, hęreticum eſt.

Sententia eſt Melchioris Can. de lo. The. lib. 6. c. 8. ad 10.

1 PROprij nihil habendum eſſe à Chriſtianis.

Err. Fratricellorum dam. à Bonifacio 8. *Gabr. Tr. Fratricelli.*

2 Proprietas Chriſti, & Apoſtolorum. *Sup. Apoſtoli.*

3 Proprietas papę, Eccleſiaſticorum, Religioſorum reiecta.

Sup. Papa. Eccleſia. Relig.

1 PROphetas contrario ſpiritu fuiſſe inſpiratos.

Hær. Appellitarum. Alf. Caſt. ad. hær. Proph. Gabr. Tr. Appellitæ. & ob id

2 Prophetas contraria dixiſſe. *Ibidem.*

3 Prophetas à contrarijs principijs inſpiratos fuiſſe. *Ibidē, ideo*

4 Prophetias eſſe falſas, nihilq; in eis eſſe veritatis quòd ipſæ ſibi ipſis aduerſentur. *Ibidem.*

5 Prophetas fuiſſe arreptitios non intelligentes ea, de quibus loquebantur.

Err. Montani, quem ſecutus eſt Priſcil. ut refert Alf. C. ad. hær. Proph. 2. Gab. Tr. Montan. Priſcil.

6 Prophetas, Patriarchas & Reliquos iuſtos apud Inferos manere quòd ad Chriſtum non acceſſerint.

Hær. Marcion. Gabr. Tr. Marcion.

7 Prophetarum dicta ſpernenda, nec eis fides adhibenda.

Er. Sadducæorum. ibidem.

8 Prophetia eſt naturalis, quia ab vltima intelligentia deriuatur.

Er. Auerois. vt reſ. Direct. Inq. 2. p. q. 8.

9 Prophetias vocandas ſomniorum phantaſias.

Err. Adelphij. Gabr. Tr. Adelphius.

10 Prophetia eſt cognitio futurorum, quæ naturaliter ineſt nobis.

Er. Algazel. Ibidem.

11 Ad gratiam prophetię homo poteſt ſufficienter ſe diſponere, & Deus non eligit in prophetando aliquem ſingulariter, ſed illum, qui ſe ad id diſponit per ſua naturalia.

Er.

Er. Rabbi Moiſis: ibidem.

1 PROVidentia aliquorum Deus non habet quo ad ſpeciem, & ſingularia, vnde contingentia particularia non ſunt ſub Diuina prouidentia.

Er. Rabbi Moiſi. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

2 P. PROuidentia Dei non eſt de indiuiduis, & de hic inferiùs exiſtentibus.

Inter er. Auerois. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

3 Prouidentiam Dei de rebus humanis nullam eſſe.

Her. Atheorum. Gabr. Pr. Athei.

4 Prouidentię diuinę omnia committenda eſſe.

Suſp. quòd videatur tollere induſtriam humanam deducta ex 11. Eccleſ. ab Hæreticis. ut notat cen. gen. in Bibliam.

5 Prouidentia vlla diuina Mundus non regitur.

Inter er. Phil. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

1 Pſalmos Dauid non eſſe cantandos, qui in Eccleſia Dei cantari ſolent. *Sup. Cantus.*

1 PVELlæ, pueri nobilium in ſacrificio flagellati, mactati ad aras, crudeliter trucidati.

Hanc immanitatem de Chienſibus, & ſalaminibus recenſet Alexander ab Alexandro Gen. Dierum lib. 5. vide Gab. pr. tit. Baalitæ.

1 PVRGATorium nullum eſſe locum, in quo Animę ſecundum culparum exigentiam ab hac luce migrantes à ſordibus purgentur, antequã in æterna recipiantur tabernacula.

Hær. damn. Conc. Flor. Grec. poſt Valden. Alſ. Caſt. ad. hær. Purgatorium. Gabr. pr. Armeni. Pauperes de Lugduno.

2 Purgatorium nihil eſſe.

Hær. ut ref. Gabr. Pr. Alban. Albigen. Apoſtolicorum, Rutenorũ.

3 Purgatorium ex s. ſcriptura quę ſit in can. probari nõ poteſt.

Her. Luteri dam. in Bulla Leo. 10. Alf. Caſt. Purg. recenſet S. & doctos Patres probaſſe ex S. Scriptura Purgatorium. Aug. ex Eſ. 4. & Malach. 3. Greg. & Bernardum ex Mat. 12. & 1. Cor. 3.

4 Animas in purgatorio exiſtentes non ſunt ſecurę de ſua ſalute, ſaltem omnes, nec probatum eſt ullis aut rationibus,

aut

aut ſcripturis ipſas eſſe extra ſtatum merendi, aut augendæ charitatis. *Ibidem.*

5 In purgatorio Animas ſine intermiſsione peccare quamdiu quęrunt requiem, & horrent pęnas. *Ibidem.*
Alſ. C.ad.hær. Purg.4.in Bulla Leonis 10.

6 Animæ ex purgatorio liberatę, ſuffragijs viuentium, minus beantur, quàm ſi per ſe ſatisfeciſſent. *Ibidem.*

7 Purgatorium ignem nullum inueniri.
Hær.Huſſitarum.vt ref.Gab.Pr.Hußitę.
Hær. contra Purg.damn.Conc.Flor.& Trid.ſeſſ.6.& 25.c.1.

Q

1 QVADRAGESIMAE diebus non eſſe ieiunandum, nec à carnibus abſtinendum.
Er. Pauperum de Lugduno ex ſumma Fr.Ycconeti 5.p.c.2. in Bibliotheca Vaticana manuſcr. aiunt enim inquit ille, deus non delectatur in afflictionibus amicorum ſuorum, cum ſine his poßit eos ſaluare. Gab.Pr. Paup.de Lugd.

2 Quadrageſimæ magnę ſanctæ Dominicis diebus lac, caſeum, & oua comedunt Armeni.
Hoc de Armenis ſcribit Niceph.Hiſt.Eccl.lib.18.c.53.

3 Quadrageſimam Apoſtolorum traditione toto orbe ante paſcha obſeruatiſsimam, vnius lunę quouis anni tempore obuenientis traſmutat Mahometes: at Luterus, ut prorsùs ſit Apoſtolorum, conciliorumve lege ſolutus, cum ſuis Euangelicis in totum liberam eſſe voluit.
Impietate dogmatum quòd Euangelici vincant Mahometem, obſeruat. Gab.Pr. Mahometes.

1 QVINtinus quàm fuerit in Apoſtolos blaſphemus.
Sup. Apoſtol.S.

R

1 RANAS eſſe colendas.
Quidam & Iudęorum, & Aegyptiorum, ob infeſtationem Ranarum in Aegyptios ſub Pharaone ex diuina ultione immiſſarum, eos colebant, putantes Dei iram ex hac vana obſeruatia poſſe placari, de his Philaſter, quos Ranatitas appellat.

2 Raptorem non teneri ad reſtitutionem. *Infrà Reſtit.*

3 Rationibus qui velint potius agi in fidei diſciplina, quàm ſcripturę teſtimonijs. *Sup. Fides 18.*

4 Rebaptizandi cur, qui. *Sup. Baptiſmus.*

1 Regnum Chriſti futurum terrenum poſt Reſurrectionem, in quo erunt carnis delicię, & quod Chriſtus daturus eſt per mille annos.
Hær. Cerinthi. Alf. C. Beatitudo 2. *ſup. Beatitudo.*

2 Regnum cęlorum non eſſe.
Hær. Dauidicorum. Gab. Pr. Dauidici.

1 RELapſos in peccatum poſt baptiſmum ad ſalutem redire non poſſe.
Hęr. Nouati, ut reſ. Gab. Pr. tit. Cathari.

1 RELationes non ineſſe diuinis perſonis, ſed à foris exiſtere.
Err. Gilb. Porrect. Gabr. Pr. Gilbertus Porrect. *infrà Trinitas.*

1 RELIGionum Inſtitutos damnati. *Sup. Monachus.*

2 Qui ingreditur quacunque priuatam Religionem ſiue Mendicantium, ſiue poſſeſsiones habentium, ille ipſe ex hoc ad Dei Mandata obſeruanda redditur ineptior, atque inhabilior. *Ibidem.*

3 Clauſtra fundantes peccant, & in ea ingredientes ſunt viri Diaboli. *Ibidem.*

4 Religioſi fratres manuum labore ſibi victum comparare tenentur, non mendicitate. *Ibidem.*

5 Religioſi in Religionibus priuatis degentes à Religione Chriſtiana excluduntur. *Ibidem.*

In-

6 Ingredientes Religionem, aut aliquem ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad obſeruandum diuina mandata, & per conſequens ſunt inhabiles ad perueniendum ad regnum cęlorum, niſi ipſi apoſtatauerunt ab eiſdem. *Ibidem.*

7 Religiones omnes indifferenter introductæ ſunt à Diabolo. *Ibidem.*

8 De Religioſis, ac Religionibus.
Vide ſupra. Monachus.

1 RELIquias ſanctorum, carnes, & oſſa Mortui non debere à populo venerari, neque à monumento fętido extrahi, nec in capſa aurea reponi.
Hær. Vuicl. Alſ. C. ad. hær. Reliquiæ ſanctorum.

2 Reliquias ſanctorum venerantes Idololatriam committunt. *Ibidem.*

3 Reliquias Chriſti ſaluatoris noſtri adoratione aliqua non eſſe dignas. *Ibidem.*

4 Corpora ſanctorum non eſſe veneranda. *Ibidem.*
Hær. etiam Vigilantij. De Reliquijs ſanctorum Venerandis vide ſynodum 2. Nicenam, quam Græci 7. Gen. appellant. & Conc. Trid. Seſſ. 25. c. 2. & infrà Sancti.

1 REMiſsionem peccatorum poſt baptiſmum commiſsum etiam pęnitentibus negant Nouatiani. *Sup. Baptiſmus.*

2 Remiſsionem peccatorum eſſe noſtram iuſtitiã. *Sup. Iuſtit.* 8.

1 Reprobis nulla peccata eſſe venialia, & electis nulla mortalia.
Hær. Bezanitarum. Gabr. Pr. Bezanitæ.

2 Pro Reprobis non eſſe orandum. *Ibidem.*

3 Res omnes, ſiue omnia ita eſſe vnum, & eſſe Deum, ſicut Abraam, & Iſaac ſunt vnius, & eiuſdem naturę.
Err. Almarici damn. extr. de ſumma Trin. c. damnamus. Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 35.

1 Reſpublicas non eſſe à Chriſtianis adminiſtrandas.
Err. Fratricellorum damn. in extrauag. Io. 22. Gab. Pr. Fratric.

1 Reſtituere rem furto ſublatam non eſſe neceſſarium, ut qui

vitam conſequatur ęternam, ita vt confeſſatij ad ſatisfacien dum non ei iniungant, ſed ad aliquam portionem ſibi diſtribuendam, ut abſolutionem obtineat.

Er. Gracorum. Alſ. Caſt. ad. hęr. Reſtit. Gab. Pr. Greci.

2. Reſtitutionem Rapinę non eſſe faciendam, ſed ſatis eſſe eleemoſinam facere, vt furti, & Rapinæ peccatum deleatur.

Hoc innuit Eraſmus in Annot. ſup. 11. Luc. ait Alſon. Caſt. ad. hær. ibidem.

3 Ad reſtituenda ablata non teneri quemquam.

Gab. Pr. Albanenſes.

1. RESVRRECTIO carnis non eſt futura.

Hær. Saducæorum Alſ. Caſt. ad. hęr. Reſur. 1. Gabr. Pr. Seueriani Valentiniani.

2 Reſurrectionem corporum, ſiue Mortuorum non eſſe.

Hær. Albanenſium. Gabr. Pr. Alban. Albigen. Proclianitę. Antilulerani. Dauidici. Samaritani.

3 Reſuſcitatum corpus poſt reſurrectionis gloriam futurum aere, & vento ſubtilius, ita vt nec palpari, nec videri poſsit.

Er. Eutychij Conſtan. Alſ. C. Reſur. 2. Gabr. Pr. Eutychiani.

4 Reſurrectionem in filiorum procreatione eſſe, quę quotidie fit in humano genere, non illam immortalitatis futuram, atque glorioſam.

Hær. Seleucianorum. Gabr. Pr. Seleuciani.

5. Reſuſcitata corpora poſt Reſurrectionē futura iterum mortalia, quæ multis tranſactis ſeculis poſtmodum ſunt in nihilum redigenda.

Hoc commentum hær. de Origene narrat Theophilus Alexandrinus Epiſcopus. lib. 2. ſui Paſchalis, quem refert. Alſ. Caſt. Reſur. 3. Gab. Pr. Origeniſtæ.

6 Corpus corruptum non contingit idem numero reſurgere.

Hęr. Trinit. Gabr. Pr. Trinitarij.

7 Reſurrectionem carnis iam factam eſſe, nec aliam corporum expectandam.

Hær. Alexandri Aerarij quem Paulus tradidit Sathanæ. 1. Tim. 2.

Gab.Pr. Libertini. Hymeneus. Alexander Aerarius.

8 Reſurrecturos omnes homines in ſexu virili, nullumq; eſſe poſt Reſurrectionem fœmineum ſexum.

Hanc eſſe hæreſim refert Alf. Caſt. Reſur. 5. & errorem Armenorum teſte Guidone, meminiſſeq; Auguſtinum de Ciuit. Dei lib. 21. cap. 17.

9 In Reſurrectione corpora hominum rotunda, & orbiculari ſpecie excitabuntur.

Er. Orig. Gab. Pr. Origeniſtæ.

10 Poſt Reſurrectionem homines futuros in voluptate Mundi. *Sup. Beatitudo.*

11 Reſurrexiſſe Chriſtum à mortuis die Sabbati poſt Paraſceuen hora ſexta.

Hær. Armenorum, teſte Guid. Alfon. Caſt. Reſur. 4. Gabr. Prat. Armeni.

12 Reſurrectionis Diem D. N. I. Chriſti & Natalem non eſſe piè celebrandum.

Hær. Priſcillianorum. Gabr. Pr. Priſcianus Abilæ. ſup. Natalem.

13 Reſurrectio Mortuorum eſt impoſſibilis, quia mortuum non poteſt redire viuum, nec etiam per multa media, & ſi redit, non redit idem numero.

Inter er. Ariſt. ex. 1. de An. & 8. Meth. Directi. Inq. 2. p. q. 4.

De Reſurrectione extant Symbola Apoſtolorum, Patrum, Athanaſij. Conc. Tolet. 1. Prouinciale quidem, ſed conf. à Leone 1. & Tolet. 11. ſub Vitiliano Papa.

1 Reuelata ſibi fuiſſe à Deo, quæ abſcondita ſunt Apoſtolis præſumebat Aetius.

Vide Gabr. Pr. Tit. Aetius.

2 Ro. Eccleſiam exterminandam coniurauit Beza.

De hoc impijſſ. furore vide Gabr. Pr. tit. Bezanitæ.

3 De Ro. Eccleſia. *cætera vide ſuprà Eccleſia.*

4 De Ro. Pontifice. *vide ſupra Papa.*

SAB-

S.

1 SABBATVM cum die Dominico obſeruandum ſic cum Chriſtianis Iudaizabant Ebionitæ.
De quibus Niceph. Eccl. ſua hiſt. lib. 3. cap. 13.

2 Nullum feſtum pręter ſabbatum eſſe colendum.
Hoc docuiſſe Carolſtadium narrat Eraſmus Alberus.

3 Sabbato die feriandum, Dominico verò operandum.
Hoc docuit Lucas. Sternberger, quòd ſabbati dies in ſacris literis expreſſè iuſſus ſit coli, non autem Dominicus, ut author eſt Staph: de Luterani inter ſe concordia. vide Gab. Pr. tit. Sabbatarij.

1 SACERDOTES omnes Chriſtianos eſſe, & ęqualem habere poteſtatem nulla ſtatus, aut ſexus diſcretione facta.
Et Luter. Dam. & Carthag. & Conſtantien. Conc. Alſ. Caſt. ad. hęr. Sacerdos 1. Gab. Pr. Luterani. Bohemi. Iacobus Præpoſiti.

2 Sacerdotes omnes pares eſſe, inter quoſuis ſacerdotes nullũ diſcrimen eſſe etiam Epiſcopos.
Huius er. author fuit Aerius, quem ſuſcitarunt Valden. quorum errores ſecutus eſt Io. Vuicl. Alſ. Caſt. Epiſcopus. Gab. Pr. Aerius. Valden. Vuicl. Huß. Sup. Epiſcopus.

3 Sacerdotem potiorem efficit non dignitas, ſed vitę meritũ.
Err. Hußitarum. Gab. Pr. Hußitę. Pauperes de Lugduno.

4 Sacerdos amittit conſecrandi poteſtatem, ſi mortale commiſerit.
Hær. Valden. teſte Guid. Alſon. Sacerd. 3. Gabr. Pr. Pauperes de Lugduno.

5 Sacerdotes non debere eſſe cęlibes.
Hær. Luteri qui irridet cęlibatum damn. in Conc. Neocaſ. Alſ. Caſt. Sacer. 4. Gabr. Pr. Bucerus, luterani.

6 Sacerdotes minores in abſentia Epiſcopi exercere poſſunt officia ſacramentalia, qualia ſunt conſecrationes altarium, olei, vel Chriſmatis benedictionem ordinum Collat.
Hær. Armachani Richardi, quem ſequitur Io. Vuicl. damn. in Conc.

Hiſpalen. Alſ.C.ad.hær. Sacerd.5. Gabr.Pr. Armachanus.

7 Sacerdos eſt tantùm qui Euangelium prædicat, cęteri verò æquiuocè, vt homo pictus.

Hær. Luteri. Alſ.C.ad.hær.ordo. Sup.Ordo.

8 Sacerdos ſi eſt in pecc. mor non conſecrat, non baptizat.

Hær. Io.Vuicl.damn.in Conc. Conſtantienſi. Alſ.Caſt.Poteſtas Io. de Turrecr.de Eccl.lib.4.cap.37.vel ſic.

9 Sacerdotes ritè, & legitimè ſecũdum formam Eccleſię ordinatos, quibuſlibet tamen criminibus preſſos, non poſſe cõficere, vel conferre eccleſiaſtica ſacramenta.

Hær. Valdenſium, dam.in extrau.Io.22.quæ incipit. Glorioſam Eccle. Direct.Inq. 2.p.q.8.

10 Sacerdotum malorum, aut impurorũ ſacramenta nulla eſſe.

Hær. Donatiſtarum. Gabr.Pr.Donatiſtæ.

11 Sacerdotes debent eſſe pauperes, & ſola cõtenti eleemoſina.

Hęr. Luteri. Alſ.Caſt.Paupertas.Gabr.Pr.Pauperes de Lugduno.

12 Sacerdotibus illis tantùm conceſſa eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi, qui vita, & doctrina pollent, ſicut Apoſtoli.

Er. Valdenſium, vt refert Io.Turrecr.de Eccl.lib.1.cap.100.

13 Sacerdotes quomodolibet criminosè viuant, ſacerdotij polluunt poteſtatem, & ſicut filij infideles ſentiunt infideliter de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ de clauibus, de Cenſuris.

Er.Io.Huſſ.damn.in Conc.Conſt.

14 Sacerdotes poſt crimen admiſſum, etiam ſi dignam egerint pęnitentiam, ad priſtinos honores redire non poſſe.

Hoc aſſerentes cenſuit hæreticos Calixtus Papa huius nominis primus patria Romanus. ut habetur ex vitis Ro.Pontificum.

15 Sacerdotes, & alij Eccleſię miniſtri, qui non ſunt ſuę ſectę (aiunt Begardi) carent poteſtate tàm ordinis, quàm iuriſdictionis.

Hanc hær. Begar. refert Direct.Inq.p.2.q.8.

16 Sacerdotes membra Satanę eſſe.

In hac impijſs. hær. conueniunt omnes ſectarij, ait Gab.Pr.Sectarij.

17 In ſacerdotum catholicorum necẽ coniurant Paſtoricidę.

Hi

Hi ſecta Antiluterani ſunt, quorum ſcelere plurimi per Rijnladiam, & Galliam iniecto in collum laqueo in foſſam præcipitati ſunt, authore Lindano.

1 SACERDotium eſſe abrogandum.
Hær. Anabaptiſtarum, & Luteranorum, ut ref. Gabr. Pr. Anabapt. nam Luterus eo lib. quem inſcripſit de Miſſa angulari, à Satana ſibi gloriatur argumenta eſſe ſuppeditata, quibus ſacerdotium euerteret, ut teſtatur Hoſius lib. 1. de hær. noſtri temp.

2 Ad ſacerdotium mulieres poſſe promoueri.
In hac hær. cum Pepuzianis conuenit Luterus, vt refert Gabr. Pr. Luterani. Hær. autem contra ſacerdotes, & ſacerdotium damn. in Conc. Trid. Seſſ. 23.

1 SACRAMENTA nouæ legis dare gratiam his, qui non ponunt obicem, hæretica eſt, ſed vſitata hæc ſententia, ait Lutherus.
Alſ. Caſt. ad. hær. Sacram. 1. Gabr. pr. Luterani.

2 Sacramentum nullum conferre gratiam, nec poſſe, quantumlibet ad eius ſuſceptionem animam ſuã quis præparet.
Hęr. Armenorum. Gabr. Pr. Armeni.

3 Sacramenta nulla eſſe in Eccleſia.
Hær. Cathatorum, ait Alſ. Caſt. ad. Sacram. Gabr. Pr. Catharialij.

4 Sacramentum eſt etiam laicalis impoſitio manuum.
Hanc hær. docuerunt, ait Gab. pr. Manus impoſitorij.

5 Sacramenta funeſta habere prohibentur.
Cathaphrigiorum. Gab. Pr. Cathaphrigæ.

6 Sacramenta ab impuris, & malis ſacerdotibus. *Sup. Sacerdos.*

7 Sacramenta Eccleſiæ tria tantùm Bapt. Pęn. & Euchariſtia expreſsè ſunt in ſacra ſcriptura inſtituta, cætera autem quatuor humanitùs per Eccleſiam tradita.
Hęr. Iacobi Præpoſiti. Gabr. Pr. Iacobus Præpoſiti.

8 Sacramenta tantùm duo eſſe, Baptiſmum, & Cęnam.
Hęr. Caluiniſt. Flacianorum, aliorumque biſſacramentalium, author Staph.

9 Sacramenta ſeptem eſſe dixit Luterus, dum concorditer re-

ctè

etè cum catholicis doceret. *An.* 1519.
Sacramentum vnum tantùm pronunciauit, dum in ſua captiuitate Babilonica captiuus ipſe conſcriberet. *An.* 1520.
Sacramenta duo poſtea eſſe voluit, cum pernicioſiſsimè Catechiſmum ſuum componeret. *An.* 1522.
Sacramenta tandem tria profitetur confeſsione ea ſacrilega Auguſtana, quam luteri nomine obtulit Meláčton. *An.* 1530
De hac Luteri inconſtantia vide Gab. Pr. tit. Luterani.

10 Sacramenta omnia Eccleſię nihil proſunt ad ſalutem.
En. Cathar. ut ref. Io. Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 35.

11 Sacramenta Chriſti, & Eccleſiæ non ſunt vera; ſed falſa, & deceptoria. *Ibidem.*

12 Sacramenta nouę legis fuerę euacuata tempore Almarici hæretici.
Hoc inter ipſius er. recenſet Direct. Inq. 2. p. q. 7.

13 Sacramenta Eccleſiaſtica omnia cum ſacrificio Miſſæ ceſſabunt tempore Antichriſti.
Hoc inter er. Bartholomei Janoneſij ref. Direct. Inq. 2. p. q. 11.

14 Sacramenta nudi celebrant Adamęi.
Vide Lindanum lib. dubitantium inſcr. dial. 2.

15 Sacramenta nulla imprimere caracterem, immò hoc aſſerere eſſe meram nouorum Theologiſtarum fictionem, atque commentum.
Temeritas hæreticalis Luteri, quam ref. Gab. Pr. Luterani.

16 Sacramentis Chriſti peccata non tolli, ſed relicta non imputari, permanentia velari, non ablui.
Hæreticale commentum eiuſdem, ibidem.

17 Sacramenta hęreticis adiaphora eſſe.
Hoc illis hæreticis videtur impingere Gab. Pr. qui Adiaphoriſtę. i. indifferentes appellantur. tit. Adiaph. Hær. autem contra ſacramenta damn. Conc. Blor. & Trid.

1 SACRIficia priuata prohibita eſſe.
Propoſitio ſuſp. quia poteſt tollere oblationes, & miſſas priuatas, deducta ab Hæret. ex Leuit. 27 ut notat cenſ. gen. ſu. Bibl.

Sa-

2 Sacrificia omnia reijciuntur præter ſolum Chriſtum.
Propoſitio ſuſp. deducta ab hæret. ex Hebr. 10. Ibidem.

3 Sacrificia oblata Deo, ſpiritibus, nihil proſunt, ut per ea aliquid conſequamur, ſed naturaliter habent effectum, propter quem fiunt.
Inter er. Algazelis philoſophi. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

4 Sacrificia aliqua naturaliter talem habent poteſtatem, ut ſi ſecundum ea aliquod opus incipiatur, tale ſacrificium dominatur tali operi à principio vſque in finem. *Ibidem.*

5 Sacrificium legitimum, & ſacerdotium cum Zuinglianis abrogarunt Anabaptiſtę.
V. de Gabr. Pr. tit. Anabaptiſtæ.

6 Sacrificio Altaris medicinæ opus gratius eſt Deo.
Inter er. Arnoldi ref. Gab. Pr. Arnoldus à villa Noua.

7 Sacrificium Miſſæ pro Defunctis non offerendum eſſe.
Hoc impiè voluit Aerius, vt ref. Gab. Pr. Aeriani.

8 In ſacrificium, panem, & caſeum ſolùm Deo, eſſe offerendū.
Hær. Artotyritarum, qui (teſte Aug. de hæreſ.) nomen ab oblatione ſortiuntur, ut ref. Gabr. Pr. tit. Artotyritæ.

9 In ſacrificium, vtrem vino refertum; & opertum linteis in ſuam inducentes Eccleſiam offerebant Aſcodragitæ.
Hos inter hæreticos recenſet Gabr. Pr. in eodem tit. quòd carnaliter illud Matt. 9. (vtres nouos ſum. & in eos vinum no. mitt.) de vino debachando intelligerent, quod de lege Moſaica antiquanda Euangelicaq; innouanda intellexit Chriſtus. Gabr. Pr. Aſcodragitæ.

10 Sacrificia Eccleſiæ omnia negat Fauſtus Manichæus.
Vide Gabr. Pr. in tit. Fauſtus Manich.
Hær. contra ſacr. Miſſæ damn. in Conc. Trid. Seſſ. 22.

1 SALVARI ſe poſſe quemlibet in ſecta ſua extra Eccleſiam Cath. & Ro.
Io. Turre Crem. id tribuit quibuſdam hæret. innominatis de Eccleſia lib. 1. cap. 21.

2 Saluabuntur Animæ tam eorum, quos fideles vocamus, quam Infidelium; & Apoſtolorum corpora æquè damnabuntur,

buntur, atque Infidelium.

Hær. Georgij David. ut ref. Gab.Pr. Georgius David.

3 Saluari poſſe hominem virtutibus proprijs naturalibus, ut Cato, & Scipio ſaluati ſunt.

Hær. Zuinglij Gab.Pr. Zuinglius. *ſup. Gratia.*

4 Salutem eſſe in noſtris uiribus collocatam.

Hær. Melanctonicorum. Gab.Pr. Melanctonici.

5 Saluus nemo fieri poteſt, niſi per eos, dicebant cathari.

Hær. hanc iactatam ref. Io.Turrecr. de Eccl. lib.4.p.2.c.35.

6 Saluari neminem poſſe, qui non ſit de ſecta ipſorum.

Arrogantia hereticalis Pſeudoapoſtolorum, ut refert Direct. Inq. p.2.quæſt.12.

7 Saluari neminem poſſe, qui Rom. Eccleſiæ fidẽ profiteatur.

Temeritas hæreticalis Manichæorum, ut ref. Direct.p.2.q.13.

8 Saluatorem non fuiſſe Ieſum Chriſtum.

De hoc hæreticali contemptu. *ſup. Christus.*

9 Saluatorem Mundi ſe fuiſſe deſtinatum, ex Olympo ad hominum ſalutem demiſſum aſſerebat Menander.

De hac hæreticali intruſione vide Euſeb.l.3.c.2. Iſidorum quoque, & Aug.lib.de hæreſibus.

1 SALVtationem B.M.V. offerri pro oratione ineptum eſt.

Propoſitio adducta pro ſcandoloſa ab Alf. Caſt. de iuſta hær. lib.1. cap.3.

1 SANCTOS non eſſe ab hominibus honorandos.

Hær. Antiquorum, & Modernorum, Vigilantij, Valden. Vuicl. Huſſ. Alf. C. ad. hær. Sancti.dan. in Conc. Gang. Geronden. Tolet. Gabr.Pr.Bohemi. Conſtantinus Imperator Lutherani.

2 Sanctos adorandos priùs affirmauit, poſtea negauit Vigilantius.

Vt ref. Alf. Caſt. Ibidem. Itidem Luterus ſanctos eſſe inuocandos affirmat lib. de Præparatione ad mortem poſtea ſanctis gloriam hanc inuidens, noluit hoc honore eos eſſe afficiendos. Gab.Prat.Luterani.

3 Sanctos non honorandos, neque orandos eſſe.

Hanc

Hanc hær. Modernorum hæret. tenuerunt, ut ref. Gabr. Pr. Euſtathius, Sebaſt. Huſſ. œcolamp. Pauperes de Lugd. Vigilantius.

4 Sanctorum ſuffragia in cęlis regnantium non eſſe expetenda.
Hær. Publicanorum. Gabr. Pr. Publicani.

5 Sanctorum Inuocationis fundamenta per optimos, & ſanctos Patres iecit Sathan.
Hanc hær. ſomniarunt Bezanitę. Gab. Pr. Bezanitæ.

6 Sanctis Altaria dicata, & Imagines Purificare: ipſorumq́ue ſanctorum inuocationes Idololatriam eſſe.
Hær. Almarici. Gabr. pr. Almarici Pariſ. doctor.

7 Sancti in cœlo non audiunt orationes fidelium, nec venerationes, quibus eos veneramur, attendunt.
Hęr. Paup. de Lugd. ex ſum. Fr. Ycconeti. 5. p. c. 2. in Bib. vat. manuſc.

8 Sancti non orant pro nobis, ideo non oportet implorare eorum ſuffragia, quia abſorpti gaudio cęleſti nobis nequeunt intendere, nec in aliquid aliud vacare. *Ibidem.*

9 Non ſancti in cœlo, ſed viui tantùm pro ſe mutuò orare poſſunt: ideo ſancti non ſunt in noſtrum auxilium inuocandi.
Hær. Vigilantij, quam confutat Hoſius lib. de imped. matrim. vide D. Hieron. ad Riparium, & Deſid. Presb. qui Vigilantium vocat dormitantium, quia aſſerebat.

10 Sanctorum Martyrum ſepulchra non eſſe veneranda.
Ibidem.

11 Sanctorum vigilias eſſe damnandas. *Ibidem.*

12 Sanctorum Imagines, Reliquias, Aras, Eccleſias, Monaſteria, Sacraria oppugnabant, deſtruebant.
Orphani. Gabr. Pr. Orphani.

13 Sanctormu opera omnia peccata ſunt, egentia Dei miſericordia ignoſcente.
Hær. Iacobi Præp. Gab. Pr. Iacobus Præpoſiti.

14 Sanctorum merita nulla applicari poſſe. *Ibidem.*

15 Sanctorum communionem interpretantur communionē bonorum temporalium, ideò quantumcunque quis poteſt, vt rapiat, ſuadent Libertini.

Hæc abſurda contra Libertinos obloquitur Caluinus multò abſurdiora docens ipſe de Sanctis, interceſsiones, orationes, atque Venerationes eorum deſtruendo authore Lindano.

16 Cum Deus ſit Creator omnium, ipſe ſolus eſt inuocandus.
Propoſitio erronea, & ſuſp. quia tollere videtur inuocationem ſanctorum deducta ab hæret. ex 45. Eſaiæ. vt notat cenſ. gen. in Bibl.

17 Non eſſe imploranda auxilia Beatæ Virg. nec Angelorum, nec ſanctorum.
Hær. Cathar. vt ref. Io. Turrecr. de Eccl. lib. 4. cap. 35.
Porrò Hær. contra Imagines, Reliquias, Venerationes, & interceſsiones Sanctorum damn. in Conc. Nic. 2. gen. 7. ſub Adriano Papa. & Trid. Seſſ. 25. cap. 2.

1 SANctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis; ſanctus qui crucifixus eſt: Hoc vltimum addidit Petrus Gnapheus duas tribuens Chriſto perſonas.
Hanc additionem Io. Damaſcenus lib. 3. c. 10. Definit eſſe blaſphemiam, vt quartam inducentem perſonam, ut refert Gabr. Pr. Petrus Gnaphæus.

1 SANCTVARIVM Dei non ſanctum, & ipſius Eccleſias reputari ſynagogas.
Hęc impia impingit cuidam Henrico genere Franco, à quo Henriciani D. Bernardus in Epiſt. ad Ildefonſum comitem.

1 SANGuinem Chriſti eſſe noſtram iuſtitiam. *ſup. Iuſtitia.*

2 In ſanguine Chriſti in Paraſceue non remanſit diuinitas, nec ſanguis ille fuit deſſicatus.
Hær. dam. per Inq. hæret. prouit. Aragoniæ auct. Apoſt. ex ſpeciali mandato Clementis 7. vt ref. Direct. Inq. 2. p. q. 10.

1 SATANAM ſynodis ſemper præfuiſſe, & per ſanctos Patres dogmata Eccleſiæ diſſeminaſſe.
Hoc affirmabat Theodorus Beza in Prefatione noui Teſtamenti, Greci, & Latini, teſte Claudio Sanctesio.

2 Satanas eſt Chriſtus vitium virtus, & nihil niſi ex cuiuſcunque conſcientia peccatum.
Hæreticalis blaſphemia Quintini. Gabr. Pr. Quintinus.

2 Satanę ſacrificandum, ne ſit nobis infeſtus ſacrificijs placatus, dixerunt Maſſaliani, vel Martyriani.
Gabr.Pr.Sataniſtæ.

1 SCANDAlizantibus ſolùm comminatus eſt Deus æternam damnationem, nunquam verò peccantibus.
Hær.Arnoldi. Gabr.Pr. Arnoldus.

1 SCELerum ferè omnium genera pro virtutibus extollebat Lucius Alexandrinæ Eccleſiæ obtruſus Epiſcopus.
Hoc videre eſt apud Theodoritum Trip. hiſt. lib.7.c.37. qui capita quædam Petri Alexandrini Pont.recenſet, in quibus dicti Lucij mala per Galliam, an.D.1562.acta referuntur.

1 SCHiſmatici ſunt Chriſtus, Apoſtoli, omnes Angeli, & Beati.
Hęr.dam.à Greg.11.vt refert Direct. Inq. 2.p.q.10.

2 Schiſmaticum eſſe perfectiùs eſt, quàm catholicum. *Ibidem.*

1 Scholaſticorum omnium communi ſententiæ in re graui retragari velle temerarium eſt.
Hoc probat Melch.can.de lo.Th.lib.8.cap.4.

2 Scholę omnium Theol.concordi de fide, aut moribus contradicere ſi hæreſis non eſt, hęreſi proximum eſt.
Hoc ibidem probare conatur idem Melchior.

1 SCIENtias omnes ſpeculatiuas errores eſſe.
Hoc errando docet Lut. Alfon. Caſt. ad. hær. Scientia. Gabr.Prat. Luterani.

2 Scientias philoſophicas omnes eſſe damnandas.
Err.Arnoldi Gabr. Pr. Arnoldus.

3 Scientias philoſophicas nullas adiſcendas.
Err.Bibliſtarum. Gabr.Prat.Bibliſtę.

4 Studia generalia, & vniuerſitates, collegia, graduationes, & Magiſteria à Papa, vel Epiſcopis in Eccleſiam Dei ſunt vana gentilitate introducta, & non plùs Eccleſiæ proſunt quàm Diabolus.
Has prop. temerarias euomit Io. Vuicl.vt ſuam in Eccleſiam exerceret Tyrannidem, vt ref. Alfon. Caſt. ad. ſtudia gen. Gabr.Prat. Io.Vuicl.

1 SCRIPTVRAM Sacram non eſſe Dei verbum.
Gabr.Pr. Suencfeldiani.

2 Scriptura ſacra textum nudum ſolum recipiendum, legendum in ſcholis, atque Populo proponendum in Eccleſia abſque vlla expoſitione, quòd omnes ſumus à Deo diuinitùs edocti.
Hoc docent (teſte Gab.Pr.) Bibliſtę. Melch.can.de loc.Teol.l.2.c.6.

3 Script.ſ. ac verbum Dei tractare licet laicis, etiam Mulieribus ęquè ac ſacerdotibus.
Temeritas Sectariorum Gabr. Pr. Sectarij.

4 Script. ſ. quemlibet pro arbitratu ſuo poſſe exponi, nihil in ea difficile, nihil obſcurum ſibi perſuaſum habere.
Id Hoſius impingere videtur Io.Brentio. Gab.Pr. Brentius.

5 Script. ſacra non eſt doctrina tradita per Moiſen, Prophetas, Chriſtum, & Apoſtolos, fuitq́; imperfecta, & ad conſequendam ſalutem inutilis.
Hær.impijß. Dauidicorum. Gab.Pr. Dauidici.

6 Script. ſ. intellectum Cath. non admittunt ſectarij.
Hær.Sectariorum. Gab.Pr. Sectarij.

7 Scripturam. ſ. Irrident Libertini dicentes ſe ſequi ſpiritum viuificantem.
Gabr.Pr. Libertini. Quintinus.

8 Script. ſ. germanum, ac ſimplicem ſenſum non approbat Quintinus.
Gab.Pr. Quintinus.

9 Script. ſ. ex ſe adeò eſt clara, ut nulla hominum de ea ſit neceſſaria approbatio.
Err.Io.Vuicl.& Luteri, vt refert Melchior can.de loc.Theol. lib.2. cap..6. Gabr.Pr.Sectarij.

10 Script. ſ. iudicandæ non poteſtatem penes Eccleſiam, quaſi ab huius nutu, illius celſitudo pendeat.
Er. Caluini. ut ref. Melch.can. ibidem.

11 Scrip. ſ. diſcernendæ à ſcriptura hominum, ſiue verbi Dei à verbis hominum, Eccleſiam habere quidem Poteſtatem, ſed

ſed proinde non iudicem eſſe.

Er. Luther. Melch. ibidem. cap 7.

12 Nihil vltra, quàm ſacris literis proditum, eſſe definiendũ, cætera omnia eſſe problemata in illud reiicienda tempus, cùm ſublato ſpeculo videbimus Deum de facie.

Aſſertum Eraſmi in epiſt. Nuncupat. Operum. D. Hilarij. quem refert Melch. can. lib. 3. cap. 1. contra traditiones apoſtolicas.

13 Script. ſ. ſenſum peruertunt cum Iudęis œcolampadius, & caluinus: ille cum Aquila, illud Eſ. 7. Ecce iuuencula concipiet, hic teſtimonia de Trinitate, & Chriſti diuinitate.

Gabr. Pr. Iudæorum hæreſis.

14 Script. ſacræ, vtrunque teſtamentum reiecit quidam Ambroſius.

Alf. C. ad. hær. Script. ſacr. Gabr. Pr. Ambroſiani.

15 Totum vetus Teſtam. Carpocrates. Cerdon. Manichæi, Seuerus.

Ibidem. Gabr. Pr. Albane i. Libertini.

16 Libros Machabęorum, luterus, quòd ſuas deſtruant hæreſes de ſuffragiis mortuorum.

Ibidem, Alſ. Script. S. 2.

17 Euang. Matth. Marc. & Ioan. Marcion, Cerdon.

Alſ. Ibidem. Script. S. 3.

18 Euang. Mar. Luc. Io. Cerinthus.

Alſ. Caſt. ibidem, ſcript. S. 4.

19 Acta apoſtolorum, Cerinthus, & Seuerus.

Alſ. Caſt. Scrip. S. 5. Ibidem.

20 Epiſtolas ad Titum, & Timoth. Baſilides.

Gabr. Pr. Baſilidiani.

21 Omnes Pauli epiſtolas, Ebion, vt doceret veterem legem ſimùl cum noua obſeruandam, cui poſitioni opponitur Doctrina Pauli.

Alſ. Scrip. S. 6. Gab. Pr. Ebionitæ. Encratitæ.

22 Solùm Prophetas, & Apoſtolos recipiunt Apocriphi.

Gab. Pr. Apocriphi.

Epiſto-

23 Epiſtolam Iacobi reijcit Luterus, quia ſibi opponitur aſſerenti fidem ſolam ſine operibus iuſtificare.
Alſ. Caſt. Script. S.7.

24 Euangelium Ioannis, & Apocalipſim reijciunt Alogiani quòd in his demonſtretur verbum filium Dei, quod ipſi negant. *Alſ. Script. 8.*

25 Illud Io. 1. cap. (Omnis ſpiritus qui non confitetur Chriſtum Ieſum in carne veniſſe ex Deo non eſt) reijciunt Appellitæ.
Gabr. Pr. Appellitę.

26 Scripturarum canonem habent ſuum Iudæi à Chriſtianis diſtinctum, ſic Bulligerus cum eis conueniens contendit duos lib. Poſteriores Eſdrę eſſe canones, & alij Euangelici cum eis, reiiciunt Machabęorum, & Eccleſiaſtici libros.
Gabr. Pr. Iudæorum hæreſes.

Loca 20. ſcript. ſac. deprauata à Lutero.

27 Script ſ loca deprauata à Luthero, notata à Gab Pr. inter ipſius Err. in Dictione, Luterani. *Sunt 20. Videlicet.*

28 Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus Epiſt. Iacobi 2. deprauauit ſic. Oſtende mihi fidem cum tuis operibus.
Vt bona obrueret opera, quorum ipſe ſemper fuit expers.

29 Certam veſtram vocationem facite per bona opera 2. Petri 1. Id totum (per bona opera) ſuſtulit.
Ne bonorum operum hoſtis cogeretur incidere in eam.

30 Arbitramur hominem iuſtificari per fidem. Ro. 3. addidit (ſolùm.)
Vt neceſſitatem operum excluderet.

31 Omnes enim peccauerunt. Ro. 3. Legit. Omnes enim ſunt peccatores.
Vt actualitatem peccati in homine locando, cuncta hominum opera afferat peccata.

32 Qui poteſt vos conſeruare ſine peccato, Iudę. legit, ſine oppugnatione.
Peccati Patronus nollens peccatum homini abeſſe.

33 Accip. armaturam Dei, vt poſſitis reſiſt. in Die malo, & in

in omnibus perfecti ſtare ad Epheſios. 6. abſtulit (Perfecti) legens, vt in omnibus, quæ agitis, poſsitis ſtare.

Vt totus impurus, & imperfectus nihil vnquam perfecti ſiſtat in homine.

34 Non introibit in eam aliquid coinquinatum. Apoc. 21. legit, nihil commune in eam introibit.

Ne coinquinatio peccati, quam ab homine nunquam abeſſe vult, ab ingreſſu cæli eum impediat.

35 Verbum Domini manet in æternũ. 1. Petri 1. id amputauit.

Vt nihil præter Script. S. cogeretur pro verbo Domini ſuſcipere.

36 Vt abſtineatis vos à fornicatione. ad Theſſal. 4. id omiſit.

Ne ſua deſtruerẽtur carnalia, vt illud, ſi vxor nolit, Ancilla venito.

37 Illud 1. Tim 5. de Voti violati reis viduis, quod primam fidem irritam feciſſent, non de voto cum veteri, & vera Chriſti Eccleſia, ſed de fide in Chriſtum violata, & abnegata, exponendum, vult.

Vt ſuas ſacrilegas ſanctimonialium, Monacharum, ac clericorum ſuſtineat nuptias.

38 Illud 1. Cor 9. nunquid non poteſtatem habemus ſororem mulierculam circumducendi? detorquet in ſororem coniugalem.

Vt aper iſte carnis effundat habenas quamcunque paßim ducendi in coniugem, quæ uſibus ad libitum ſeruiat concubitus.

39 Per legem cognitio peccati. Rom. 3. deprauauit addendo (ſolùm:)

Vt legem Moſaicam, de qua loquitur Paulus, hac una uocula aboleret.

40 Ad horam orationis nonam. Act. 3. peruertit ſic: (ſub horam nonam ad orandum.)

Vt ſtatas orandi horas, ac Eccleſiæ conſtitutiones auferret.

41 Quid admiramini quaſi noſtra virtute, aut poteſtate fecerimus? ait Petrus Iudæis. Act. 3. cum ſanaſſet Claudum. legit ſic (quaſi noſtro fecerimus merito.)

Vt impudens omnem etiam ab Apoſtolis auferret meritum.

Cum

42 Cum impoſitione manuum Presbyterij. 1.Tim.4.per (Prę-ſbyteros) intelligendos vult ſeniores laicos.
Vt liberè ſacrum ſacerdotium ordinem, laicis, etiam mulierculis conferat.

43 Quomodo conuertimini iterum ad egena elementa: Gal. 4. peruertit, ad leges Mundi.
Vt ex hoc omnes leges ciuiles deſtrueret.

44 Ex Hebręo ſe vertere mentitur tibi ſoli pecco, pro tibi ſoli peccaui.pſ.50.
Hoc eſt (ait Brentius) quicquid ago, pecco, ſic Melancthon locis com mun.an.1552. vt ſuam ſeruaret perfidiam, omne actum cuiuſcunq; hominis eſſe peccatum.

45 Pro, verbum caro factum eſt. Ioan. 1. vertit Verbum caro facta eſt.
Hoc docet Lut.in lib. de Conciliis. inquit Zuinglius, quia Deus nequit mutari in corpus.

46 Factum ex Muliere. Gal. 4. adulterauit (natũ ex Muliere.)
Vt cum alijs hæreticis veram Chriſti ex Maria Incarnationem denigraret.

47 Totos tandem negat libros Machabeorum à tot Conc. receptos.
Ne tot ac tantæ ſuæ impijſſimæ hęreſes de Purgat. de ſuffragijs, de Indulgentijs deſtruantur.

48 Nouum Teſtamentum eſt euacuandum ſicut vetus eſt euacuatum.
Err. Ioannis de Parma Italici monaci damnatus à Papa Alexandro 4.Direct.Inq.2.p.q.9. *Ibidem.*

49 Nouum Teſtamentum non durabit in virtute ſua niſi per ſex annos proximè tunc futuros videlicet vſque ad annum Chriſti incarnationis. 1260. *Ibidem.*

50 Spiritualis intelligentia noui Teſtamenti non eſt commiſſa Papæ Romano ſed tantùm literalis. *Ibidem.*

51 Scripturę ſacræ aliquid vltra veritatem ad decorem addiderunt Euangeliſtæ. *& iſta*

Scriptura

52 Scripturę. S. ſicut Hiſtoriæ profanę, quædam ad decorem, & ornamentum continet, quę vera non ſunt:

Hæ duæ propoſitiones cum alijs hæreſibus ex decreto ſanctiß. congregationis abiuratæ fuerunt Vicentię an. D. 1579. dum ego ibi violatæ Religionis reſiderem Inquiſitor.

1 SEmen humanum farinę commixtum, pro Euchariſtia conficiendum.

Execratio Cathariſtarum. *Sup. Euchar. panis.*

1 SEPeliri corpora humana quacunque tellure, ſiue locus ſit ſacer, ſiue non, nihil diſtare.

Hoc impingit Valdenſibus Alſ. C. ad. hær. Sepoltura. Gabr. Pr. Pauperes de Lugduno Valdenſes autem dicebant.

2 Nihil prorsùs prodeſſe Animę, quod coprus in loco ſacro ſepeliatur.

Damn. in Conc. 3. Tolet. 3. cap. 22. Ibidem.

3 De ſepultura non eſt curandum.

Gabr. Prat. Trinitarij.

1 SERaphim docente Paulo aliqua didiciſſe.

Verba ſunt Cyrilli lib. Theſ. cò cautius legenda, quò inter err. Gręcorum recenſentur à Direct. Inq. 2. p. q. 18.

1 SERPENTEM æneum adorabant, eique ſacrificabant ſerpenticolæ.

Hi fuere Iudæi ab hac idololatria ſic nuncupati, quam Ezechias prohibuit, ſerpentemq; confregit, quòd cultum Deo debitum ſerpenti impenderent. 4. Re. 18. vide Gabr. Prat. Tit. ſerpenticulæ.

2 Serpentem creatore meliorem eſſe, atque honore perſequendum.

Hær. Marcion. Gabr. Pr. Marcion.

3 Serpentem, qui primos decepit parentes, Chriſtum fuiſſe, & ſcientiæ boni, & mali Auctorem, ideo adorandum.

Hær. Ophitarum teſte Aug. l. de hær. c. 17. orta à Nicolaitis, vel Gnoſticis.

1 SERVI appellationem in Chriſtum non conuenire, non n. vt ſeruus, ſed vt filius Chriſt⁹ obediuit Patri, & ſubditus fuit.

Hæc inter concluſiones ſcandal. vel ſuſp. adducitur à Iacobo Lop. Stunica, poſt ſuum itinerarium.

1 SETH Adæ filium ex ſuperna matre natum, quæ cum ſuperno Patre conuenit, vt inde ſemen filiorum Dei naſceretur, magnæq; virtutis ſpiritum habentem aſſerentes colebant Sethiani.

Fabuloſa hæc ſuperſtitio, & Idololatria à Philaſtr. & Auguſt. de hær. c. 19. deſcribitur: quos refert Gabr. Pr. Tit. Sethiani. *quin*

2 Seth quoque ipſum, & eſſe Chriſtum Ieſum, aſſeruerunt.

Ibidem.

1 SIMonem Cirenæum, non Chriſtum fuiſſe paſſum.

Hanc hær. cum quibuſdam Iudæis docuit Baſilides, ut author eſt Euſeb. Cæſ. hiſt. Eccl. c. 8. & Aug. de hær.

1 SIMulare, & diſsimulare omnia pro fundamento ſui iaciũt Euangelici, & Libertini.

Gabr. Pr. Libertini. Quintinus.

1 SILENtium eſſe ferè ſemper exercendum, digitum labijs, & naribus apponendo ex eo quod dicitur, pſ. 140. pone D. cuſt. ori meo, & oſtium circunſtantiæ labiis meis.

Hanc inter hæreſes loco 63. recenſet Aug. vocando Auctores hær. Pattalorinchitas græcè, quod eſt, Palum ad Nares ponentes Latinè. Alfon. Caſt. ad. hær. Silentium Gab. Pr. Pattalorinchitæ.

1 SOBRIEtatem adeò dilexerunt Aquarij, vt eius conſeruandæ cauſa etiam pro calicis conſecratione vinum euitandum putarent.

At contra diſt. 2. c. 1. Vinum & aquam vtrumque permixtim offerendum percipitur. vide Gabr. Prat. Tit. Aquarij.

1 SODomitas colere perhibentur Cainani.

Tantum ſcelus eis impingit Gabr. Pr. in eorum Tit.

1 SOLEM maximum eſſe Deum, nec quem præter eum colendum.

Idololatria Perſarum, ac Meſſagetarum, ut author eſt Alex. ab Alex. Gen. dierum l. 7. more quorum & Heliognoſtici Solem colebant, ait Philaſter.

Solem

2 Solem animatum, & rationalem quandam virtutem eſſe.
Err. huius fuiſſe Origenem, refert Gab. Pr. Tit. Origeniſtæ.
3 Solem iuſtitiæ appellari ſe faciet Antichriſtus.
De hac impoſtura teſtis eſt Albertus in cap. 13. Apocalyp.
4 Sol ab æterno plantas, & animalia generauit, & in æternum generabit.
Inter err. philoſophorum ref. Direct. Inq. 2. p. q. 4.
1 SOMNVM, quem miſit Dominus in Adam, non iuxta literam, ſed miſticè per parabolam intelligendum, in quantū ſimilitudinem gerit defectus virtutis virilis, vnde naturaliter producitur homo.
Interpretatio ingenioſa quidem Thomę de Vio Caiet. quia homo dormiens (inquit) ſemihomo eſt, & Principium mulierem generans, ſemiuirile eſt; ſed vt veritatem literæ excludit, S. Patruum conſenſui oppoſita.
2 Somno ſemetipſos tradentes, ſomniorum ſuorum phantaſias, prophetias appellabant Anthiaſiſtę.
Sic eos appellat Bernard. Lutzemb. in ſuo Catal. hęret. At Gabr. Pr. (Enthuſiaſtæ) .i. ſacrificatores, ſiue afflati, uide Hiſt. Trip l. 7. c. 11.
3 Somniorum phantaſias vocandas eſſe Prophetias.
Err. Adelphij, vt ref. Gabr. Pr. eodem Tit.
4 Somniis, & Viſionibus attendendum.
Err. Suencfeldij, qui clamabat, Deum nos hodie ęquè docere (ut olim Patriarchas, & Prophetas) viſionibus, & ſomnijs eſſe attendendum, vt inquit Hoſius lib. 1. de hæret. quem ref. Gabr. Prat. Tit. Suencfeldiani.
1 SPEM noſtram non procedere ex meritis docuit Luterus, qui opera noſtra nihil mereri cenſuit.
Vt ref. Alf. Caſt. ad. ſpes. & Gabr. Pr. Tit. Luterani.
1 SPIRITVS S. Creatus eſt, factus eſt, non Deus.
Hęr. Macedonij, vt refe. Gab. Pr. Abſtinentes, Seueriani, Aetiani, Airani.
2 Spiritumſan. neque Deum, neque Creaturam eſſe.
Hær. Euſtathij, vt ref. Gabr. Pr. Euſtathius: qui audiens Macedo-

nium negare Spiritumſan: vnam eſſe Trinitatis perſonam, ego (inquit) neque Deum Spiritumſan. nominare cenſuerim, neque creaturam vocare auſus fuerim; teſte Nicephoro.

3 Spiritumſan. eſſe motum in rebus Creatum.
Hær. Samoſateni, quam renouauit Guilhelmus Farellus, inquit Lindanus Dubit. dial. 2. quem ref. Gab. Pr. Farelliſtæ.

4 Spirituſſ. non poteſt videre filium.
Hoc impingit Origeni Epiphanius vt refert Alſ. Caſt. ad. Deus 9. & Gab. Pr. Origeniſtæ.

5 Spirituſſ. eſt Anima Mundi.
Hoc impingit Petro Abailardo D. Bernardus in quadam Epiſtola ad Inn. Alſon. Caſt. ad. hær. Deus.

6 Spiritum Dei non eſſe.
Hær. Doſithæi, vt ref. Gab. Pr. Doſitheus.

7 Spirituſſ. nihil aliud fuit, quam Columba.
Hær. Lucæ Sternb. ut ref. Gabr. Pr. Lucas Sternberger, nec. n. columba illa fuit ipſe Spirituſſ. nec in vnitem perſonæ aſſumpta, ut ratione vnionis dicatur Spirituſſ. vt homo Dei filius, ſed ſignum ſolum fuit deſcenſus ſpirituſſ. in Chriſtum. Aug. 2. de Trin. cap. 6. quem ref. D. Tho. 3. q. 39. ar. 6. ad. 2.

8 Spiritumſan. non Deum perfectum, & Patri conſubſtantialem eſſe, ſed famulum, miniſtrum, Angeliciſq; ordinibus paulò præſtantiorem.
Hær. Marathonij, aliorumque, vt refert Gabr. Pr. Marathonius, Nicom. Pneumatomachi.

9 Spirituſſ. oratione ſola aduenit homini, vt ſine baptiſmate, ieiunio, inſtructione non ſolùm rectè viuat, & à corporis titillationibus liberetur, verùm etiam clarè futura præuideat, & trinitatem diuinam oculis ſuis cernat.
Hær. Adelphij, vt ref. Gab. Pr. Adelphius.

10 Spirituſſ. plenitudo non per Apoſtolos Chriſto dante fuit conceſſa, ſed per ſuos Pſeudoprophetas fuit impartita, aiunt Cataphrigæ.
Hæreticalem hanc iactantiam ref. Gabr. Pr. Cataphrigæ.

Per

11 Per Spiritumſan. proprium intelligunt ſpiritum, Anabaptiſtę, quo ſine Prędicante quilibet ex ſeſe valet intelligere ſacram Scripturam iuxta illud 1. Io. 2. non neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos, ſed ſicut vnctio docet vos, ita verũ eſt. *Vide Io. Ferum hoc in loco in primam can. Io. cap. 2.*

12 Spiritumſan. à Patre, & Filio æternaliter non procedere. *Dam. in 6. de ſum. Trin. c. fideli.* &

13 Spiritumſan. ex Patre, & Filio tanquam ex duobus principijs, & non tanquam ex vno procedere. *Ibidem.*

14 Spiritusſancti gratia cępit vigere tempore Almarici: qua interiùs quilibet inſpirabatur, & qua ſaluari poterat, ſine quocunque actu exteriore. *Inter er. Almarici. Direct. Inq. 2. p. q. 7.*

15 A' Spiritusſancto ſic erat tempore Almarici charitas ampliata, vt illud, quod aliàs de natura ſua erat peccatum; vt ſtupra, adulteria, & ſimilia, diceret non eſſe peccatum dummodò iſta facerent carnaliter commiſcentes ex charitate. *Ibidem.*

16 Spiritusſancti omnem tollebat intellectum Sabellius. *De hoc conquerebantur Euſebius Caſ. lib. 7. cap. 4. & Hilarius 6. de Trinit.*

17 Spiritumſanctum nuſquàm Deum nominarunt Deiſtæ. *Vide Gabr. Pr. Tit. Deiſtæ.*

18 Spiritumſanctum non eſſe tertiam Trinitatis perſonam. *Hær. Serueti Hiſpani, ait Eraſmus Alberus lib. 2. contra Carolſt.*

19 Spiritumſanctum non à filio, ſed à Patre ſolùm procedere. *Hanc hær. Græcorum, priùs Catholici, poſtea hæretici imbiberunt Armeni. Vide Gabr. Pr. Tit. Armeni.*

20 Spiritumſanctum non eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre, ſed Patre, & Filio minorem, meram eſſe creaturam. *Hær. Macedonij, teſte Ruffino. lib. 1. c. 25. & Aug. de hær. cap. 52. Maiorinus quòque Carthag. Epiſc. filium Patre minorem, & Filio Spiritumſanctum impiè aſſerebat, ut author eſt Hieron. in Chron.*

21 Spiritumſ. à filio procedere nõ habetur expreſsè in S. ſcript.

Hoc

Hoc inter err. Io. Vueſtph. ref. Bernardi Lutzemb. Catal. hær.

23 Spiritumſanctum fuiſſe Melchiſedech. *Suprà Melchiſedech.*

23 Spiritumſanctum ſe eſſe iactabant Manes Thomas Manichęus, & Montanus.
Vide Gab. Pr. in eorum Tit. & Tit. Manichæi. & Cataphrigæ.

24 Spiritum ſanctum Meretriculam ſuam appellitabat Simō.
Hic fuit Simon ille, qui Dęmonum ope in cælos ſurſum euolare nitens, Pętri Apoſt. oratione humi deorſum præceps alliſus mortuus rumpitur. teſte Nicephoro.

25 Spiritum vnum tantùm eſſe immortalem Dei, qui ſit, & viuat, operetur q; omnia in omnibus: Angelos verò, & Animas noſtras nihil eſſe.
Hęr. Libertinorum, vt ref. Gabr. Pr. Tit. Libertini.

26 Spiritus tàm bonos, quàm malos non eſſe.
Hær. Georgij D. vt ref. Gabr. Pr. Georgius Dauid. ante quem dixerunt Sadducæi nec ſpiritum, nec Angelum eſſe. Tit. Sadduc.

27 Spiritum viuificantem ſe ſequi iactitant hęretici, cęteros appellantes carnales.
Hi ob id Spirituales nuncupantur ſecta Antiluterani, teſte Lindadano Dubit. dial. 2.

28 Spiritum ipſum tranſcorporari, atque in diuerſa ingredi corpora, & vno quoque tempore variè exhiberi.
Hær. Elcæſçarum, vel Helcheſuitarum à quodam pſeudopropheta Helcheſaa nomine, ut author eſt Nicephorus l. 5. c. 24. hiſt. Eccl.

29. Spirituſſancti gratiam, & ſpirituales, ſiue Eccleſiaſticas Prçlationes veniales eſſe, atque ſpiritualia Dei dona pecunia comparari.
In hanc hær. Simonis Magi à Petro Ap. confutatam. Act. 8. prolapſi ſunt Græci, teſte Guid. quem ref. Alſ. Caſt. ad. Tit. Simonia. vide Gab. Pr. Tit. Simoniaci.

30. Spirituſſancti cętera. *vide infrà Trinitas.*
Hær. autem contra Spiritumſanctum dam. Conc. Ro. ſub Syluestro. Conſtantinop. Florent.

1 STAtuta omnia Eccleſiæ poſt Aſcenſionem Chriſti non eſſe

ſeruanda,

ſeruanda, nec alicuius eſſe valoris.
Hær.Pauperum de Lugduno, vt ref.ſum.Fr.Ycconeti.5.par.c.2.ex Bibl.vaticana manuſcr.

1 STEllas, Solem, Lunam, & Aquas quæ ſupra Cœlos ſunt, animatas, & rationales quaſdam virtutes eſſe.
Impingitur Orig. à Gabr.Pr. Origeniſtæ.

1 STVDIA generalia à Papa vana gentilitate fuiſſe introducta &c. *ſup.Scientia.4.*

2 Studia liberalia Iuuentuti Chriſtianę interdicenda.
Hoc inſtituit Iulianus Imp. Apoſtata, ne Chriſtiani ſacra ſua amplificando, vanam eius religionem refellerent.

1 SVBDitos, ac Populares homines poſſe ad libitum ſuum Dominos, ac Prelatos delinquentes corrigere.
Er. Io.Vuicl.Alfon. Caſt.ad.hær. Subditus: Io. de Turrecr.de Eccle.lib.4.c,38.
Prop.ſchiſmatica hæc cenſetur ab Alſ.Caſt. de iuſta hær.l. 1. c.3.

2 Subditos, ac Popolares homines iuſtè poſſe ſubtrahere tributa à Dominis, & Decimas à Sacerdotibus, cum eos peccatores eſſe cognouerint. *Ibidem.*

3 Subiectos non eſſe homines alicui legitimę poteſtati.
Hær. Anabapt. Gabr. Pr. Anabaptiſtæ Baldaſar Pacimontanus.

4 Subditus ſui ſuperioris præceptum ex ignorantia ſupina, vel paſsione tranſgrediens ſecluſo ſcandalo non peccat.
Hær.Iacobi Præp. Gab.Pr. Iacobus Præpoſiti.

5 Subijci neminem debere cuiquam niſi Chriſto, quemadmodum Apoſtoli ſoli Chriſto ſubiecti fuere.
Hær. Pſeudoapoſt. Gab.Pr. Pſeudoapoſtoli.

1 SVBſtantias duas in Chriſto pernegant Acephali.
V.de Gabr.Pr. Tit.Acephali. *Sup.Chriſtus.*

2 Subſtantiam carnis, & Deitatis vnam in Chriſto factam.
Hær. Eutychetis, vide Gab. Pr.Tit.Eutychiani. *Sup.Chriſtus.*

3 Subſtantias quatuor eſſe ingenitas.
Marcion Ponticus (inquit Niceph.hiſt.Eccl.lib.4.c.28.) Cerdonis impietatem adauxit, & quatuor ſubſtantias ingenitas verborum

portentis

portentis conſinxit, Bonum vnum, quem Patrem Chriſti dicit: Secundum iuſtum, quem conditorem appellat; Materiam malam tertium: & malum aliud quartum, à quo tam perfectam, & abſolutam eſſe ponit.

1 SVBſiſtentiam vnam Patrem, Filium, & Spiritũ ſanctũ eſſe.
Her. Contobarditarum, ut ſcribit Niceph. lib. 18. c. 49. hiſt. Eccl.

1 SVFFocata non eſſe edenda.
Er. Græcorum, qui ſuffocata, aut alias carnes in lege veteri prohibitas edentes, damnant; ut ref. Gab. Pr. Tit. Græci.

1 SVFFragia, orationes, eleemoſinas, Miſſas &c. nihil prodeſſe defunctis à viuis pro illis facta.
Huius her. Auctor fuit Aerius ait Aug. de Hær. c. 35. poſt modum Valden. Luther. dam. in Conc. Carthag. Tolet. Florent. & Trid. Seſſ. 25. vide Alf. C. ad. hær. Gab. Aeriani. Albigen. Paup. de Lugduno.

1 SVPeriores nequeunt ſubditos obligare ſub pęna pecc. mor.
Hær. Iacobi Præp. Gabr. Iacobus Præpoſiti.

1 SYMBolum Nicęnum eſt deſtruendum.
Hær. temeraria Eudoxij Germ. ut ref. Gab. Pr. Eudoxius Germ.

2 Symbolum in Conc. Nic. editum illud eſſe, quod vulgo dicitur Apoſtolorum.
Hæc inter conclu. ſuſp. vel ſcand. cenſetur à Iacobo Lop. Stunica poſt ſuum Itin.

3 Symb. Athan. verſiculum illum (ſicut anima rationalis, & caro, &c.) erroneum, ac falſum eſſe.
Hoc inter. err. Io. Vueſtph. ref. Gabr. Pr. Tit. Io. Vueſtphalus.

4 Symbolum illud Athanaſij in Eccleſia cantari ſolitum, non Athanaſij ſed Satanaſij eſſe dicendum.
Sic blaſphemabant Petrus Stratorius, & Georgius Brandata, quia non vnum, ſed tres ponebant Deos, vt homines inter ſe diuerſos, vt author eſt Staphilus.

5 Symbolum Athanaſii eſſe ſophiſticum, quòd quartum inducat Deum, & ſacrilegium quòd ſoluat Chriſtum.
Hær. Valentiniſtarum. Gabr. Tr. Valentiniſta.

6 Symbolum Nycęnum negabat eſſe ſynodi Nic. & ſymbolo Athanaſij

Athanaſij noluit credere Caluinus.

Quia vocem Trinitatis eis contentam abhorruit; Vnde

7 Symboli verſic. illum (Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero) impudenti deridens chachinno ridiculam appellabat Battologiam.

De hac hæret. Caluini impudentia vide Gabr. Pr. Tit. Trinitarij.

1 SYLueſter errauit ditando Eccleſiam. *ſup. Eccleſia.*

2 A tẽpore Syluestri Papę oẽs ſanctos, & fideles eſſe dãnatos.

Er. Pauperum de Lugduno ut reſ. Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 35.

T

1 TACITVRnitati adeò ſtudendum, ut non aliæ rei, quàm taciturnitati ſit vacandum.

Er. Pattalorinchitarum ſic nuncup. quòd digitum in modũ Pali labijs ſuperponerent, ut id pſ. 144. (pone D. cuſt. ori meo) obſeruarent, non intelligentes os à Vaniloquio ob id quidem eſſe cuſtodiendũ, at non in perpetuam taciturnitatẽ obſtruendum. eſt enim tempus loquendi, ſicut & tacendi, inquit Eccl. 3. vide Aug. de hær.

1 Telluri eſſe ſacrificandum.

Idololatria Perſarum. vt reſ. Alex. ab Alex. Gen. dierum. lib. 5.

1 TEMPLA in Diuorum nomine conſecrata, nullius eſſe vtilitatis, nec prodeſſe in Eccleſia Dei.

Hær. huius authorem ſuiſſe Euſtachium quendam, de quo meminit Conc. Gangr. confir. in 6. Gen. refert Alfon. Caſt. ad. Templum: at Gabr. Prat. ſub Tit. Euſtathius Sebaſtien. Ep. eandem recenſet.

2 Templum Dei latè patentis eſt Mundus, & coarctant eius maieſtatem, qui Eccleſias, Monaſteria, oratoriaq; conſtruũt, tanquàm propitia in eis diuina maieſtas inueniatur.

Hær. Euſtachij. quẽ ſic fuſiùs extenderũt Vualdenſes ait Alſ. C. ibid.

3 Templum, ſeu Eccleſiam conſecratam non plus valere ad orandum, quàm ſtabulum Porcorum.

Poſt Vualdenſes Pſeudoapoſtoli ſic maiori cum iniuria de templo Dei locuti ſunt, inquit Alſ. Caſt. ibidem.

4 Templa, Eccleſias inuaſit, ſpoliauit, euertit, Monaſteriaq;

deſtruxit zicha.

Zicha genere nobilis Dux fuit Thaboritarum Boemorum, qui cum præfatis inſtar Nabuchodon. Regis Babil. & Antioch. impij Græcorum Regis execrandum ſcelus in Dei templa commiſerunt. vide Gab. Pr. Tit. Euſtathius. & Alſ. C. Tit. Templum.

5 Templa, altaria, incenſa, vaſa, luminaria, veſtes, imagines, ſacrificia abijcienda.

Impietas hæret. Fauſti natione Aphri, ſecta Mnnichæi, vt contra eum lib. 2. author eſt Auguſtinus.

Bogomiles lingua Saracina, i. gẽs miſericordiam inclamãs.

6 In templis habitare Dęmones, in eoq; Salomonis ſedem tenuiſſe magnum Satanam ab euerſione Hieroſolymorum ad ſua vſque tempora, dixerunt Bogomiles.

Blaphemia hæreticorum, quos Euthimius 2. p. ſuę Panopliæ Tit. 23. Bogomiles appellat.

7 Templum, vel Eccleſiam adire orandi cauſa, vel in ea orare nihil prodeſſe.

Hær. Albigenſium. vt ref. Gab. Pr. in eorum Tit.

8 Ita benè adorari poteſt Chriſtus in nemoribus, ſicut in Eccleſia, & meliùs. *Ibidem.*

9 Templis, & Aris infeſta ſigna intulit Andr. Carolſtadius.

Hæc eius impia acta, & alia plura ſcribit Hoſius l. 1. de hæreſ.

10 In Templis nullum Chriſtianiſmi veſtigiolum, nulla imago, nulla Chriſti Crux, nullum altare, nullum ſacrificium.

Hanc deſolationis abhominationem videre eſt in Templo Geneuæ, inquit Lindanus dubit. dial. 13. Vandali quoque Hugoniſtis noſtris ſimiles in Ortodoxorum Templa fuere contumelioſiſſimi, vt author eſt Niceph. lib. 17. c. 11. Iulianus Apoſtata ſacras Chiaſtianorum ędes dirupit, Luterani inuadentes expilarunt, & Louania auitæ Religionis per luteraniſmi ſoporem oblita in Latrinas conuertit, vt refert Gabr. Pr. Tit. Iulianus, & Luterani.

1 TEMpus eſſe æternum.

Inter er. Ariſt. ref. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

1 TENebras non creatas à Deo, nec ignem.

Hær. Manetis, vt ref. Gabr. Prat. Anthropomorphitæ.

Ten-

1 TENtationes Dęmonum in nobis fieri contactu lapidum,& herbarũ, pro vt illorũ ſagax malitia nouit harũ rerum vires diuerſas diuerſis incitandis,& incendendis vitiis conuenire.
Bailardi Er. Alſon. Caſt. ad. hær. Tentatio.

1 TERram eſſe Deo coæternam.
Hær. Fęlicis Manich. vt reſ. Alſ. Caſt. ad. hær. Terra & Gabr. Pr. Fœlix Manich.

1 THESaurus Eccleſiæ nullus eſt, pręter Chriſti merita, quæ duntaxat per ipſum Chriſtum vnicuique ſecundum ſuam fidem applicantur. *ſup. Indulgentia.*
Hęr. Iacobi Præp. Gabr. Pr. Iacobus Præpoſiti.

2 Theſaurus ſanctorum meritorũ nequit per Papam diſtribui.
Hær. Io. Vuicl. dãn. Conc. Cõſt. Gab. Pr. Io. Vuiclef. ſup. indulgentia.

1 TEStamentum vetus eſſe reijciendum.
Hær. Seuerianorum. *ſub. S. Script.*

2 Teſtamentum Nouum euacuatum iri, nec duraturum vltra an. Chriſti. 1260.
Hęr. Io. de Parma. *vide. ibidem.*

1 Theologicas virtutes in Baptiſmo non infundi.
Vide ſup. Baptiſmus.

1 Theotocon qui Mariam V. noluerint appellari.
Vide ſupra. Maria Virg.

1 THomę Aquinatis ſcripta Melanctonis ſcriptis poſtponãda.
Iudicium Luteri temerarium, ac perfidum, qui ſanct. Hieronymi, & Doctiſſ. Origenis commentaria meras eſſe nugas iudicauit Doctrinę Melanctonis comparata, vt ſcribit Hoſius lib. 1. de hær. noſtri temporis.

1 TImor Domini ſeruilis eſt prorsùs inutilis, immo & innoxius, vtpotè dignus pęna.
Luth. Alſ. C. ad. hær. Contritio. Timor.

1 TIMOtheo & Tito epiſtolas Pauli reiiciendas.
Hær. Marcionis, & Baſilidis, authore Tertulliano l. 5. in Marcionẽ.

1 TORmenta nulla eſſe ob fidem ſubeunda.
Hęr. Adiaphoriſtarum, vt reſ. Gabr. Prat. eorum tit.

1 TRAditiones Patrum prorsùs reijciendę ſunt.
Hær. Brentij, vt ref. Gabr. Pr. Brentius.

2 Nihil vltra, quam ſacris literis habetur, eſt definiendum.
Sup. Scrip.S.

3 In quęſtione fidei præter diuinas ſcripturas nihil omnino recipiendum.
Arrianiſmum: vt refert Melch.can.de loc.Theol.lib.3. cap.1.

4 Traditiones humanę, & ciborum delectus reijciuntur.
Propoſitio erronea & hær.deducta ab Hæreticis ex Matt. 15. vt notat Cenſ. gen. in Bibl.

1 Traditiones hominũ, eſſe decretis legis diuinæ præponẽdas.
Err. Phariſeorum reprob. à Chriſto Matt. 15. Direct. Inq. 2.p.q.4.

1 TRANSelementatio S. Euchariſtię negata. *ſup. Euchariſt.*

1 TRANSfigurationis D. diuinum lumen, quod in monte Tabor effulſit, ſpectrum, duntaxat, & creatura fuit, quæ ortum habet, & interritum, & non diuinæ naturę ſplendor.
Err. Barlaami, & Acindyni inquit Gabr. Pr. eorum Tit. quos ut hæret. Conc. 9. cenſuit ab Eccleſia reijciendos.

1 TRANſitum Chriſti ad Patrem eſſe noſtram inſtitiam.
Sup. Iuſtitia.

1 TRANſubſtantiatio S. Euchariſtiæ negata, quę hæreſim ſacramentariorum excitauit, vt innuit Hoſius. *Sup. Euchariſtia.*

1 TRIbuta non eſſe pendenda Magiſtratui.
Hær. Chriſtophori Scaphl. vt ref. Gab. Pr. Tit. Schaphlerus.

Trinitas i Diuinis.

1 TRINItatem ſanctam non eſſe, ſed ſolùm vnitatem.
Hęr. Iacobitarum à Iacobo Syro, ut ref. Gabr. Pr. Tit. Iacobitæ.

2 Trinitatem perſonarum negans irridet Rabbi Moyſes.
Quem ref. Direct. Inq. 2.p.q.4.

3 Trinitatem eſſe cerberum tricipitem.
In hanc prorupiſſe dementiam quoſdam in Bohemia ſcribit Staph. quem ref. Gabr. Pr. tit. Paulus ſamos.

4 Vnitatem Dei negando, tres Deos affirmant alij. *Ibidem.*

5 Tres ſunt Dij.
Prop. eſt ſapiens hęreſim, inquit, Alf. C. de iuſt. hær. pun. l. 1. c. 3.

Trinitatem ore blaſphemo violarunt Trinitarij quidam.
Quos ref. Gab. Pr. Tit. Antiluterani.

7 Trinitatis teſtimonia ex Geneſi, & Athanaſij ſymbolo dedu ɗta non recipit Caluinus.
Vide Gabr. Pr. tit. Caluiniſtæ.

8 Trinitatis nomen ſuperuacaneum, & inane eſt, quòd in Script. ſacris nunquam ſit expreſſum.
Hær. Lucę Sternb. ut ref. Gab. Pr. Lucas Sternbergen. &

9 Trinitatem quandam fœminā eſſe, quæ tres habeat maritos.
Trinitatem irridendo, an fœmina, vel mas ſit, ſibi perſuadere quòd fœmina ſit, dixit idem Lucas. ibidem.

10 Si Deus eſſet trinus, & vnus, eſſet quoddam compoſitum, & vnitate congregationis vnum.
Inter er. Aueroiꝭ ſuper 12. Meth. ref. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

11 Trinitatis vocem adeò abhorruit Caluinus, ut Conc. Nicęnum, ac Symbolum Athanaſij eā confitentē non receperit.
Vide Gab. Pr. tit. Trinitarij, vbi quòd perſonarum Trinitas ſit, filiusq; ex ſubſtantia Patris, Caluinum nunquam fateri voluiſſe deſcribit.

12 In Trinitatis nomine non baptizabant Pauliniſtæ.
Vide. 1. q. 1. cap. Pauliniſtæ. Vnde Niceno Conç. præceptum fuit, vt ex his ad Eccleſiam redeuntes rebaptizarentur. At de hoc Gab. Pr. tit. Paulus Samos.

13 Trinitatem blaſphemando Olipius ſeuerè punitus.
Olipius hic Arr. Carthag. Ep. dum in balneis S. Trinitatem blaſphemijs afficeret tribus igneis fulminibus ab Angelo uiſibiliter miſſis miſerabiliter decidit, ut author eſt Iacobus Philippi or. Erem. lib. 9. ſup. Chron.

14 Eſſentia generat eſſentiam: eſt genita, & procedens. Eſſentia ſubſtantia i Diuinis.
Hær. Ioachini Abb. authore Bernardo Lutzemburgo, ſiue Luxemb. damn. ext. de ſum. Trin. vbi eiuſdem damn. ſubiunctę hær.

15 Nulla res eſt, quæ ſit Pater, fil. & ſpirituſſ. nec eſſentia, nec ſubſtantia, nec natura. *Ibidem.* *vnde*

16 Summam rem, quæ ſit Pater, fil. & ſpirituſſ. aſſerere, eſt non tām

tàm Trinitatem, quàm Quaternitatem in Deo aſtruere, videlicet, tres perſonas, & illam communem eſſentiam quaſi quartam. *Ibidem.* *vide*

17 Vnitas huiuſmodi non vera eſt, & propria, ſed quaſi collectiua, & ſimilitudinaria, quemadmodum dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vna Eccleſia. *Ibidem.* *Quam leuia inſuper ſcripſerit, atque erronea hic Abbas vide Guid. Carmelitam de hæreſ. & Alſ. Caſt. tit. de Apoſt. & Euang.*

18 Vnam eſſe naturam, ſeu Deitatem communem tribus, ſed non vnam eſſentiam.

Hær. nouorum Arrianorum, qui nuper ex ſecta luter. an. 1564. orti ob id Deiſtæ dicuntur, quia negantes perſonas, & eſſentiam, Deitatem tribus communem fingunt. vide Gabr. Pr. tit. Deiſtę.

19 Vnam ſubſiſtentiam eſſe Patrem, fil. & ſpiritumſ. communem verò ipſum Deum, ſubſtantiam, & naturam.

Hoc inter Angelitarum hær. qui & Seueriti à Seuero dicuntur, recenſet Niceph. l. 18. c. 49. Hiſt. Eccl.

20 Subſtantias tres eſſe, ſeu naturas quaſdam ſimiles.

Hęr. Cononitarum cum Perſonis diſtinguendo eſſentiam, vt refert Gab. Pr. in eorum Tit.

21 Homouſion. i. Patris, & filij non eandem conſubſtantialitatem eſſe.

Τὸ ὁμοούσιον cum Arrianis apertè negauit Felicianus, contra quē apertiùs diſputando Auguſtinus eius argumenta decem, & octo capitibus refellit, vt videre eſt in 6. Tomo eiuſdem Aug. operum.

Hypoſtaſis Subſiſtentia Perſona ī Diuinis.

22 Perſonas non eſſe in Diuinis, & ſi tres ſint Pater, fil. & ſp. ſ.

Hær. Deiſtarum. De quibus ſuperius, eodem Tit. nu. 18.

23 Perſonam vnam eſſe diuerſis nominibus nominatam.

Hanc hær. Noeti ſecutus eſt Sabellius eius diſcipulus, dehinc Priſcillianus, quos ref. Alſon. Caſt. ad. Deus 5.

24 Perſonas non eſſe tres, ſed vt vnum Deum, & vnam Perſonam.

In hac hær. cum Iudæis conuenire Seruetum in lib. ſuo de Trin. ref. Gab. Pr. Tit. Iudęorum hær.

perſo-

25 Perſonas tres in vna Dei eſſentia ſtatuentes errare, cenſuit Valentinus.

Quin ipſum ob hanc etiam cauſam inter hæreticos recenſet Gab.Pr. Tit. Antiluterani.

26 Perſonas eſſe inæquales.

Hær. pernicioſiſſimi Arrij, vt ref. Alf. C. ad. Deus 6.

27 Perſonis non ineſſe relationes ſed à foris exiſtere.

In hoc Gilbertum Porrectanum erraſſe, & errorem ſuum poſtea in Conc. Rhemenſi reuocaſſe modeſtè retulit D.Th. 1. p.q. 28. ar. 2. & ibidem doctè eum impugnauit.

28 Pater Ieſu Chriſti non eſt ille, qui in lege, & Prophetis prædicatus eſt, quòd hic ſit notus, ille autem non. Pater in Diuinis.

Hær. Marcitarum Marci illius Magi Diſcipulorum tempore Apoſtolorum, de quo Irenæus lib. 1. aduerſus hær. cap. 8. & Euſeb. 4. hiſt. Eccle. cap. 11.

29 Pater non ſemper Deus erat: ſed erat, cum Deus Pater non erat.

Hær. Menatis Arriani, ut ref. Gabr. Pr. Tit. Menas Diac.

30 Pater Deus eſt, antequam eſſet Deus filius.

Hær. Raymundi Lullij. vide Gabr. Pr. in eius tit.

31 Pater diuerſæ eſt à filio naturę.

In hac hær. cum Arrio conuenere Aetius, Eunomius, & alij, de quibus vide Gab. Pr. Tit. Arrius.

32 Patri potentia propria eſt, non appropriata.

Hanc eſſe hær. Petri Abailardi ref. Alf. C. ad. Deus 3.

33 Patrem Deum filium dici, ut carnem ex virgine aſſumpſit: eundemq; ſpiritumſ. ut rationalem creaturam ſanctificat.

Hær. Sabellij, quam D.Th. 1. q. 27. ar. 1. ingenioſè cum falſo eius fundamento referens, doctè cum veris fundamentis refellit. hinc.

34 Patrem paſſum fuiſſe, cum eadem ſit cum filio perſona.

Hær. eiuſdem ſectatorum Priſcillianiſtarum, qui ob id Patripaſſiani dicuntur, nam diſtinguere neſcierunt inter ſubſtantiam, & ſubſiſtentem, ait Euſeb. cæſ. Eccl. Hiſt. lib. 10. cap. 29.

35 Filium non poteſt habere Deus, cum vxorem non habeat,

ſi

Filius Verbum i Diuinis. ſi enim filium haberet, omnia iam eſſent in periculo, tamquam futura ſit inde ſeditio, & neceſſariò inter eos ſchiſma oborſurum.

Hær. commentum Agarenorum cum Iudeis, ac Cerdone conſpirantium, ac ſi increatæ perſonæ paſſionibus creatis afficerentur. vide Gabr. Prat. Tit. Agareni.

36 Filium non eſſe Dei Verbum.

Hær. Alogorum, quòd Verbo Dei careant, logos .n. græcè latinè Verbum dicitur referuntur diſt. 2 4. q. 3. c. Quidam.

37 Filius Dei ὁ λόγος &c. eſt energia illa, quæ eſt in verbo Dei prædicato.

Hoc dogma, quod prima facie hæreticum eſt, vt negat conſubſtantialitatem filij, cum Patre, Gaſparo Suencfeldio impingit Staphilus, teſte Gabr. Pr. Tit. Suencfeldiani.

Arrii hær. 38 Filium non eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre.

Hær. notiſſ. Arrij cum eius ſequacibus hæreticis, ac ſequentibus hæreſibus. vide Alfon. Caſt. ad. Deus 6. & Gabr. Pr. Arriani.

39 Filium Patre eſſe minorem. *Ibidem.*

40 Filium eſſe creaturam ſimplicem. *Ibidem.*

41 Filium hominibus ſanctis comparatum veritatem eſſe, ſed patri collatum eſſe mendacium. *Ibidem.*

42 Filium à Patre tantum diſtare, quantum Apoſtoli à Chriſto. *Ibidem.*

43 Filium non eſſe cum Patre orandum. *Ibidem.* nam

44 Filium non eſſe indulgendarum petitionum authorem, ſed ſupplicatorem. *Ibidem.*

45 Filium ita eſſe in Patre, vt Vas paruum in maiori Vaſe. *Ibidem.*

Hæreſes autem Menatis Eccl. Alex. Diac. Arriani, hę ſequuntur.

Menatis Arriani hær. 46 Verbum Dei non ſemper erat, ſed non exiſtentibus factum eſt: qui enim erat Deus, eum qui non erat ex non exiſtente fecit.

Hæc cum ſeq. ex Alexandri Ep. Epiſtola ad Cath. de Arrianis.

47 Itaque aliquando erat, cum non erat, ſiquidem creatura,

& factura eſt filius. *Ibidem.*

48 Neque æqualis ſubſtantia eſt Patri, neque verum, & naturale verbum Patris eſt, neque verà ſapientia eius; ſed vnus quidem ex creatis, & genitis eſt: abuſiuè autem Verbum, & ſapientia factus. *Ibidem.*

49 Et ipſe in proprio ſeu natiuo Deo verbo, & in Dei ſapientia eſt, in qua & omnia, & ipſum quoque fecit Deus: propterea etiam mutationi, & alterationi natnra obnoxius eſt, ſicuti omnia quoque rationalia. *Ibidem.*

50 Peregrinum quoque, & alienum, ſegregatumq́; eſt verbum à ſubſtantia Dei. *Ibidem.*

51 Et innerrabilis eſt Pater filio, neque enim perfectè cernere poteſt verbum Patrem, neque perfectè, & certò eum cognoſcere. *Ibidem.*

52 Etenim ſuam ipſius quoque ſubſtantiam, vti eſt, filius non nouit; propter nos namq́; factus eſt, vt nos per eum veluti inſtrumentum crearet Deus, neque is ſubſtitiſſet, niſi nos Deus creare voluiſſet. *Ibidem.*

Rogauit eos quidam an Verbum Dei mutari poßit, vt Diabolus mutatus eſt: atque illi reſpondere non formidarunt.

53 Verbum Dei mutari poſſe, vt Diabolus mutatus eſt: mutabilis enim naturæ eſt, generationi, & mutationi obnoxium.

Hæc dicentes, atque his impudenter ſeſe vendicantes Arrianos, ſectatoreſque eorum, nos quidem cum Ægiptijs, & vicinis Lybicis centum numero Epiſcopis conuentu acto anathemate iugulauimus. Hæc Alexander Alexandriæ Ep. Apud Niceph. lib. 2. c. 8.

54 Filium non ſubſtantiuum, ac perſonalem, & ſempiternum eſſe cum Patre: ſed prolatiuum tantùm, ideſt quaſi aerem quendam eſſe, non autem perſonam viuam, & ſempiternam cum ſempiterno Patre credendam.

Hær. Pauli Samoſateni Antioch. Ep. (teſte Philaſt.) à quo Paulianiſtæ hæretici, qui an. D. 273. hæreſim Ebionitarum reuocauit, vide Gabr. Prat. Tit. Paulus Samoſ.

55 Filio ſapientiam eſſe propriam, non appropriatam.
Hær. Petri Abailardi, ut ref. Alf. C. ad. Deus. 13.

56 Filium non dici vnicum Deum, ſed tantùm Patrem dici vnicum, & verum Deum.
Hær. Deiſtarum, vt ref. Gab. Pr. eorum Tit.

57 Filius patre eſt minor, & filio ſpirituſſ. quia Pater fecit filium, & filius ſpiritum ſanctum.
Hær. Eunomij Arriani, vt ref. Gab. Pr. Tit. eodem.

58 Filio potentior eſt Pater, quòd filium genuerit Deum creatorem, filius autem non: & potuit gignere, non filius.
Hanc hær. Maximini Arriani Ep. tribus in eum editis lib. Aug. impugnauit, non genuiſſe filium, inquiens, non quia non potuit; ſed quia non oportuit; immoderata eſſet generatio, ſi genitus filius nepotem gigneret Patri, quia nepos niſi pronepotem gigneret, & ipſe impotens eſſet & ſic deinceps non impleretur generationis ſeries: vide Magiſt. ſent. 1. diſt. 7. quem ref. Gab. Pr. Tit. Maximinus Arr.

59 Verbum dicitur eſſentialiter tantùm, non perſonaliter.
Inter er. Rabbi Moyſi ref. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

60 Filium nomine eſſe Deum, quaſi precarium, quòd ſit Patre eſſentiatus, nam qui filium eſſentia Deum, vt Pater eſt, dicit; duo principia aſſerit.
Hoc comminiſcitur Valentinus filium ſubſtantialiter alium à Patre dicens, ut ſcribit Lind. Dubit. dial. 2.

61 Filius Chriſtus non eſt Deus de Deo, neque ex ſubſtantia Patris, ſed de Patre, immo à ſe ipſo ſemper fuit, vt eſſet: vnde illud ſymboli (Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero) eſt ridiculoſa battalogia.
Hæc eſt hæreticalis, atque horrenda Caluini blaſphemia, vt videre eſt apud Gabr. Pr. Tit. Trinitarij.

Spirituſſ. i diuinis.

62 Spiritumſ. non eſſe tertiam Trinitatis perſonam.
Hær. Serueti. *vt ſup. Spirituſſ.*

63 Spiritumſ. motum eſſe in rebus creatum.
Hanc hær. Pauli Samoſ. reuocauit Guilhelmus Farellus, à quo Farelliſtæ. De quibus Gabr. Pr. in eorum tit.

64 Spiritumſ. de Patre, & Filio eſſe conceptum.
Inter er. Raymundi Lul. reſ. Gab. Pr. Raymundus Lul.

65 Spiritumſ. non dici Deum vnicum, ſed ſolum Patrem dici vnicum, & verum Deum.
Hær. Deiſtarum, de quibus ſuperiùs eodem tit. nu. 56.

66 Spiritumſ. Patre, & filio minorem, quia Pater fecit filium, & Filius Spiritumſ.
Hær. Eunomij, vt ſuperiùs eodem tit. nu. 57.

67 Spiritumſ. à Patre ſolùm, & non à Filio procedere.
Hær Græcorum dam. Conc. Later. quam reſ. Alſ. C. ad. hær. Deus. 12. *& Gab. Pr. Tit. Græci. Armeni.*

68 Spiritumſ. procedere à Filio non habetur in S. Script.
Hoc aſſeruit Io. Veſtphalus teſte Gab. Pr. in eodem tit. ſed mentitur, quia de proceßione Spirituſſ. à filio ait idemmet filius Io. 16. *ille me clarificabit, quia de meo accipiet, vt citat D. Th.* 1. *q.* 37. *artic.* 2. *in reſp. ad* 1. *clarè demonſtrans eam proceſſionem ex literis ſacris.*

69 Spiritumſ. creatum, factum. *Sup. Spirituſſ.*

70 Spiritumſ. neque Deum, neque creaturam. *Ibidem.*

71 Spiritumſ. non poſſe videre filium. *Ibidem.*

72 Spiritumſ. eſſe Animam mundi. *Ibidem.*

73 Spiritumſ. nihil aliud fuiſſe, quàm columbam ſuper Chriſto baptizato deſcendentem. *Ibidem.*

74 Spirituſ. omnem intellectum, qui abſtulerit. *Ibidem.*

75 De ſpirituſſ. tandem, de filio, & Patre cętera.
Vide ſuprà eorum tit. Pater. fil. ſpirituſſ.
Hær. porrò contra totum hunc Trin. Titulum damn. Conc. Rom. ſub Sylueſt. P. 275. *Epiſcoporum intrà Thermas. Conſtantinop.* 5. *Gen. ſub Fęlice* 4. *Bonif.* 2. *Io.* 22. *Tolet.* 1. *à Leone conſ. Florent. Lateran. ext. & 6. de ſum. Trin.*

1 ADVERSVS Turcas præliari, eſt repugnare Deo viſitanti iniquitates noſtras per eos.
Inter er. Luteri dam. in Bulla. Leonis 10.

1 TYMPANVM ex ſui propria pelle ſtruendum man-

dauit Ioan. de Ziſca.

Hic Huſſitarum hæret. Dux dum in ſacras Chriſti, et ſanctorum imagines inſaniret, peſte moriturus, dempta (inquit) cadaueri meo pelle Tympanum conficite: eius enim ſonitu hoſtes audito fugam arripient. vide Gabr. Pr. tit. Io. de Ziſcha.

1 TYRAnum quemlibet poſſe occidi per quemcunque ſubditum meritoriè, etiam per clanculares inſidias non obſtante quocunque præſtito iuramento, nec expectata ſententia, vel iudicis mandato. *vt ſup. Occidere. Err. dam. in Conc. Conſtant. vide ſum. Conc.*

V

1 VASA ſacra Eccleſiæ magnæ diripienda mandauit Iulianus.

Julianus hic fuit Iuliani Jmp. auunculus, qui morbo correptus ad dies 40. ita diſtentus iacuit, ut neque loqueretur, neque ſentiret quicquam, quia ſacris Vaſis, quæ terræ illiſerat, pro ſedili uſus fuerat, inquit Niceph. hiſt. Eccl. l. 10. c. 29.

1 VENtis ſacrum facere inſtituerunt Perſæ, & Meſſagetæ.

De quorum Idololatria, & uana Religione Vide Alexandrum ab Alex. Gen. dierum lib. 5. etiam.

1 VEnerem qui coluerint. *Ibidem.*

Conſtantinus 5. Imperator, & ipſe Venerem coluit, cuius impietatem, ac Virginem vide apud Gab. Pr. in eius tit.

1 VERBI Miniſterium publicum eſſe prohibendum. *Inter hær. Anabapt. ref. Gabr. Pr. Anabaptiſtæ. Balthaſar.*

2 Verbum Dei ſatis clarum, & apertum eſt, nec vlla indiget expoſitione.

Inter err. Sectariorum ref. Gabr. Pr. Sectarij.

3 Verbum Dei tractare licet Mulieribus æquè ac viris, laicis æquè ac ſacerdotibus, & quemlibet S. ſcript. ſenſum, qui ſibi placuerit, pro ipſo Dei verbo habere, ac defendere. *ibidem. Sup. Script. S.*

4 Verbum Dei fuiſſe pro anima, uel mente in Chriſto.
Sup.Chriſtus.

5 Verbum diuinum conuerſum eſt in carnem. *Sup.Chriſtus. Gab.Pr.Tropiſtæ.*

6 Verbo Dei nihil addendum, aut detrahendum.
Peruerſè deducitur ab hæret.ex Deut.ad tollend. leges humanas,& decreta Pontificia. vt notauit cenſ.gen.in Bibl.

7 Aliud quàm verbum Dei prædicans Propheta interficiendus eſt.
Suſpecta prop. ab hæret.deducta ex 18.Leuit.eadem ratione.ibidē.

8 Sne Verbo ſuo nihil vult agi Deus.
Prop.itidem eadem ratione ſuſpecta ex.2.Reg.7. ibidem.

9 De Verbo cætera. *ſupra. Chriſtus.Filius.ſcript.Trinitas.*

1 VERecundiam non eſſe habendam, nec vllo pacto erubeſcendum de quacunque re à natura nobis donata.
Huius err. authores fuiſſe Turrelupinos reſ.Alſ. C.ad. Verecundia. Vnde aſſerunt.

2 Verecundia omnia publicitùs nudata geſtar poſſe, & in publico poſſe homines, vt iumenta, ſimul coire. *Ibidem.*

1 VEſtes ſacras ſpernendas eſſe.
Hær.Fauſti Manich. vt reſ.Gabr.Pr. eius Tit. ſup. Templum. 5.

1 VICTimas humanas offerendas.
Inhumanitas Conſtantini 5.Imp.qui victimas humanas, vbi templum D.Muræ fuit, ibi offerre, & pueros mactare ſolebat, vt de eo Suidas Græcus ſcribit, quem reſ.Gab.Pr. Tit.Conſtan.5.Imp.

1 VIduas ſi nupſerint, adulteras eſſe.
Hær. Catharorum,vt reſ. Gab.Pr. Tit. Cathari.

1 VIGiliæ matutinę, & ad matutinas ſurgere ſunt ſuperſtitiones.
Hær. Nyctagum, qui (authore Iſidoro) à ſomno dicti, iura ſe putant temerare diuina, ſi noctis tempore vigilarent.contra pſal.118. media nocte ſurg.ad conf.t.

2 Vigilias ſanctorum damnandas.
Hær. Vigilantij, qui potiùs dormitantius debet vocari, inquit

D. Hieronymus ad Rip. & Deſid. preſbyteros.

1 VIM ui impellere non licet Chriſtiano.
Err. fuit Steblerorum ſecta Anabaptiſtarum, quem porrò docuit Luterus in Articulis à Sorbona damnatis, ut ſcribit Staphyl. lib. de Luteranorum inter ſe concordia. Vide Gabr. Pr. Stebleri.

1 VINVM in Calicis conſecratione non offerendum.
Hær. eorum, qui ob id Aquarij dicuntur (teſte Aug. de hær. c. 4.) quia ſolam aquam offerendam cenſerunt contra c. 1. de conſ. diſt. 2.

2 Vinum tanquam Chriſti ſanguinem ſumendum.
Hoc ſacrilegium ebrietati ſuæ copularunt Agapetæ, vbi ſe mero ingurgitaſſent dicentes, abſit, ut ego me à Chriſti ſanguine abſtineam. vide Hieron. de cuſtodia Virg. ad Euſtachium.

3 Vinum eſſe fel Principum Tenebrarum.
Inter hær. Cathariſtarum recenſet Philaſter, qui cum uuis veſcerentur, vinum non bibebant. vide Gabr. Pr. Cathar.

4 Vinum nullo pacto eſſe bibendum.
Hær. Encratitarum, hoc eſt, continentium, quòd fabuloſa vanitate deluſi, dicerent vitem è Satana, & terra illud germinaſſe (teſte Aug.) quem reſ. Gabr. Prat. Tit. Encratitæ, & Seueriani.

5 Vini vſum cum Tatianis in Alcorano prohibet Mahometes.
De hoc, ac alijs huius impij erroribus ad viuum deſcribit Ricoldus Prædicatorij ord. lib. int. Confut. leg. Mahom.

6 Vinolentijs inſanis in Eccleſijs vacabant Aſcodrogitæ.
Hi cum orgia Libero patri celebrabant debachantes, authore Philaſtrio.

1 VIRGinitatem non eſſe apud Deum maioris meriti, quàm coniugium.
Hær. Iouiniani, quã etiam tenuit Heluidius (teſte Hieronymo) dam. in Conc. Thelenſi, & ſuſcitarunt hæretici noui. vide Alf. Caſt. Virginitas. & Gabr. Pr. Heluidius. ſup. Nuptiæ.

2 Virginitati nuptias eſſe pares. *Ibidem.*

3 Virginitatis nullam gratiam reſeruandam, nullum reſeruandum Caſtitatis ordinem, promiſcuè omnia confundenda eſſe. *Ibidem.*

4 Virgines pro Chriſti nomine pati ſtultum eſt, quòd voluptatis gaudia non guſtent.
Hær.Barbaræ Imp.ut ref. Gab.Pr. eiuſdem Tit.
5 Virgines nudas in publico verberibus afficiebat Balatius.
Hic fuit dux Aegypti Arrianę perfidiæ ſtudioſiſſimus, ut author eſt D.Athanaſius in vita S.Antonij Eremitę.
6 Virgines Deo dicatas ab Arrianis, & Euangelicis perpeſſę.
Vide Gab. Pr. Tit.Lucius Arrianus. Georgius Alexandriæ Ep. & Euangelici.
7 Virginem Paladi immolabant Laodicæi.
Vide Alexandrum ab Alex.Gen.dierum lib.7.
8 Virginitas. B.Mariæ negata. *ſup.Maria V.*
1 VIR quilibet tenetur ad coeundum cum qualibet muliere eum petente, & è contrà.
Vide Gabr.Pr. Tit. Anabapt. *ſup.Coitus.*
2 Viros, & Fęminas nudos conuenire, atque incedere.
Inſania Adamęorum, vt ref. Gabr. Pr. in eorum Tit.
1 In Viribus noſtris ſalutem eſſe collocatam.
Hær.Melchioris Hoſmani, auth. Lindano.Dubit.dial.2.vide Gabr. Pr.Tit. Melchioritæ.
1 VIRtutes exercere hominis eſſe imperfecti.
Hær. Begard.& Beguin.vt ref.Gabr. Prat. in eorum tit.
2 Virtus vitium, & vitium virtus eſt Libertinis, & Quintiniſtis.
Libertini (auth. Lindano) à libertate, quam prædicant euagelicam, appellantur. at Quintiniſtæ à Quintino Sartore natione Picardo dicti ſunt. vide Gabr.Prat. vtrorumq; Tit.
3 Virtutes non prodeſſe. *Inferius uitia.*
1 VIuendum eſſe ſecundum carnem in lege Domini.
Hær.Doſithæi, ut ref. Gab.Pr. Doſithęus.
2 Vitam aliam poſt hanc non eſſe futuram.
Hær.Barbaræ Imp.Sigiſmundi uxoris, ut ref.Gabr. Pr. eodem Tit.
3 Vitam æternam non eſſe.
Hær. Georgij Dauid.ut ref.Gabr.Pr. eiuſdem Tit.

Vitam

Hær. Albanenſium, ut ref. Gabr. Pr. Alban. Caluiniſtæ Rhuteri.

3 Vnctionē extremā nō eſſe inter ſacramenta Eccl. cōputandā.
Valdenſium. Poſt Luteri hær. teſte Aenea Syluio, dam. in Conc. Flor. Alf. Caſt. ad. hær. Vnctę extr. Gabr. Pr. Caluiniſtæ. Pauperes de Lugduno Sectarij.

4 Vnctionis extremæ ſacramentum non fuiſſe à Deo inſtitutū.
Hær. Herarchitarum, ut ref. Gabr. Pr. Hierarchitæ.

5 Hodie oleo ſacro vnguntur laborantes, non ut conualeſcant, ſed vt tutiùs migrent.
Propoſitio adducta à Iacobo Lop. ſtun. poſt ſuum itinerarium inter propſitiones ſuſp. uel Scandal. Eraſmi.

6 Vnctionem extremam fuiſſe à beato Iacobo inſtitutam.
Er. D. Bonau. d. 7. q. 1. Alex. Alen. & Hugonis. de ſacr. p. 15. c. 2. damn. poſtea in Conc. Trid. Seſſ. 14. quo in loco hær. aliç contra hoc ſacramentum damn.

1 VNitatem, & non Trinitatem qui credant. *ſup. Trinitas.*

1 VNiuerſitates ſpretę. *ſup. Studium.*

1 VOcalis oratio ſpreta ab hęret. Trinitarijs. *ſup. Oratio.*

1 VOluntas à Deo licet mutari poſsit, nunquam tamen de facto immutatur.
Erroneum eſt, quia eſſet fruſtrà admonitio prophetarum, ait Direct. Inq. 2. p. q. 4. inter. Rabbi Moiſi.

2 Voluntas mala non eſt peccatum, niſi exeat in effectum.
Err. Ioſeph 12. Antiquitat. quem refer Arnal. Albert. de agnoſcendis aſſertio q. 31. nu. 11.

3 Voluntatem vnam tantùm habuit Chriſtus. *ſup. Chriſtus.*

1 VOluptas corporum eſt ſummum bonum.
Inter er. philoſ. ref. Direct. Inq. 2. p. q. 4.

1 VOta nihil prodeſſe, immo vota omnia tùm priuata, tùm monaſtica eſſe damnanda, quòd videantur neceſsitatem, & coactionem quandam hominibus inferre.
Huius hęreſis auctores dicuntur Lamperiani dicentes nihil ex neceſſitate faciendum, ſed libere, ex pſ. 53. Voluntarie tibi ſacr. quaſi quod ex Voto fit, non ex libera procedat eius, qui uouit uoluntate.

Luter. votū prohibuit monaſtic. ne ſuæ Apoſtaſiæ haberet teſtimoniū.

Hic

Hic er. dam. in Conc. Tolet. uide Alſon. Caſt. ad. hær. Votum, & Gab. Pr. Tit. Caluiniſtæ. Lamperiani.

2 Voueri nihil poſſe Deo, niſi quod ab eo prçceptum eſt, quia hoc ſolum apertum habet teſtimonium, quod gratum ſit.
Hær. Caluiniſt. ut ref. Gabr. Pr. Caluiniſtæ.

3 Quç ſine voto fiunt opera eſſe ad maius prçmium deſtinata, quam quç ex voti neceſsitate fiunt.
Hunc err. Lamperianorum. damn. in Conc. Tol. 4. ſecuti ſunt Pſeudoapoſtoli, ut ref. Alſ. Caſt. ibidem. Votum.

4 Vota hodie non valere niſi ad operum iactantiam, & præſumptionem.
Hær. Luteri, qui cautè dixit (hodie) .i. ſuo tempore, quo abiecerat votum ſibi antea factum, ut in ſpiritu libertatis uiueret. uide Alſon. Caſt. ad hçr. ibidem. & Gab. Pr. Luterani.

5 Perfectior vita eſt viuere ſine uoto, quàm cum voto.
Hçr. Pſeudoapoſtolorum. dam. in extrau. Honorij. olim ſæl. record. ut ref. Io. de Turrecr. de Eccl. lib. 4. c. 35. Porrò de Voto uide Conc. Carth. 4. & Tolet. 4. quibus multi contra Vota damn. errores.

1 VSuram exercere, ſiue dare ad vſuram non eſſe peccatum.
Hanc hæreſim imponit Græcis Guido Carm. quem ref. Alſon. C. ad hær. Vſura. Gab. Pr. Græci. damn. in Conc. Vien. & refertur in Clem. de Vſuris. c. ex graui. §. ultimo ſanè.

2 Vſuram non eſſe prohibitam, neque quemquam ad reſtituenda ablata teneri.
Hær. Alban. ut ref. Gab. Pr. Tit. Albanen. Iudçorum hæreſes.

3 Cum Iudæis conueniunt Bucerus, & C. Molineus de eo, quod intereſt.
Præter vſuras .n. defenſas, licitas poſt Chriſti aduentum narrant oculati teſtes, Martinum Bucerum ſub mortem reuocaſſe in dubium. ut ref. Gab. ibidem. Iudæorum hæreſes.

4 Malè acquiſita per vſuram, uel rapinam non ſunt reſtituenda dicunt Cathari, aſſerentes uſuram nullum eſſe peccatum.
Vt ref. Io. de Turrecr. de Eccl. lib 4. c. 35.

1 VTrem uino refertum qui Templis inferant, & poſt genia-

liter

liter exhauriant. *ſup.ſacriſ.Vinum.*

1 VTriuſque ſpeciei communionem omnibus ex Chriſti mandato neceſſariam. *ſup.Eucharistia.*

1 *V*ulnera Chriſti eſſe noſtram iuſtitiam. *ſup. Iuſtitia.*

1 VXORES debere eſſe communes, voluit Picardus. *ſup. Coitus. connubia.*

2 *V*xor ſi nolit, Ancilla venito. *Sacrilegum dogma Luteri quod ref.Gab.Pr. Tit. Luterani.*

3 *V*xori uni non debere virum aſtringi, ſed alias plures poſſe ſimul habere uxores ad augendam prolem. *Hær.Dauidicorum ut ref.Gab.Pr. in eorum Tit.*

4 *V*xores plures eodem tempore vni viro habere licet. *Hær.Polygamiſt.ut ref. Gab.Pr. Polygamiſtæ.*

5 *V*xorem fratris viui ducere licet alteri fratri. *Ibidem.*

6 *V*xorem ob ſolam fornicationem dimittendam. *Propoſitio ſuſpecta, nam ſi intelligatur quo ad vinculũ hæretica eſt. deducta ab hær.ex Math.19. Hinc err.Caiet.in hoc loco Math.dam. in Conc.Trid.Seſſ.24.can.7. vnde quidam intra ſemiannum tres duxit Geneuæ vxores, quòd ſecundum Euang.duas probarat adulteras, Caluino iudice, ut ref.Gab.Pr.Tit.Iudæorum hær.*

7 *V*xores ſine nuptijs pro libito fieri poſſe. *Hanc hær. Agapetis videtur impingere Hieronymus, ab Agape Hiſpana muliere nuncupatis, quæ Helpidium virum ſuum decepit. ſic.n.ait ad Euſtoch.lib.de cuſto.Virg.Vnde in Eccleſias Agapetarum paſtis? Vnde ſine nuptijs aliud nomen vxorum? immo vnde nouum concubinarum genus? Vide Gab.P.Tit. Agapetæ.*

8 Vxores nolunt Libertini reddere debitum maritis non ſuæ ſectæ. *Vide Gab.Pr. Tit.Libertini.*

9 *V*xorem propriam, ob uitandam eius zelotypiam, proſtituendam. *Hoc fecit Nicolaus Antiochenus, cum ab Apoſtolis de zelotypia vxoris, quam pulchram habebat, increparetur. Vnde Nicolaitarum hær.de promiſcuo fœminarum concubitu. De qua Apoc.2.*

XE-

X

1 XENEIAS ex ſe ipſo presbyter natus, nondum baptizatus Epiſcopus factus, tale monſtrum Sanctorum imagines non eſſe venerandas docuit.
Vide Gab.Pr.eodem Tit.

Z

1 ZVINGLIVM vt martyrem colunt Zuingliani. *Vide Gab.Pr.Tit,Mahom.* *meritò quidem, nam*
2 Zuinglium diaboli Martyrem apud inferos ſe vidiſſe in ecſtaſin rapti aſſerunt Enthuſiaſtę.
Vide Gab.Pr.in eorum Tit. *ea propter*
3 Zuinglianorum Diabolicum Regnum ultra omnes ſectas latisſimè patet.
Subaudiam, Geneuam, Angliam, Scotiam non minima ex parte tenet, et in Auguſta, Polonia, Gallij, & Hungariæ locis cum Satellitibus regnat Zuinglius, & Caluinus, nec Vuittemberga prorsùs, nec Lipſia exulat Zuinglianiſmus. vt fuſiùs ref. Gab.Pr. Tit.Sectarij.

FINIS.

9-2

Digitized by Google